Lic.do Valladolid

ms. hisp. fol. 3.

Armas ô Blassones del Rey Dn. Ph.e 5º

Colores delas Armas del Rey N. Señor, y Devisas particulares de sus Reynos, y Persona.

Las Armas de Castilla, y Leon, son un Castillo de Oro en campo de sangre, y un Leon rojo en campo de plata.

Las de Aragon, son quatro Barras de Oro en campo de sangre.

Las de Navarra, una Cadena, que cirunye todo el Escudo.

Las de Cataluña, son quatro Barras de Oro en campo rojo; no derechas, como las de Aragon, sino algo inclinadas.

Las dela America, son dos Aguilas coronadas en campo de plata.

Las de Francia, tres Lises de Oro en campo azul.

Las de Borgoña, el Toyson de Oro.

Voyez les Elemens de l'histoyre tom. 1. lib. 3. du Blazon, Amigant tom. 2. decis. 88. n. 26. Molin. de Primogen. lib. 2. cap. 14. ex n. 40.

El tratado de Comercio entre las Coronas de Esp.a y Inglaterra, ajustado en Utrec en 1713, se imprimio en Md. en la Imprenta dela Rl. Capilla del Rey, y se hallara en la Libreria de Manl. Bot, junto al Hospital delos Italianos, como tambien otro tratado de declaracion del precedente, concluido en Md. a 14 de Dizre. de 1715.

Ex Biblioth. Regia Berolinensi.

Meses Romanos=

Vease Heiss en su Historia del Imperio tom. 1. lib. 6. fol. 110.

Un Mes Romano del Imperio, seg.n la Matricula de 1651 importa 752849 florines los quales se reparten en esta forma entre los Circulos: La Austria, 44768 = La Borgoña o. la Baviera, 6844 = el bajo Rhein, 6074 = La Alta Saxonia 70895 = La franconia 42962 = La Suebia 44037 = El alto Rhein, 99799 = La Wesfalia, 9580 = La baja Saxonia, 8282 o. esto se entiende para pagar 12419 Cavallos, y 12241 Infantes, a razon de 12 florines por Caballo, y quatro florines por Infante cada mes, y a este respecto, y proporcion, quando es maior el numero de las tropas, que la Dieta resuelbe mantener.

Por el tratado de Pasarovitz, se señalaron los limites sig.tes entre los dos Imperios. Desde Transilvania hasta el Danubio, haze la separacion el Rio Aluta, que por otro nombre llaman Olt, ó Alauth, de manera, que todo lo que mira a Oriente, quedó el Turco, y lo que mira a Poniente a los Christianos, y comun la navegacion, pesca, y demas usos del Rio. Desde la conjuncion del Rio Timock, que entra en el Danubio, á diez oras de camino mas arriba del Timock se construio una linea, p.a hazerse la separacion, salba á ambas p.tes la navegacion. Vease el tratado.

Ex Biblioth. Regia Berolinensi.

Los Olandeses fueron los Mediadores de la Paz de Aix-la Chapelle en el año de 1668 entre los Reyes Catolico, y Christianisimo; y creyendose los Arbitros de Europa, mandaron fabricar unas medallas, con la inscripcion siguiente, a imitacion de los antiguos Romanos:

Assertis Legibus, emendatis sacris. Adjutis,
defensis, Conciliatis Regibus, vindicata Mari-
um libertate,
Pace egregia, virtute Armorum parta, Stabi-
lita Orbis Europæi quiete,
Numisma hoc, status Foederati Belgij, cudi
fecerunt M.DC.LXVIII.

Hizieron tambien otra Medalla, en que pintaron el Leon Belgico, que tenia entre sus garras ~~patas~~ un Cañon, con este Mote:

Sic fines nostros, Leges tutamur, et Undas.

Mr. Van Beuningen Bourgue-Maitre de Amsterdam, fue el principal Mediator de la Paz de Aix la Chapelle, como tambien Autor fue de la triple Alianza entre Inglaterra, Suecia, y Olanda, contra las Empressas de Francia; y aludiendo a esto, le pintaron en otra Medalla, con este Mote:

In Conspectu meo, stetit sol.

Otra de Olanda — Nunc solem sistere, tempus est. Dur.te la invasione.

Thuanus lib. 105. Histor. anno 1593. ait, ibi: Regis esse, non Regni, de Regni successione decernere. Grotius de jure belli, lib. 2. cap. 7. n. 27.

Oderint, dum metuant, tyrannum axioma. Vide Cicer. lib. 2. Offic. fol. 94. pag. 2.

Aer

Hippocrates libro de Aere, aquis, et locis, quem sequuntur Galenus, et alij Comentatores apud Zachiam, tom. 1. qq. medic. legal. lib. 5. tit. 5. quest. 1. per tot. maxime ex n.º 12, docet, ex aspectu Celi salubritatem aeris desumi. Ex hoc principio inferunt Citati Authores, et cum eis Vitrubius, lib. 1. arquitectura, cap. 1, Orientalem aerem, omnium saluberrimum esse; occidentalem, pessimum, borealem primum locum post orientalem tenere, ac demum meridionalem. Rationem reddit post alios Zachias, dic. lib. 5. tit. 4 q. 1, et rursus, quest. 2. n. 1. quia inter aspectus solis, saluberrimus est orientalis: secundum locum obtinet septentrionalis; post hunc succedit meridionalis: pessimus tandem occidentalis est, subdens, hanc esse Hippocratis, et omnium Medicorum Sententiam; quia orientalis aspectus, et aer, caloris habet temperiem; septentrionalis, salubritatem causat, eo quod cum nativum calorem in se ipsum recolligi impellat, robur illi conciliat, Meridionalis insalubris non est, quia diuturno, et fere continuo calore potitur. Occidentalis vero insaluberrimus eidem est, quod contrarius orientali existens, contrarios effectus in corporibus producit.

Aniversarium = Patronatus = Electio.

Aniversarium, et Patronatus, licet perpetua sint, eorum tamen successio non regulatur iuxta Leges Maioratuum, nisi concurrant clausulæ, vel coniecturæ ad id sufficientes, ut cum aliis tradit Rosas de incompat. par. 1. ex n. 36. Si tamen in perpetuo Aniversario, vel Patronatu dictum fuerit, quod succedat unus ex filiis, vel agnatis, sive unus ex suo genere, sufficit ad inducendum Maioratum; tum, quia si unus tantum succedere debet: ergo maior, seu primogenitus; atqui versamur in materia perpetuæ successionis: ergo iure Maioratus est deferendum, ut optime probat Rosas citatus, ex n. 38.

Quoties Testator in electione commissa tacite, vel expresse de uno, et solo successore eligendo sensit, et locutus fuit: si electio facta non sit à Comisario, non omnes, sed unus ex illis, et maior natu succedere debet. Rosas ubi supra, n. 44. cum seqq.

In Maioratu electivo, electione non facta, non duo, vel plures, sed unus solus, et hic primogenitus succedere debet. Rosas ubi proxime n. 46. qui existimat, et iure quidem, idem procedere in simplici, et temporali fideicommisso, quando ex conjecturata mente defuncti constat, ipsum de uno solo cogitasse, ut tradit citatus D.or et omnino concludenter probat ex n. 47. usque ad 56. cui adde notata infra fol. 141.

Data facultate eligendi, seu nominandi successorem, debet Commisarius ad unguem observare conditiones, et qualitates à testatore præscriptas. At si non coartatam, sed liberam habeat eligendi, aut nominandi facultatem, poterit eligere eum de familia, quem maluerit, etiam remotiorem, absque eo quod teneatur proximiorem eligere, ut maxima iurium, et Doctorum allegatione, docet Roxa de incompat. par. 1. cap. 6. ex n. 356. Advertit tamen, et ita decisum refert in Granatensi Senatu, non posse Comisarium proprium filium prætermittere, et eligere, alium consanguineum, ex ratione Legis Cum Avus 102. ff. de condit. et demonst. L. cum acutissimi. Cod. de fideicom. Et n. 368. limitat relatam conclusionem in Maioratu tertii, et quinti; nam etsi libera potestas eligendi data sit ultimo possessori, tenetur in electione observare ordinem præfixum in L. 27 Tauri.

Idem Authoris citatus n. 362. disputat an habens liberam eligendi facultatem possit eligere extraneum à familia, quam quæstionem remisive ad D. Castillo, et alios resolvit. Addent. tamen ad Molinam lib. 2. cap. 5. n. 4 et 5. negativam sententiam tenent, quia electio extranei oponitur præsumptæ testantis voluntati, ut cum aliis probat Castillo tom. 5. cap. 87. n. 34.

An autem eligendi facultas sit realis, vel personalis videndus Roxas ubi proxime n. 370. Castillo lib. 4. cap. 36. ex n. 60. et tom. 5. cap. 87. à n. 47, prætereis vero D. Larrea tom. 1. decis. 34. per tot.

Alienatio: quoad res Majoratus

Regula est a nemine controversa, bona Majoratus, alienari, vel hypothecari non posse, nisi accedente Regia facultate, quæ est mera gratia, per quam tollitur impedimentum iuris, et possessor redditur habilis ad contrahendum. Plenissime D. Salg. in Labyr. part. 1. cap. 37. qui ex n. 3. docet, huiusmodi Regiam facultatem iisdem iuris regulis metiri, ac cætera rescripta gratiosa. Unde sicut gratia Principis nulla est, nulliusque roboris, et effectus, si obreptionis, aut subreptionis vitium patiatur, ita pariter nulla erit facultas Regia ad alienandum à Principe impetrata, si ei in suplicatione narrata non fuerint clare, et specifice, omnia quæ illum poterant movere ad denegandam, vel ad difficilius concedendam Regiam facultatem, ut latissime prosequitur Salg. citat.

Regia facultas ad obliganda, hypothecanda, seu alienanda bona maioratus, non aliter fieri concedi valet, quam præcedente causæ cognitione, et citato immediato successore. D. Molina videndus, lib. 4 cap. 3. num. 5.

Dubium tamen est an Regia facultas impetrata ad alienanda, vel hypothecanda bona Maioratus, subreptitia dicatur, et sit, eo quod Principi non fuerit expresse proposita clausula prohibitiva, et pænalis, per quam fundator expresse inhibuisset, ne Regia facultas impetraretur, vel quod contractus illius rigore celebratus, nullus sit.

Conveniunt DD. indubitabilem esse Principis potestatem, ad huiusmodi facultatem concedendam, quia hæc authoritas est de Regalibus, cui clausulæ fundationis, quantumvis amplissimæ, derogare non possunt, ex D. Molina lib. 4. cap. 3. n. 28. cum multis seqq. D. Salg. ubi supra n. 21 et 22.

Et suposita Principis potestate, nihil refragantibus quibuslibet clausulis fundatoris, prohibitivis, et pœnalibus, dubitatur, an ipsa facultas sit subreptitia, et inefficax ad alienationem, ex eo quod iisdem clausulis specialiter non sit facta Principi relatio in suplicatione. In hac quæstione D. Molin. ubi supra ex n. 36, quem sequutus fuit Castillo de Tertijs tom. 2. quæst. 41. ex n. 123, docet subreptitiam esse Regiam facultatem.

Contrariam tamen sententiam totis viribus tuetur D. Salg. citat. ex n. 30, asserens Molinæ opinionem semper in Tribunalibus duram visam fuisse, et sæpe contra eam iudicatum vidisse in Pinciano Senat. Et certe adeo stringunt D. Salg. fundamenta, ut omnino convincere videantur: illum consule dicto cap. 37 et 38. quoties difficultas circa obreptionem, vel subreptionem Regiæ facultatis, occurrat.

Cons

Facultas Regia ad alienanda, vel obliganda bona Maioratus, conceditur previa suplicatione (Memoriale vocamus) absque subscriptione eius cuius nomine impetrat, et ideo à quoquam facultas, seu gratia postulari permittitur, absque mandato eius, in cuius favorem supponitur impetrata, et hic est comunis stilus, de quo testatur D. Salg. post alios quos refert in Labyr. part. 1. cap. 32. Et cum huiusmodi facultas non impetrata à vero maioratus possessore, et domino, vel ad eius instantiam, illiusq interveniente consensu, nulla sit, ut docet Salg. citat. n. 22. ex Molina de Primog. lib. 1. cap. 8. per tot: consequens est, ut si possessor mandatum ad dictam suplicationem negaverit, et de eius consensu factum fuisse, creditores decepti manebunt, et de concursus iudicio excludentur. Quod adeò procedit, ut licet Princeps in Rescripto asserat, huiusmodi Regiam facultatem, petente maioratus possessore concessam fuisse, ut semper contingit, non ex inde probatur possessoris consensus, ut late docet Salg. dicto cap. 32. subdens n. 26. hanc esse comunem opinionem, cuius limitationes tradit ex n. 28.

Comprobat D. Molina lib. 4. cap. 7 per tot. et ibi addentes

Alienatio bonorum maioratus fieri nequit adhuc in vim Regiæ facultatis, nisi post formalem excusionem bonorum liberorum, ut doctissime probat Salg. in Labyr. part. 2. cap. 5. per tot. signanter ex n. 15. Ratio est evidens; quia cum Regia facultas concedi soleat ad alienandum cum clausula deficientibus bonis liberis, quæ licet non exprimatur semper tamen subintelligitur, ex Salg. cum innumeris ibidem n. 16. consequens est, obligationem bonorum maioratus, contractam vigore Regiæ facultatis, subsidiariam esse, ita ut nihil operetur nisi in subsidium, quando per excutionem constiterit, bona libera non adesse, ita ut maioratus obligatus censeatur tanquam indemnitatis fideiussor, ut prosequitur citatus Doctor ex n. 17. asserens, huiusmodi sententiam in Regio Consilio admissam vidisse, licet contrariam docuerit D. Molina de Primog. lib. 4. cap. 7. ex n. 12, cuius fundamentis plene satisfacit Salg.

Ad valorem alienationis bonorum maioratus, duo precise copulative requiruntur, dominium scilicet ex parte possessoris impetrantis, et facultas Regia ad submovendum prohibitæ alienationis impedimentum, quorum altero deficiente, tota subvertitur alienatio, et obligatio bonorum maioratus, ut magistraliter probat Salg. part. 2. Labyr. cap. 9. ex n. 60. et cap. 10. n. 36. cum seqq. Et cum Regia facultas impetrata a putativo

succesore, nullasit ex defectu dominij: sequitur censum ab eo onustum nullius esse momenti, licet per verum succesorem eius pensiones solutæ fuerint, ut late prosequitur Salg. ubi proxime, et latissime omnino videndus d. lib. 2. cap. 22. contra D. Christhophorum de Paz, aliter sentientem.

Census an, et quando absque Regia facultate imponi valeat super bonis maioratus, pro extinctione alterius eiusdem quantitatis, tam in sorte, quam in reditibus, pulchre explicat D. Salg. vidend. par. 2. Labyr. cap. 17 per totum, ubi cum casuum distinctione, hanc rem, alias difficilem, omnino absoluit.

Bona maioratus, quæ rigore Regiæ facultatis, fuerunt æri alieno hypothecata, possunt sub hasta publica distrahi absque noba facultate, quia sufficit, quod à principio intervenerit ad opignorationem, vel hypothecam; et hæc est concors omnium DD. sententia, quam docent Ludobicus Molina de Primog. lib. 4. cap. 4. n. 1. 2 et 3. et alij relatis D. Salg. par. 3. Labyr. cap. 1, subdens ex n. 6. hanc resolutionem generaliter procedere in omni casu, quo ad opignorationem, alienationem, seu obligationem, assensus Regius, vel Domini, sive decretum Iudicis requiritur. Ex quo infert n. 7, quod posito decreto ad obligãnda bona minoris, non requiritur in subhastatione; n. 8. quod semel obtenta Regia facultate, aut Episcopi authoritate, in obligatione rerum Civitatis, aut bonorum Ecclesiæ nobanon requiritur solemnitas in venditione; quod pariter procedit in feudo, ut tradit Pix. doctissimus n.º 9 cum seqq. Omnium ratio est evidens, quia per primum Regis assensum, decretum Iudicis, aut Episcopi licentiam in bonis alienari prohibitis sublatum fuit impedimentum iuris, vel hominis, ut docuerat Author iste part. 2. Labyr. cap. 9. 10. 11. et 22, et repetit ubi proxime ex n. 13; quo impedimento semel sublato, res perpetuo libera manet, ut probat ex cap. 2. de feudis, et communi DD. sententia.

Alienatio bonorum maioratus, facta rigore Regiæ facultatis, ea lege, ut ex pretio alia bona in illorum loca subrogentur, valida est, et emptor tutus est, licet pretium in noba bonorum emptione non impendatur. D. Molina lib. 4. cap. 2 per totum, signanter ex n. 20. et ibi addentes, quæ ita in praxi admissum esse testatur. Vide in fol. 4(?)0 ubi plures Casus. Vide omnino D. Castillo de aliment. cap. 36. §. 3. per totum.

Alienatio facta a patre post meliorationem filij, et sequutam traditionem veram, vel fictam bonorum, valida est. Gomez in l. 17. Tauri n. 20. ideoque filius melioratus nequit alienationem revocare. Ratio est, quia habetur respectus ad tempus mortis l. 23. et 29. Tauri.

Vide in comprobationem Hermosilla in L. 45. t. 5. par. 5. n. 16. fo. 72. Bonacina tom. 1. disp. 2. q. unic. per tot. pag. 526. cum seqq. et nota ex præfato Hermosilla ubi prox. n. 95. cum seqq. Extravagantem Ambitiosæ receptam esse in Hispania quoad actus nullitatem; non quoad pœnas, ut post Navarrum in manuali cap. 27. n. 150. et alios docet Faria ad Covarr. variar. lib. 2. cap. 16. n. 62.

Vide notata in principio tom. 3. observat. verbo alienatio et præ cæteris videndus est Avendan. de exequend. mand. part. 1. cap. 4. n. 34. ad 43 ubi dictam Extravag. receptam esse probat in Hispania, eamque exponit. Et licet n. 40 testetur Leonem X indulsisse Monialibus S. Claræ, et Fratribus, facultatem alienandi immobilia, concurrente consensu Conventus, notandum est, hoc privilegium nihil obstare, ex Regula S. Francisci.

Alienatio bonorum immobilium Ecclesiæ, vel mobilium pretiosorum, quæ sunt Divino Cultui dicata, ad sui validitatem requirit pro forma copulative Causam necessitatis, vel evidentis Ecclesiæ utilitatis, et beneplacitum Apostolicum, sublata omnibus Prælatis secularibus, et regularibus, alias alienandi facultate, ita ut deficiente aliquo ex præfatis requisitis, alienatio nulla sit ipso iure, et dominium, atque civilis possessio penes Ecclesiam alienantem permaneat, ut expresse cavetur in Capite Ambitiosæ Extra. de reb. Eccl. non alienand. et docent omnino videndi Cardin. de Luca de alienationib. disc. 1. 2 et 3. Fagnan. in Cap. Nulli eodem titulo. Monacellus tit. 14. formula 4. tom. 2. pag. 110. Pyrrus Corradus in praxi dispensationum lib. 9. per tot.

Hæc Constitutio continet decretum irritans, infringens quamlibet contrariam consuetudinem, et observantiam. Unde licet magni nominis Theologi apud Escobarum Epitome 42. theoremate 113 asserant, non esse usu receptam: tamen verius est, ubique terrarum vigere, tanquam in corpore iuris clausam, ut optime docent præfati DD. præsertim Luca dicto disc. 1. et Corrad. ubi proxime Cap. 1. qui n.° 10. refert decretum S. Congregationis, quo revocata fuerunt Regularium privilegia.

Postea Urban. VIII Constitutione inter suas 15), edita anno 1641 disposuit, Apostolicum beneplacitum, non aliter præsumi, quam ex lapsu temporis immemorabilis, aut saltem 100 annor. ex Luca citato n.° 24.

Quæstio tamen est an centenaria hæc computari debeat a die celebrati contractus ad tempus motæ litis, an vero usque ad publicationem rescripti, in qua Rota decis. 168. n. 22. part. 12 recent. pluries confirmata, declarabit computandam esse a tempore contractus usque ad Bullæ publicationem, ut refert Card. de Luca de alienationib. disc. 2. n. 3 et 4. Et licet idem Eminentissimus Auctor, ibid. in contrariam sententiam propendere videatur, tamen fatetur, quod si constiterit de aperta tituli nullitate, et de origine vitioso, nullius erit momenti centenaria possessio, ut constat ex traditis a Fontanella decis. 441. 442. 443. et 444. Quod maxime comprobatur ex citato Monacello n.° 15. ubi docet ex Rota, Corrado, et aliis, non suffragari beneplacitum præsumptum, nisi exhibeatur expressum. Vide D. Covarr. var. lib. 2. cap. 16. n. 4. 5 et 6. et ibi Faria in addition. qui n. 54. ex aliis docet, Extravagantem esse receptam quoad actus nullitatem, non quoad pœnas: ut comprobat videndus n. 62.

Acceptatio Donationis.

Donationis acceptatio fieri potest a donatario post mortem donantis, ut docet cum aliis Fontan. tom. 1. de pact. claus. 4. glos. 10. per totam, D. Molina de primogen. lib. 4. cap. 2. n. 33. = Contrarium tenet Cancer var. par. 1. cap. 8. ex n. 42. cum aliis. Notandum tamen, hanc quaestionem solum procedere in donatione facta ab extraneo; nam si ab ascendente facta fuerit, irrevocabilis manet, ut docet Amato var. resol. cap. 30. n. 14.

Acceptatio donationis solum requiritur ad dominii translationem, non vero ad actus validitatem, quia etiam ante acceptationem, tenet donatio mero jure. Rota decis. 314. n. 20. par. 1. recent. et decis. 23. par. 3. Cardin. de Luca de donat. dis. 14. a n. 10. et dis. 23. n. 10. et 11. Ex his motivis fuit pro validitate donationis non acceptatae per donatarium, vivente donatore, decisum, per DD. Inquisitores Dn. Mathiam Escalzo, et Dn. Balthasarem Barbero, scriba Benduard, in favorem Antonii Ribot Mercatoris, et contra Joannem Barcelo, me dictum Ribot patrocinante, sententia publicata 23 Aprilis 1724.

Vide D. Molina lib. 4. cap. 2. num. 62. D. Salgado de labyr. par. 2. capit. 26. ex n. 58. Castillo tom. 4. cap. 33. ex n. 39.

Actio personalis praescribitur viginti annis. Quod si accesserit hypotheca, durat 30. annis, prout etiam actio mixta. Constat ex Regia lege Tauri 63. et ibi Gomez, quem vide in hac materia correctoria juris communis.

Appellatio. Exclusa appellatione, nunquam censetur exclusa nullitas, aut notoria injustitia. D. Salgado de Reg. Protect. par. 2. cap. 15. n. 17. 24. et 25. et par. 3. cap. 9. Caldero tom. 3. decis. 130. n. 28.

Hic nota ad materiam Bulla Innocentii xiii.

Arbor.

Ex textuali dispositione legis finalis ff. finium regundor. qui oleam, vel ficum plantat, novem pedes ab alieno relinquere debet; in caeteris vero arboribus, pedes quinque. Capolla de servit. prædior. Urban. cap. 81. per totum. Et si arbor plantata fuerit, dimisso legitimo spatio, et postea crescat in radicibus, ita ut damnum afferat vicino, vel in ramis, et frondibus, taliter ut pendeat super alienum fundum, vel domum: si supra domum, agi potest, ut in totum scindatur; si super agrum, non tollitur in totum, sed inciditur quindecim pedibus a terra. Capolla d. cap. 81. Afflictus in. Sepat. var. sententiar. tit. 518. qui, et alij Doctores, non dubitant de veritate conclusionis, sed tantum disputant: An hujusmodi arbores scindi possint propria authoritate; an vero Judicis ministerio opus sit. Et merito quidem, nam Edicto Prætorio de arboribus caedendis, expresse cavetur, arborem alienis ædibus impendentem, ab stirpe excindendam, ut constat ex tit. 27. libri 43. ff. de arboribus caedendis.

Arbores præsumuntur radices emittere, vel extendere ad 15. pedes. l. 1. C. de aqueduct. lib. 11. Mascar. concl. 127. Debent esse distantes ab aqueductu discurrenti per locum privatum, spatio 25. pedum, et si infra hoc spatium qua nascantur, debent excindi. Christin. dec. 83. ex n. 11. tom. 5. Novar. collect. 116. Sobius de aquis q. 19. et segq. Rota par. 1. dec. 287. et par. 17. dec. 129. apud Sabel. verbo Arbor n. 9. Pes autem ad intelligentiam prædictæ legis finalis, interpretatur esse, quindecim digitorum. Pax Jordan tom. 2. lib. 11. lucubr. tit. 3. n. 190. fol. 532. et alij apud Sabel. §. Lex ex n. 16. = Menochius tamen asserit, de arbitrar. casu 2. n. 2. pedem esse sexdecim digitorum.

Auctio, ò Puja in pub.ca venditione

In auctionibus, quæ fiunt pro venditione gabellarum licitum est Administratoribus promittere præmium augentibus pretium, et illud solvere tenentur, quia nec est donatio, nec alienatio, sed contractus innominatus do ut des, vel facio, ut facias. Unde si Civitas promiserit tale præmium (prometido vocant) ad solutionem compellitur. Bovadilla lib. 5. Polit. cap. 4. n. 60. Avendan. de exequen. mandat. cap. 12. lib. 2. Carleval de judiciis lib. 1. tit. 1. disput. 8. Gutier. de gabell. q. 154. per tot.

Quid autem concurrere debeat juxta Regio, ut Conductores reditum Regiorum præmium lucrari possint, juxta l. 6. tit. 9. l. 7. 9. et 10. tit. 11. et l. 1. t. 13. lib. 9. Recop. explicat late Larrea tom. 1. allegat. 29.

Perdunt tamen promissum oblatores, si fraudem commiserint, vel dolo, aut gratia ex aliqua parte processum fuerit. Gutier. d. q. 151. et 152.

Quid dicendum, si præmium secreto promissum fuerit? Anceps est dubium, et illud in terminis reperire non potui apud DD. Certum tamen est, quod si Administratores falso asserant, invenire majus pretium, quam vere sit oblatum, ultra quod sunt puniendi de crimine stellionatus, tenentur defalcare oblatoribus, quidquid obtulerunt ratione falsæ assertionis. Sabelli verbo Subhastatio n. 10. Gutier. de gabel. q. 147. per tot. et signanter n. 2. ubi tam in casu, quo Admin.or sciebat falsum pretium, quam si id ignorabat, debet defalcari oblatori quantitas falsi pretij. Azevedo in l. 1. n. 3. tit. 13. lib. 9. Avendan. cap. 12. lib. 2.

Actio in contractu innominato.

Licet jure communi attento, locum habeat poenitentia in contractibus innominatis, tam ex capite non implementi, quam alias re integra: tamen jure Regio, sive interveniat stipulatio, sive non, oritur actio, et obligatio, ita ut poenitentia locum non habeat, prout docet Anton. Gomez par. 2. variar. cap. 8. n. 4. et 5. et Ayllon in additionibus. Locum tamen habet exceptio adimplementi non secuti, ut explicant citati Doctores.

Alimenta. Sanguis. Lites.

Vid. fol. 25.

Alimenta non debentur ab hærede usufructuario, proprietario, quamuis pauperi, si extraneus sit. Decis. 22. Octobris 1641. R.s D. Thir, inter Franciscum Garcias, et Antonium Bonet, scriba Crespi.

Alimenta fuerunt taxata filio in bonis patris, in 150 ℔, cui pater 100. tantum reliquerat; sed fuit decisa dicta alimenta regulanda esse ad 100. cum nemo magis instructus sit suarum facultatum, quam pater, qui semper præsumitur bonum consilium capere pro filijs, maxime dum non probatur, fructus legitimæ, ultra centum excedere. Ita R.s D. Mora, scriba Thas, inter Augustinum, et Franciscum Sual fratres.

Alimenta debent præstari nepotibus ab auo paterno, licet mater eorum diues sit, quia obligatio matris, subsidiaria est, deficientibus bonis paternis, et aui paterni. Decis. Nouembris 1652. R.s D. Canet, inter Ioannem, et Antonium Marsh, et Ossartell, scriba Serra.

Alimenta reliquit pater filiæ, ipsi præstanda in domo ipsius patris, et casu quo cohabitare non posset, cum hærede, illi legauit 100 ℔ pro alimentis. Filia supplicauit Decretum, narrando, non posse cum hærede habitare, sed reuocatum fuit, quia allegata impotentia non fuerat probata.

Alimentis filia, medio Decreto taxatis, dum pater differt illam competenter dotare; suscitata causa super Decreti reuocatione, succubuit filia, quia cum ei incumbat, et non probauerit, patrem habere bona sufficientia ad alimenta taxata supportandum, pari quo Decretum obtinuit, tenetur cum alterius in juridicione, motiua impetrationis justificare. Decis. 28. Junij 1655. R.^{te} D. Simo, inter Gabrielem Gaya, et Michaelem Ventayol, scriba Ginard notario.

Alimenta, et sumptus litis, ut actori lite pendente taxari valeant, non sufficit causam suscitasse, sed requiritur, quod qui ea petit, ultra paupertatem habeat pro se fumum justitiæ, et boni juris præsumptionem, et hæc non leuis, sed urgens, et grauis esse debet. Decis. 14. Febr. 1641. R.^e D. Mesquida, inter Raphaelem Martorell, et Petrum Llarens, scriba Llobet notario. Videnda in materia Rota decis. 148. tom. 1. et decis. 423. n. 3. par. 4. tom. 2. recent. Bar in theatr. cap. 21. de alimen. D. Leon tom. 1. dec. 28. et tom. 3. dec. 29. et 30. Velasco de privileg. pauper. par. 1. q. 39. et 70.

Alimentorum taxationis Decretum, ex deffectu paupertatis, fuit reuocatum, quod obtinuerat D.^{na} Paula Desmas, et Morlá, eodem D. Senatore referente, 15 Martij 1642. scriba Obrador, ubi alimenta exacta restituenda esse, decisum fuit. Et iterum R.^e D. Ludouico de Armella, 24. octobris 1644. scriba Llinas, inter Martinum Cifre, et Petrum Llobera, Villa de Pollenza.

Alimenta debita jure actionis, et non officio Iudicis, etiam praeterita, peti possunt. Caralleris, ad Statuta Genuae, § 13. pag. mihi 267. a n. 3. et n. 14. ubi, et quod etiam Officio Iudicis debita, quamvis praeterita, peti possunt, si debitor fuerit in mora, aut quando contraxit debita ~~ad solvendum~~ ad se alendum. Gratian. Discept. 60. n. 21. Molinus ad Castillo de alimen. cap. 19. n. 6. Rhodic. decis. Senen. 89. a n. 12. Videndus Ansaldus decis. 15. n. 10. cum seqq.

Alimenta Hospitali praestita exposito, an, quando, et quomodo debeant a patre resarciri, et solvi, tractat Monacellus in Formul. legal. pract. Fori Eccles. tom. 2. tit. 13. for. 2. a n. 13. pag. mihi 105. ubi de poena matris, quae filium exposuit, et de dispensatione ad sacros ordines non requisita in expositis quorumdam Hospitalium. Vide etiam Amostazo de caus. piis lib. 4. cap. 11. n. 57. tom. 1. et alios apud eum.

Sumptus litis comprehendunt etiam salarium Advocati, et procuratoris &a. Provisum in verbali D. Regentis, 15. Augusti 1642. et in gradu appellationis confirmatum, 8. Octobris ejusdem anni, R.D. Armella, inter Guilielmum Pober, et Guilielmum Mas, c. n. scriba Mairoig. Et iterum 22 Maij 1651. R.D. Mir, inter Stephanum Maximon, ~~et~~ Michaelem Segui c. n. scriba Valles.

sumptus litis non taxantur divitibus, sed pauperibus bonum jus foventibus, qui alias litigare non possent. Decis. 11. Decembris 1651. R.e D. Mantonell, inter Michaelem Brondo, et Antonium de Puigdorfila, scriba Martí.

Decreto Judiciali 10. Maij 1650. taxata fuerunt D.a Leonora Quint 300. libra, pro sumptibus litis, solvendis ex fructibus prædij Barcelona, possessi per D. Ulissam Sister, et D. Antonium de Salas, pro tempore, quo in Sup.mo Senatu Reg. Aragonia Consilio, ventilaretur causa, inter easdem partes, super fideicommisso ejusdem prædij, prætenso per dictam D. Leonoram, et pariter durante lite in hoc Regno, taxati fuere sumptus litis necessarij, sub motivis, quod dicta actrix fovebat bonum jus, et egebat pecunia ad expensas defensionis, maxime in Curia Matriti, ad quam erat causa transmittenda, litteris causa videndi, et recognoscendi. Sed sententia lata inter easdem partes 8 Februarij 1651. R.e D.no Mantonell, fuit decisum ibi: Et meritis processus attentis, quidquid sit de probatione, seu præsumptione boni juris prætensi per eandem D.am Leonoram Quint, et præterquam quod agitur in dicta causa de re particulari, non vero de hæreditate aliqua, vel ejus parte, quia non constat, eo modo quo constare debet, de paupertate ejusdem D.a Leonora Quint, et sanctuantate ad effectum supradictum, quinimo ex deductis in processu, contrarium deprehenditur. Ideo, et

aliás &c. pronunciat &c. locum non fuisse supradic-
to sumptuum litis taxationi &c. et consequenter &c.
non obstantibus &c. et signanter renunciatione
hujus causæ, facta per eandem D.na Leonoram
Quint. cum conditione, quod ab ipsa non repetantur
quantitates recepta, virtute prædicti Decreti;
quia prædicta renunciatio, non processit in citata
parte, post factas probationes, cum dicatur lique-
re de causa, in qua fuerat jam conclusum.
Respectu vero receptionis quantitatum recepta-
rum per eandem D. Eleonoram Quint. virtute
ejusdem Decreti, debite providebitur suis loco, et
tempore, post sequutam scilicet Declarationem
in causa principali &c.

Alimenta, et sumptus litis solum taxantur in judi-
cio universali petitionis hæreditatis, vel majoris par-
tis bonorum, aut in causa legitimæ. Luper. in capite
per vestras, §. 39. ampliat. 18. n. 3. vers. imo quod plus
est, notab. 1. de donat. inter. Surdus de aliment. tit. 1.
q. 120. n. 14. Gratian. tom. 1. discept. 55. n. 50.

Hanc Surdi sententiam, sequuntur Ricciol. de jure personar. lib. 2. cap. 24. n. 6. Ioan. Anton. ab Ecclesia, obser. 9. n. 12. Leoncil. de privil. paupert. par. 2. privil. 24. n. 36.

Contrarium docet Fontanella tom. 2. claus. 5. glos. 2.
par. 4. n. 73. qui testatur de praxi Cataloniæ, et
ea ratione movetur, quia causa ob quam hujusmo-
di alimenta debentur, non consistit in eo, quod uno,
vel alio judicio, seu actione petantur; sed ne is, de cu-
jus boni juris præsumptione apparet, cogatur ob im-
potentiam litem deserere. Et ideo in cap. ex parte,
et in cap. olim de accusat. dantur alimenta ei, qui
non agit ad universitatem bonorum, et ita fuit deci-

rem per Rotam apud Farinac. vol. ult. decisione 349. Et hanc sententiam veriorem esse, et in praxi admissam, testantur Bas in theatro Iurisprudentiæ tom. 1. cap. 21. n. 124. Rota decis. 50. n. 10. par. 9. recent. tom. 1. Paulus Rhelius in observat. ad Castillo de alimentis cap. 1. n. 5. Andreolus controver. 263. n. 5. Carol. Anton. de Luca ad Gratian. cap. 55. n. 9.

Vide omnino D. Salg. par. 2. Labyr. cap. 18.

Aditio quid sit, ac per quos actus inducatur; et an per implementum conditionis; an ex venditione bonorum hæreditariorum, an ex solutione legatorum; et quid si sit legatum suum; et an ex confessione qua dicit quis se hæredem; et alia notabilia in materia aditionis, late, et docte tradit, et explicat Iulius Caponius tom. 1. discep. 3. per totam, ubi vide. Vide Oleam tit. 2 q. 3.

Administrator

Administrator concursus, admittere potest cessiones contra bona concursui subiecta, dummodo integram quantitatem, pro qua cessionem obtinuit, cedenti solvat. Olea. tit. 2. quæst. 6. sub num. 15. vers. et circa. ubi docet, Regios thesaurarios, administratores, aut conductores bonorum vel iurium Regiorum, aut Civitatum, non posse chirographa, etiam anticipata solutione, minoris emere, nisi us authoritate ex. in l. Ab Anastasio, et l. Per diversas. C. mandati. D. Salgado 1. p. laberinth. cap. 13. § 2.

Administrator concursus, pro reliquo administrationis, carceri mancipatur, licet Nobilis sit, vel utcumque privilegiatus, ut latissime probat Salg. in Labyr. part. 1. cap. 11. per tot, subdens n. 1 et 8, hanc eandem conclusionem indistincte procedere in omnibus administratoribus aliena bona administrantibus, qui licet Nobiles, vel alias privilegiati sint, carcerantur donec reliquum satisfaciant, exceptis Matre, et Avia, quæ licet permittantur tutrices esse filiorum, aut nepotum, pro reliquo non capiuntur, ut ibidem n. 11.

Administrator.

Tutor, Curator, Manumissor, seu Executor testamenti, et quilibet alius administrator, tenetur reddere rationem, et computa suae administrationis. Plene Regens Cortiada, tom. 5. Decis. 279. n. 1. et 2. Quod procedit, etiamsi manumissoribus, et executoribus testamentorum, vel etiam tutoribus, et Curatoribus, remissa sit a testatore, computorum, et rationum redditio, quia haec obligatio nascitur ex publica utilitate, quae non subjacet dispositioni testatoris, et si hujusmodi remissio rationum valeret, haberent occasionem peccandi, et delinquendi. Cortiada citatus n. 3. Covar. in cap. tua nobis 13. de testam. n. 6. Gutier. de tutel. par. 3. cap. 45. n. 8. Molina de just. et jure tom. 2. disp. 251. n. 8. §. Dubium, Sagundez in Decal. lib. 6. cap. 4. n. 9. Carpio de executor. testam. lib. 4. cap. 2. n. 10. Diana par. 8. resol. moral. tract. 5. resol. 35. Amostazo de causis pys lib. 1. cap. 12. n. 33. Rodriguez qq. regular. tom. 3. q. 30. n. 5.

Administrator, an et qualiter sibi satisfecisse praesumatur de credito quod habebat in bonis, quae administravit, et quando expensae factae ab Administratore non censeantur factae animo repetendi, vide Capon. tom. 3. discept. 152. per tot.

Et clausula illa remissionis rationum, tantum operatur, ut censeatur remissa manumissoribus, et executoribus testamentorum, scrupulosa inquisitio quoad culpam; non quoad dolum, et latam culpam, quae dolo comparatur, ac reliquorum restitutionem. Cortiada cum pluribus, ubi supra, n. 4. Quod generaliter procedit in tutoribus, Curatoribus &c.a ex Cortiada cum innumeris, ibidem n. 5. cum segg.

Adjuncti – Capitulum.

Capitulum nominare debet intra anni, duos Canonicos in Adjunctos, juxta Decretum S. Concilij Tridentini Sess. 25. de Reformatione cap. 6. ubi non adest Indultum, aut consuetudo in contrarium. Sarauia, de Iurisdict. Adjunctor. quaest. 13. Semel facta nominatione, nullum jus remanet penes Capitulum, quod omnimodam Iurisdictionem suam transtulit in eos per electionem; et sic a providimentis Adjunctorum, non datur appellatio ad Capitulum, sed ad legitimum superiorem, ut probat idem Sarauia in dicto tractatu de Iurisdict. Adjunctorum q. 3. per totam. Nec tenentur adjuncti consulere Capitulum, prout nec Episcopus, ut docet author citatus ibidem q. 6. n. 3. ibi: Quod si Episcopus processurus fuisset contra amicum, vel consanguineum aliquorum de Capitulo, in quibus esset major pars, eo casu Episcopus non requirebat, nec consensum, nec concilium Capituli, ne forte Capitulum amico, vel consanguineo revelaret, quia nemo carnem suam odio habet, cap. non existimemus 43. q. 2. Imo trahit, et excaecat etiam superiorem, cap. grave nimis 29. de praeben. et dignitat. Docet Panormitan. in cap. novit n. 6. de his, quae fiunt a Prelato, ubi Hostiensis, & Aliorum, Guido Pape decis. 96. n. 11.

Adjuncti a Capitulo electi, tenentur jurare in loco Capitulari, statim post electionem, nisi adsit legitima in contrarium consuetudo. Ita declaravit Sacra Congregatio Concilij in Majoricen. 16 Martij 1652. ad cap. 6. sess. 25. de reformat. Pignatel. tom. 1. consult. 381. Pascuccius tom. 1. Campen. fol. 67. Vide de materia Adjunctorum D. Solorzanum de Jure Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 14. ex num. 57. ubi plenissime. Et quid operetur contra Capitulum et respective pro capitulo observantia, praescriptio, concordia, et consuetudo, Tondutus in qq. beneficialibus q. 61. et 62. per tot.

Adjuncti = Episcopus.

Episcopus, et ejus Vicarius Generalis, nequit procedere sine adjunctis contra Canonicos. Constat ex tex. in cap. Statuit 6. Sess. 25. de Reformat. Concilij Trident. = In terminis Canonici concubinarij (Thomæ Derbach Majoricensis) fuit ita decisum per Rotam par. 1. Recentior. decis. 289. 295. decis. 4. et decis. 105. ubi habetur, quod adhuc quando Canonicus est suspectus de fuga, non potest solus Episcopus recipere informationem plenariam, et summariam, et in dicta dec. 105. fuit declaratum, quod propter observantiam immemorabilem Diœcesis Majoricensis, nihil potest Episcopus facere sine adjunctis. Videndus Saravia de jurisdict. Adjunctorum cap. 16.

Sed an idem procedat in Dignitatibus non Capitularibus, ita, ut contra eos non possit Episcopus procedere sine adjunctis? Affirmative respondetur, et late probat Saravia ubi supra cap. 4. per totum; et merito, quia in dicto cap. Statuit 6. Sess. 25. de Reformat. sancit Sancta Synodus, quoad modum procedendi cum Adjunctis, æquiparari Canonicos, et Dignitates: ergo ex ea pariformis determinationis, idem jus dispositum censeri debet, et ita in Diœcesi Majoricen. practicatur a tempore immemorabili. Quare, cum V. S. D.n Antonius Descallar, de mense Septembris 1722. procedere intenderet contra Ill.m Archidiaconum D. Michaelem Sastre, is me, et alijs consulentibus, ad Capitulum Almæ Sedis recurrit, quod ex plena deliberatione resolvit eum in sua prærogativa tueri, et defensionem assumere, prout factum fuit; res tamen fuit postea, mediatione notabilium personarum sopita. Sed nec apud Canonicos, nec inter Advocatos dubitabatur, V. S.m procedere minime posse ad actum jurisdictionis contra Dignitatem non Capitularem, sine Adjunctis, stante observantia de qua supra.

Alienigena – Domicilium. Exteri ???

Vide D. Amaya in l. cives 7. C. de Incolis lib. 10. ex n. 98. Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 23. n. 2.

Quilibet Alienigena contrahit domicilium, per solam animi declarationem. l. non utique 4. l. domicilium 20. l. filij libertorum 22. § municipes l. nihil 31. ff. ad municipalem. Constat ex textu formali, et expresso in l. cives C. de incolis libro 10. Tristany cum alijs decis. 11. a n. 3.

In tantum requiritur habitatio per decennium in aliquo loco ad effectum domicilium, et civilitatem adquirendi, in quantum aliunde non constet animus ibi perpetuo manendi; quia si de eo aliunde appareat, absque ulla temporis computatione, domicilium adquiritur, etiam uno solo die, ut probat ex alijs Tristany citatus, omnino videndus. Præ cæteris autem videndus Lalius Altogradus. tom. 2. consil. 27. ex n. 11. Bas in Theatro Jurispr. tom. 2. cap. 49. per totum, ubi ex n. 30. explicat Bullam Sixti V. super exclusione exterorum a beneficijs Regni Valentiæ, D. Leon tom. 2. decis. 199. D. Crespi obser. 6. ex n. 55.

Qui naturales dicantur in Regno Castellæ constat ex L. 19. tit. 3. lib. 1. Recopil.

Aqua

Notabilis locus Emin. Cardinalis de Luca, in Summa de servitutibus a n. 63, ibi: Aquarum decursus, vel usus inter vicinos, frequentiores producunt quaestiones, certam pariter, ac uniformem regulam non de facili admittentes, utpote a singularium casuum peculiaribus circumstantijs, decisionem expectantes. Ea vero juris est Regula, ut aqua, quae in alicuius fundo nascitur, sive alibi nata, in illum ingressa est, de ipsius possessoris dominio, liberaque dispositione sit, suumque cursum, quamvis valde antiquum, pro libito immutare valeat, inferioris praedij neglecto praejudicio, quod ex hac immutatione resultet. Antiquitas etenim temporis, nullam desuper inducit operationem, utpote facultati referenda, ubi alijs servitutis argumentis, ac praesumptionibus destituta sit. argumentum tamen, vel praesumptionem praebet, cum alijs conjungendam, eo modo, quo in aedificandi, vel altius elevandi naturali libertate, desuper insinuatum est, discur. 25 et seqq. de servitutibus.

Publicus tamen favor, hanc impedit libertatem, dictaeque Regulae inducit limitationem, pro navigabilis fluminis impugnatione, ac beneficio, sive ubi publicae commoditati, ~~et re- usui~~ aqua jam destinata sit ex manufacto opere, ut hic soli naturali, ac facultativo decursui non veniat referendus. ut diximus discur. 31. de servitut.

Idem manufactum opus alterius praedij favorabilem, seu activam probat servitutem, ubi in ipso praedio, in quo aqua sit, manufactum opus ab alterius praedij domino, ac possessore constructum sit, atque refici, et conservari consueverit; illo non suffragante manufacto opere, quod in suo inferiori praedio possessor fecerit pro aquae usu, vel commoditate, postquam naturali cursu ad illud effluxerit, sive ubi idem cursus ex manufacto opere sequatur, quod ab ipso aquae domino, pro eius usu, vel utilita-

Vide omnino D. Mathiam Laguvez par. 1. de fructibus cap. 5. a n. 27. usque in finem, ubi doctissime in materia aquarum disserit, adstruens veritatem doctrinae Em.mi de Luca, cum juribus, ampliationibus, et restrictionibus. Conduct. lib. 2. qq. Civil. q. 48. per totam.

mento in suo pradio constructum sit, dicto discur. 31. de servitutibus.

In eadem tamen specie cadit limitatio ex aemulatione producta quae in urbanis insinuata est. Ubi etenim divertenti innovatio non possit, alteri vero, qui aquae beneficium habere consuevit, noceat, Iudicis aequitativum ~~officium~~ intrat officium, vel arbitrium, d. discur. 31.

Eam quoque super aquarum decursu servitutem lex inducit, quam natura exigit, super obligatione scilicet pluviales recipiendi aquas, easque non divertendi a consueto cursu, ut aliorum adjacentium pradiorum inducat prajudicium, cui subjacere non consueverint. Quod etiam in superioris pradij aquis nascentibus, vel naturalibus, dicendum est, ubi alias consultum non sit, illaque stagnantes manerent, cum ipsius superioris pradij privato, ac etiam insalubritate aeris publico damno; aliaeque pro locorum, seu Regionum moribus, vel pradiorum situ limitationes intrant, quibus eadem congruat ratio d. discur. 31.

Nota, quod in locis ubi pascua sunt communia, vel aqua, et nemora &c.a Dominus in re propria impediendus non est ab eo, qui servitutis, vel communicationis, aut privilegij jure, alienae rei usum habeat; eodem modo quo in alijs servitutibus, illa praesertim aquae haustus, vel usus est receptum. Irrationabile siquidem lex reputat, ut proprios agros aquae dominus sitientes habere cogatur, ut alienorum sitim expleat; nisi aliud conventionis lex suadeat, vel usus proprius excrescentia affectata, et indiscreta sit, ut alterius juri fraus fiat. Cardin. de luca in summa de servit. tom. 4. n. 83. et discur. 28. et seq. eodem titulo.

Absolutio.

Absolutio ab Excommunicatione, non requirit sacramentalem Confessionem. Sanchez de Matrimonio lib. 8. disp. 15. sub n. 25. Diana tom. 3. resol. moral. tr. 4. resol. 235. Barrius in Floribus totius Theol. Moral. verbo Absolutio n. 22. Ratio praecipua est, quia absolutio ab Excommunicatione, omnino, et quoad omne eius vinculum conceditur, et ministratur ab habente Iurisdictionem, et Potestatem excomunicandi, etiamsi is, nec presbyter, nec Diaconus, nec Subdiaconus sit (dummodo vero sit clericus, non autem laicus, quia ij spiritualia tractare non possunt) ut magistraliter de more docet pro mille Dominus Covarrubias in cap. alma mater de sententia excommun. in 6. Unde non requiritur sacramentalis confessio ad absoluendum ab Excommunicatione. Alias, qui Presbyter non esset, absoluere non posset, nam ad sacramentalem confessionem, tanquam partem sacramenti Poenitentiae, requiritur praecise, quod Minister sit Sacerdos.

Absolutio haeresis omnino occultae dari potest a Confessario, quin ad Sanctum Tribunal Inquisitionis recurratur. Covarrubias, Gutierrez, Simancas, et alij innumeri, quos refert, et sequitur Pater Sanchez in Decal. tom. 1. lib. 2. cap. 8. sub num. 2. et 3. quod in Hispania nullam habet difficultatem, stante Bulla Cruciatae, ut ijdem DD. notant. Et quamvis Instructio Hispalensis pro Inquisitor. cap. 6. dicat, haereticum omnino occultum, esse secreto reconciliandum, et absoluendum, non intelligitur de haeretico omnino mentali, sed de eo, qui externe, occultissime tamen manifestavit; quippe pure mentalis nec reconciliatione, nec absolutione DD. Inquisitorum indiget, sed a quolibet Confessario absolui potest. Ita citati Doctores, et omnino videndus Sanchez ubi supra, Barbosa de Potestat. Epis. adlegat. 40. Aragon 2ª 2ae q. 11. art. 3. Covarrub. in Regul. Peccatum 2. p. in principio n. 3.

Episcopus nequit absoluere a censuris expressis in casibus Bullae Coenae, etiam occultis. Bonacina in comment. super ea, disp. 1. q. 22. punct. 2. Pagnan. in cap. quoniam de Constitut. lib. 1. pag. 134. n. 29. Scortia, Epit. 166. Theoremat. 432.

Notandum tamen dubiam esse questionem an quicunque impediens exercitium Iurisdictionis Ecclesiasticae, vel illam turbans, incurrat Censuram Can. 16. Bullae Coenae, vel solum ipse praecedat dispositio, quando auctoritative, et jurisdictionaliter turbatur. Durdus ad Bull. Coenae cum alijs tenet, Iurisdictionalem requiri turbationem, quem sequitur Cardin. de Luca par. 4. Miscel. dis. 13. n. 22. Contrarium docet Scortia in d. can. 16. ubi plures citat.

Absolutio.

Vicarius Capituli Sede vacante, an valeat absolvere a censuris latis a Canone contra violatores, vel perturbatores Ecclesiastica libertatis, et jurisdictionis. Negat, et maximo fundamento Gratian. tom. 3. discep. 414. n. 15. cum segq. Affirmat Cortiada tom. 1. Dec. 27. n. 32. Vide omnino Cerboll. de immunit. lib. 1. q. 41. ubi optime probat censuram propter violationem Eccl.ae libertatis, vel immunitatis, non esse Summo Pontifici reservatam.

Absolutio.

Si contra defunctum procedatur, uti haereticum, a defendente autem asseratur, eum fuisse a Confessario absolutum, quod tempore mortis fieri potest, an Credendum sit Confessario hoc affirmanti? Negat Pegna ad Eymeric. q. 2. Coment. ad Conc. Tarracon. lit. l. fol. 225. et 226.

Actio.

Actio, vel obligatio inter haeredem, et defunctum, haereditatis aditione confunditur, et confusione perimitur, l. debitori 7. C. de pact. l. ut debitum 5. et l. si adulta 6. C. de haeditar. action. l. Stichum, aut Pamphilum 95. §. aditio ff. de solution. Confusione autem, perinde extinguitur obligatio, ac solutione l. si quod mihi 21. §. 1. de liberatione legata. Unde Confusio pro solutione habetur, l. fundo legato 4. ff. ad L. Falcid. d. l. Stichum 95. §. aditio ff. de solution. Docent post antiquos Mantica de conjectur. lib. 7. tit. 8. a n. 13. ad 20. late Peregrin. de fideicom. art. 35. a n. 12. ad 18. Surdus dec. 92. per tot. et dec. 170. n. 1. Gratian. cap. 203. a n. 3. Rota diversor. tom. 1. dec. 680. coram Aldobrandino 28 Junij 1577. et in noviss. recollectis per Farinac. 1. par. dec. 267. coram Cavaler. in Bononien. de Bonsignoni 15 Decem. 1620. Amato cons. 88. n. 3. et alij passim.

Administratio

Administratio bonorum absentis, sive impediti, pertinet ad proximiorem consanguineum, qui ab intestato est successurus. Olea cum pluribus, de ces. jur. tit. 3. q. 2. a n. 16. Leon videndus decis. 72. per totam, Escobar de ratiocin. cap. 6. a n. 47. et cap. 28. a n. 29. Faber in C. ad tit. de Curator. fur. defin. 1. ad 7. et Def. 9. Fontan. de pact. cl. 7. glos. 3. p. 1. a n. 33. qui docent, idem procedere in fideicommissi successione immediato, durante impedimento possessoris. Migoll var. cap. 10. n. 153. ubi, an si maritus diu absens fuerit, et de ejus vita dubitetur, administratio sit uxori decernenda. Cardin. de Luca de succes. ab intestato discur. 37.

Adultera.

Contra mulierem maxima adest præsumptio veneficij si fuerit adultera. Iodocus in praxi cap. 89. n. 118. De hac materia, præter ordinarios vide Vilam de Sortileg.

Advocatus habet primum gradum in Graduationibus pro salario Advocationis, ita ut debeat inter expensas collocari. Fuit decisum per Regiam Audientiam, Rᵗᵉ. D. Nicolas Skora, et tulit die 13 Septembris 1665. in graduatione bonorum Ioannis Bennasser de Beniatxo, scriba Liedo pro Matheo Garcia notario, ibi: Primo loco collocat expensas, sine quibus præsens graduatio fieri non poterat, et inter eas graduat Franciscam Crespi, et Garau hæredem usufructuariam Michaelis Garau I. V. D. pro salario Advocationis &a.

Ædilis, sive Mostasaphus, an possit exequi pœnam contra ecclesiasticos, non servantes pretia a se, vel a lege taxata. Fontanella videndus tom. 2. decis. 495. et 308. 309. ac 310.

Agnatio. =

D. Crespi observat. 22. n. 54. ibi: neque enim testator agnationem, vel agnatos vocavit expresse; et in dubio, primogenitum nunquam præsumitur agnatitium. Idem docet Ramon Cons. 100. n. 525.

Phebus decis. 39. n. 45.: Illud apud omnes citra dubium est, Quod quotiescumque de inducenda agnatione agitur, debent clausulæ esse claræ, et expressæ.

Cattanate Cons. 38. n. 92.: hanc masculinitatis conjecturam, quæ ad inducendam agnationis conservandæ rationem à multis pene communiter improbari = Idem tenet Lara in Compendio vitæ hominis n. 98.

Episcopus Rocca dispute. jur. select. cap. 3. n. 33. tenet cum innumeris, quod quando sunt feminæ vocatæ, non potest dici majoratus esse agnatitium.

Quod vocatis feminis ad primogenij successionem, non sit agnatio contemplata, docet Surd. Cons. 435. n. 16. 19. et 20.: Menoch. lib. 4. præsump. 69. n. 16. Castill. contro. lib. 2. cap. 4. n. 459. Barbos. cum aliis, Voto 526. n. 16. part. 2. Cassa. decis. 354. n. 23. apud Rocca dict. cap. 3. n. 33.

Agnatio = Familia.

Idem est dicere, de meo nomine, ac de mea agnatione, l. si qui complures 94. ff. de legat. 3. ibi: ne de Nomine suo exiret, juncta ibi Glosa, verbo, Nomine suo, id est familia sua; namque Familia nomen, communi jure Agnationem significat. l. pronunciatio 195. ff. de Verbor. significat. ibi: communi jure, familiam dicimus omnium agnatorum. Alexander consil. 125. a n. 3. Et idem est dicere, Bona conserventur in meo nomine, quam in mea Agnatione, ut docet, et bis decisum testatur in Rª. Aª. Valentina D. Leon tom. 2. decis. 170. ubi n. 8. aliam R. Concilij Aragonie decisionem refert, in qua fuit declaratum, hac nomina, Agnatio, Familia et Nomen, synonima esse.

Agnatio. Ubicunque vocantur agnati ad alicuius rei successionem, foemina a masculo descendens, ab ea successione non excluditur, cum ea agnata sit, l. pronunciatio 195. de Verbor. signif. cum similibus. Quod procedit, etiamsi foemina nupta sit, nam ex matrimonio, jus agnationis non amittit, l. voluntas C. de fideicom.

Hac tamen doctrina fallit in Primogenijs, et Majoratibus, ob rationes, et jura, quæ doctissime ponderat, hac docens Molina de Primogen. lib. 1. cap. 6. a n. 39. usque ad 40. ubi vide.

Familia, alia dicitur effectiva, seu descendentium, alia contentiva, seu transversalium. Cardin. de Luca in summa de fidicom. n. 145.

Vocata familia, venit in suo vocabulo tam effectiva, quam contentiva, maxime utroque vocabulo simul cumulato, familia, et agnationis. Idem de Luca de fidicom. discur. 51. n. 4. et 5. vel concurrentibus verbis perpetuitatem denotantibus, ibidem n. 6.

An, et quando effectiva tantum vocata dicatur, De Luca de fidicom. discur. 50. 51. et alibi.

Agnatio. Vide Decisionem factam in Curia sancti Officij 14. Nov. 1721. inter Mathaeum Olives fr. et Hiacinthum Poderos.

Agnatio = Familia = Parentela.

Agnatio. Foeminae dicuntur etiam agnatae, quamvis nuptae secundum Italiae consuetudinem, nuncupationem, seu nomen eorum assumant. Cardin. de Luca de Jure patronatus, discur. 28. n. 8. ex Rota decis. 133. part. 9. recent. et decis. 20. post Censal. et coram Dunozzet decis. 837. et 853.

Quoties testator, post completas omnes substitutiones per modum regulae patefecit suum votum independenter, et separata oratione, super conservatione bonorum in familia, hoc casu eadem ratio agnationis conservandae, omnes praecedentes qualificat substitutiones. Quicorpus Roca disput. selectar. vol. 1. cap. 19. circa medium.

Si de agnatione quaeratur in jure patronatus, regulanda est jure fideicommissi. Ansaldus decis. 52. in annotat. n. 28. ex Dalma Reg. alleg. 101. n. 23. Rota decis. 74. n. 4. post Bonduum de pension. et decis. 325. n. 9. et 10. part. 17. recentior.

Vocatio proximiori de domo, genere, vel familia sub nomine appellatus v.g. de Manzolis, vera, et propria agnatio censetur vocata. Rota coram Ansaldo decis. 100. n. 1. ex Peregrino de fideicom. art. 25. n. 45. vers. sed ultra hos, Surd. de subtit. q. 352. n. 9. Franc. de Andreozzi var. cap. 14. n. 11. et alijs ibidem. Praeterea Cardin. de Luca, de jure patron. dis. 26. n. 8. ibi: Secundo, quia vocabulum familiae non est simpliciter prolatum, sed adjectum eiusdem familiae cognomen, de Balestrerijs; tunc enim tanquam in claris cessat omnis quaestio, quae solum cadit, an censeantur vocata sola familia effectiva, vel etiam veniat Contentiva, iuxta notas decisiones in Bononiensi, fideicommissi de Lancaldi, coram Pancirolo et Cerro, de quibus habetur sequenti mentio sub titulo

de fidicommissis, praesertim discur. 50 cum pluribus sequentibus ad materiam comprehensionis personarum sub dispositione concepta ad favorem familiae. Omnes autem, nemine discrepante, concordare videntur, quod ubi accedit dicta nominis specificatio, tunc vocabulum familiae, non nisi agnatis conveniat. Et prosequitur idem Authtor bene fundando eandem sententiam ad exclusionem cognatorum.

Verbum Parentela late patet, omnesque conjunctos comprehendit, nulla data discretione agnationis, vel cognationis. De Luca de jure patron. discur. 27. n. 8. et Rota decis. 255. n. 6. par. 8. recentior. et idem Luca de praeminen. discur. 13. dicens, ubi primo tali vocabulum ex judicio testatoris, diversam habere posse significationem.

Foemina dicitur finis propriae familiae, et capitalinae, l. pronunciatio §. fin. de Ver. Significat. l. familiae §. foeminarum, l. foemina ff. eodem. Rota decis. 354. n. 4. et decis. 255. n. 8. par. 2. recentior.

Parentelae appellatione comprehenduntur omnes agnati, et cognati utriusque sexus, tam propriae, quam extranea familiae Rota, citat. decis. 255. n. 6. par. 8. recent. ex Alciato in l. cum quidam §. quod dicitur ff. de acquir. haered. sub num. 3. Corn. consil. 57. n. 7. Dec. cons. 527. Crauet. cons. 80. n. 12. Peregrin. de fidicom. art. 22. n. 31. = Ex circumstantijs tamen, et conjecturis, verbum Parentela ad agnatos tantum extenditur, ut si aliquis cognatus, expresse a fundatore fuerit exclusus Rota coram Ilvost, decis. 22. n. 4. et coram Verospio in Ciuit. Plebis Capellaniae 23 Januarij 1660.

Nomine Parentelae, secundum communem loquendi usum, venire agnatos, imo, et foeminas, tenet Aviar. de Subitit. q. 365. n. 3. cum pluribus, sed num. 4.

dicit: Limitatur, quando ratio agnationis habita erset, ut quia parentes masculi sint vocati, nam non venient nisi agnati. Paul. de Castro cons. 421. lib. 1. Soun. Senior cons. 31. columna 1. lib. 1. Peregr. consil. 52. n. 10. lib. 4. et de fideicom. ar. 22. n. 31. Vide Castillo, Controver. lib. 5. cap. 93. §. 20 a n. 5. ad 8. et Lara de anniversar. et Capellis lib. 2. cap. 2. n. 22.

Hoe vocabula, de mi linage, generacion, parentela, casa, cepa, gente, progenie, consanguinidad, familia, et prosapia, sinonima sunt. Lara ubi proxime num. 25. ex Simone de Praetis, de interpret. ultimar. volunt. interpr. 3. dub. 3. solut. 11. n. 10. cum sequentibus.

Vide Rojas de incompat. par. 8. cap. 3. ex n. 2. Rostaro de caus. pii lib. 3. cap. 2. a num. 41.

In materia juris patronatus, vocato proximiori de genere meo de Mets, venire tantundem agnatos, etiam transversales, non vero cognatos, feminas, et ab his descendentes, censuit Rota in Majoricen. Beneficij 28 Novem. 1704. quoram Reu. P. D. Muto §. stetit in fine, ex Baldo cons. 1. n. 8. lib. 3. Gabriel consil. 196. n. 3. et 4. lib. 2. et alijs. Videndus Mieres de Majorat. par. 2. q. 6. n. 390. et a n. 424. = Castillo lib. 5. controvers. cap. 93. §. 20. per tot. constanter tuetur contra Mieres, vocatis proximioribus, de mi nombre, y apellido comprehensos esse tam agnatos, quam cognatos, et fundatur unice, in aptitudine istarum vocum, iuxta consuetum usum loquendi Hispaniae. Laudat tamen Senatum Valentiae contrarium sentientem apud Leon, decisione 170 n. 1. et segg. tom. 2. Vide citatum Mieres de Majorat. par. 2. q. 6. n. 390. et 391. et a n. 424.

Agnatos. Testator in suo testamento legavit Mathaeo Garcia ex sorore nepoti, possessionem vocatam Son Pieras, sub ea conditione ibi: en cas que yo muyra sens infants mascles, o tots mos descendents mascles, sens descendents mascles, quod idem sonat, ac dicere: Si deces-

cero sine infantibus masculis, aut omnes mei descendentes masculi sine descendentibus masculis. Dubitatum fuit, an hac conditio legato adjecta sit purificata in favorem legatarij, ex quo decesserit Matthaeus Lieras, primus hares institutus, non repertis descendentibus masculis ex masculis testatoris, an vero sit adhuc pendens, existentibus Doctore Francisco Llompard, et aliquibus ipsius fratribus, filijs masculis Sebastiana Lieras, testatoris filia, atque adeo descendentibus masculis testatoris, licet per medium foemina, adeo ut per istorum existentiam, cesset dicta casualis conditionis eventus. Quo in dubio, juris regula est, ab omnibus Interpretibus nullo dempto admissa, sub hac liberorum, et descendentium masculorum vocatione, vel positione illorum in conditione, non solum comprehendi masculos agnatos, et sic masculos ex masculis, sed etiam masculos cognatos, et sic ex foeminis descendentes, atque adeo quilibet descendens masculus, licet foemina mediante, nihilhominus in dicta conditione sic concepta comprehenditur, et eius conditionis purificationem, et successiva conditionis eventum impedire necesse est; in descendentibus enim a filiabus, seu alijs foeminis descendentibus, non variatur qualitas, imo si ipsi masculi sint, habent qualitatem á testatore exoptatam; hac enim sine controversia verificatur tam in descendentibus ex masculorum genere, quam ex foeminarum descendentia; masculi namque, et descendentes vere dicuntur, etiam qui ex foeminis descendunt, nec simplici appellatione masculorum descendentium, soli descendentes ex masculis continentur; ubi enim verba suum habent naturale significatum, ad interpretationem Civilem recurrendum non est, et potius per prius, id est quod primo verba significant, quam per posterius, scilicet quod per Civilem interpretationem desumitur, accipienda sunt, et interpretanda; sicque cum verba illa: en cas que yo muyra sens infants mascles, o tots mos descendents mascles, sens

Veritissime D. Larrea tom. 1. decis. 34. qui ita in summis Castellae Tribunalibus decisum refert, et juribus comprobat. Ratio potissima est, quia sub nomine, et vocatione descendentium masculorum, non solum agnati, sed etiam cognati masculi continentur, nisi aliud ex testantis verbis constiterit. Fulgosius cons. 85. et post eum communiter DD.

descendentes masculos, secundum suum naturalem sensum, et significatum, tam agnatos, quam cognatos comprehendat, obtata solum masculinitatis qualitate, non est, cur a dicta significatione recedatur; cumque liquido constet, tempore quo decessit Matthaeus Lliras, extitisse jam memoratum Doctorem Llompard, filium Sebastianae, nepotemque dicti Doctoris Lliras testatoris, proindeque ex eo descendentem masculum, licet per foeminam, fit inde, non fuisse purificatam conditionem in legato appositam, nec cessisse diem illius. = Haec sunt verba sententiae latae referente Villana, tempore turbationum, die 11 Maij 1712, scriba Josepho Ferrer, inter Dm. Franciscum Llompard, et haeredes Doctoris Mathaei Garcia I.C.

Familia. In fideicommisso relicto familiae, primo loco admittuntur ij, qui nominati sunt; eisque deficientibus, fideicommissum non expirat, sed proximioribus ex familia defertur, donec nullus ex ea supersit, quod procedit, quando in fideicommisso verba aliqua perpetuitatem, ac tractum successivum denotantia inveniuntur. Docet Molina lib. 1. cap. 4. n. 11. de primogen. et cap. 5. n. 24. et dict. cap. 4. n. 32. et constat ex dispositione tex. in l. cum ita legatur §. in fideicommisso, ff. de legat. 2. ubi disponitur, quod in fideicom. familiae relicto, non debent succedere solum ij, qui nominati sunt, sed post eos extinctos, omnes qui ex familia processerint, ordine successivo admittendi erunt, nominatio namque, atque specificatio personarum, solum tribuit nominatis, praecedentiam successionis, non autem aliorum exclusionem operatur, ex Molina dict. cap. 4. n. 32. qui id probat juribus, et Doctoribus. Vide dictum Molinam lib. 1. cap. 5. a n. 24. usque ad 34. ubi probat et magistraliter docet, quod vocata familia, admittuntur primo vocati; et his deficientibus, caeteri excluduntur. tanquam vocati per vulgarem.

Accrescendi Ius.

Ius accrescendi nedum habet locum inter haeredes directos, et primo institutos, verum inter fideicommissarios, in cuius vim, portio non petentis, vel defuncti ante Conditionalis fideicommissi verificationem, superstiti, et petenti accrescit. Ita Regius Senatus, Rte D. Nicolas Mora R. C. sententia lata 12 Decembris 1667. inter Franciscum Ramis, et Michaelis Cotoner, scriba Pons. Docent Gomez variar. lib. 1. de jur. accrescen. cap. 10. n. 13. ex l. filius familias §. Divus Severus ff. de leg. 1. l. unica §. fin. C. de Cad. tollen. Peregr. de fideicom. art. 9. per tot. Cancer. var. lib. 3. cap. 22. a num. 39. D. Leon decis. 84. et 121. per tot. Ratio est propter conjunctionem, ex qua desumitur mens testatoris, Leon dicta dec. 121. Cancer citat. n. 41. Sabelli in Summa §. Ius accresc. n. 1. = Quod procedit licet sit verbis tantum conjunctis, ut docent Guido Pap. quaest. 335. per tot. Surd. consil. 31. n. 38. Menoch. cons. 1063. Gratian. discept. 533. n. 1. 6. et 7. Castillo de Vsufr. cap. 48. n. 26. Gomez var. lib. 2. cap. 10. n. 23. et 33. Fusar. de substit. q. 495. n. 1. Peregrin. de fideicom. art. 9. n. 8. Cancer var. lib. 3. cap. 22. n. 40. magistraliter D. Leon, decis. 84. per tot. et decis. 121. a n. 1. = Haec sententia tamquam verior, et communior est in judicando recepta. Altograd. cons. 103. per tot. lib. 2. maxime n. 21. Eam sequuta est Rota Romana, quoram Rojas, inter suas Decisiones, dec. 428. n. 10. = et dec. 506. par. 4. diversi. = et decis. 266. n. 27. p. 16. recent. et in Mantissa tom. 10. Cardin. de Luca. decis. 72. n. 13. Rota Florentina apud Vrceol. decis. 27. per tot. ubi eruditè hanc sententiam comprobat. Eandem amplectitur R. S. Cataloniae, ut testatur Cancer var. lib. 2. cap. 22. n. 42. et Mich. Fer. par. 3. observant. cap. 395. Et Regia Audientia Regni Valentiae, ut refert Leon, cit. dec. 84. n. 8. et dec. 121. n. 1. = Vide V. Ius accrescendi.

Actus facultativi, et precarij, non operantur possessionem manutenibilem, nec constituunt servitutem.

Decretum. = Die 19 Mensis Junij, anno a nativitate Domini 1716. = Admodum Ill. D. D. Franciscus Salvat. de Pineda, Superintendens Generalis omnium Regalium Redditum, et Curam Gerens Superint.ª Rei Bellicæ, in præsenti Majoricarum Regno et Insulis eidem adjacentibus, cum Consilio Mag.ci Josephi Bassa, Regiæ, et Superioris Juntæ Justitiæ Consiliarij, et interim Advocati Fiscalis Regij, et Patrimonialis munus gerentis. Visis &c.

Attento, quod in jure constans est, servitutem, tantum pactionibus, stipulationibus, vel testamento posse constitui, et in dubio potius pro libertate, quam pro servitute esse præsumendum, sicuti etiam per actus mere facultativos, et gratiosæ familiaritatis non quæri possessionem, seu quasi, saltim veram, et manutenibilem, et in facto sufficienter modo prædicto probata non videtur servitus, nec vera quasi possessio usus aquæ superabundantis ex fonte prædij Son-Curt, acquisita per Magnificum Michaelem Plenaflor, et illius successores; solum enim ex depositione Michaelis Rotger presbyteri, unici testis ex ministrati per sæpedictos Elisabeth Mesquida Viduam, et Melchiorem Plenaflor, Constat die 2. Januarij 1708, dictum Mag.cum Plenaflor accessisse domum prædij Son-Curt, ibique repertis dictis Sempol, et eius uxore, dum aspiceret aquam dicti fontis ibi abundanter fluentem, dixisse: Aspicite aquam, quæ hic deperditur, dum in prædio Son-Plenaflor, ita penuria illius laboramus, ut nisi deferatur, non adest pro conficiendo oleo. Et his auditis fuisse responsum per dictos Coniuges Sempols, quod probaretur an aqua prædicta ascendere, et pervenire posset ad dictum prædium, addente altero illius, sequis proponere fieri saltum ad effectum prædictum, et hanc oblationem, quam ita appellat testis prædictus, factam fuisse ascerit causa, et motivo quod non exprimit, et verisimiliter credi debet, fuisse ratione obsequij, et reverentiæ, qua Coniuges prædicti, dictum Magnifi-

cum Llenaflor prosequebantur. Qua de causa verba predicta potius ad familiaritatem, et precarium, quam ad servitutem veniunt applicanda cum precarium sit quod precibus petenti utendum conceditur, nec ex tam debili principio, illud habere potuit constitutio servitutis, alias odiosa, et qua non presumitur, nisi legitime probetur, imo ad illam excludendam sumenda est interpretatio verborum, quoties sensus illorum compossibilis, et verificabilis est cum precario, et huius generis esse verba predicta, facile deprehenditur, cum nihil fuerit dictum de concessione usus perpetui, de tollerantia operis manufaciendi, ad aquam ducendam, nec de abdicatione facultatis usum aque impediendi, que omnia satis demonstrant, concessionem predictam fuisse precariam, et potius ex familiaritate, et obsequio emanatam, quam ex voluntate servitutem constituendi. Quibus accedit, quod nedum ex testibus per dictum Sempol ministratis, verum ex depositione Joannis Roms lapicide, testi etiam producti per dictos Llenaflors, constat, incepta constructione aqueductus predicti, statim fuisse de eo conquestum prefatum Sempol, et proposita querimonia dicto Mag.co Llenaflor, dixisse, eidem finita olei confectione, omnia restituturum ad pristinum statum, imo damna dicto Sempol, si que fuerint illata, soluturum. Minime relevantibus testibus in contrarium productis, tanquam de negativa deponentibus; his enim non est deferendum, in concursu aliorum super affirmativa deponentium maxime in facto non restricto ad tempus precisum, et determinatum. Et licet Mag.cus Michael Llenaflor, predicta non paruerit, oleo confecto, nec constet dictum Sempol, de his fuisse judicialiter conquestum, credendum est, fuisse ratione promissionis eiusdem Llenaflor, scripto declarandi, non intelligere ex predictis, jus aliquod ad usum aque predicte adquisivisse, imo nec possessionem, qua se tueri posset, ut etiam ex testium depositionibus satis deprehenditur, sicuti et displicentia et dissensus dicti Sempol, in alia occasione pretensa constructionis aqueductus. Nec officit, quod quoties aqua ducitur per opus manufactum, presumitur usus illius jure servitutis quaesitus. Nam praeterquam quod haec regula fallit, quoties

prout in presenti, opus manufactum constructum fuit cum aliqua contradictione: Fallit etiam indubitanter, quando constat de origine, et principio usus aquæ, et quod concessio, prout in presenti, non fuit jure servitutis, sed precaria, et per modum nudæ facultatis, et permissionis, quo casu Dominus propria authoritate, potest aquam in proprio solo scaturientem, aliunde divertere, et aquæductum demoliri; quia cum ex opere manufacto, alio non concurso, unice oriat. præsumptio servitutis, hanc veritati cedere oportet.

Ex quibus concluditur, nullam posse considerari quasi possessionem usus aquæ praedictæ, sed unice precariam concessionem, et permissionem illam ducendi pro libito Domini, et per actus meræ facultativos, quibus de jure non quæritur possessio manutenibilis. Nec hujus Judicij summarij proprium est cognoscere de articulo coactionis dicti Sempol, pretensa per dictos Plenaflors, ad illis vendendam aquam, quam pretendunt superfluam, et super abundantem a fonte predicto, dum hæc altiorem requirunt indaginem, et multo minus procedit concessio per modum Decreti provisionalis usus ejusdem aquæ, data cautione solvendi pretium illius, quia hoc ut plurimum, procedere possent, decisio jam articulo pretensæ coactionis ad vendendum, alio non deficiente, nisi concordia partium circa pretium usus aquæ, vel æstimationis illius per peritos faciendæ, quod longe distat ab statu presentis Controversiæ: Ideo, et alias sua Ser.ma Ill.ma Dom. cum predicto Concilio (Christi nomine invocato) Providet, et providendo declarat, citatum Decretum 8 Januarij 1744, cum omnibus inde sequutis, etiam prescindendo ab illius nullitate ob defectum Jurisdictionis, minime fore sustinendum, sed quatenus opus sit, revocandum fore, et esse, ut cum presenti revocat, et commutat, et consequenter sæpedictum Petrum Sempol, manutenendum fore, et esse, ut cum presenti manuteneri mandat, in quasi possessione libertatis, et usus totius aquæ fluentis a fonte Predij Son Luat, et uti Dominum dicti predij, et fontis, impediendi, et denegandi Dominis Predij Son Plenaflor, pro suo libito

libito Dum aquae superabundantis a fonte prohibito, et propulsandi omnia, et quaecunque obstacula, molestias, et impedimenta ei illata, et in posterum forsan inferenda, vel inferre attentanda in Dio dictae aquae, et pro his, litteras, et Mandata opportuna, et forma solita expediri jubet, salvo Jure, si quod competit supradictis Elisabeth Mes quondam et Melchiori Llinaflor eius filio, quoad titulum per ipsos excitatum, super eo, an dictus Sempol, officio Judicis cogendus veniat, ad illis soluta aestimatione prestandum, vel vendendum aquam dicti fontis, quam praetendunt superfluam, et superabundantem ad commodum praedij son-Curt, cuius decisionem ad Judicium plenarium reservat, et ad illud partes remittit, ut melius instructo processu, et discusso articulo, providit illis jus reddi et super praemissis suam interponit authoritatem, pariter ac Decretum. = D. Fran.co Salv.or de Llinda. = V. Bassa.

Approbatio Confessarij.

De confessariorum approbatione, et intelligentia Decreti Tridentini sess. 25. cap. 15. vide Capon. tom. 3. discep. foren. cap. 133. per tot. ubi plene.

Aquaeductus ad mare, an per aedificium impediri valeat, vide plene apud Capon. tom. 3. discept. 168. Capec. Latr. decis. 50. per tot.

Advocatus nequit in foro interno consulere debitori, repudiationem haereditatis sibi delatae, in fraudem creditorum. Jul. Capon. tom. 5. discept. 393. Vide super huius praxi D. Olea tit. 2. q. 3.

Alienandi prohibitio.

Simplex prohibitio de alienando, absque causa, vel non favore alicuius personæ, uti nudum præceptum, nullius est momenti. Expressus textus in l. filius familias § Divi ff. de legat. 1. ac ideo alienationem non valere, uti non factam contra voluntatem defuncti, quia nudum præceptum sit, deffinierunt Papinianus in l. pater § ult. et Scævola in l. Lucius in principio ff. de legat. 3. etiam quod testator efficaciter prohibuisset, ita, ut nullo modo alienarent, ac etiam quod alienationem aliter factam testator expresse infirmasset. In terminis docet hæc omnia Peregrin. de fideicom. art. 14. n. 1. Alciat. in d. § Divi sub n. 6. Beret. cons. 55. n. 5. et consulendo, nudam prohibitionem a causa, et a persona nihil operari, respondit Alciat. consil. 120. et 129. libro 6.

Alienatio bonorum Ecclesiæ, seu minoris, sine Decreto, nulla est. Et quid ad sui validitatem requirat vide apud D. Olea tit. 2. q. 2.

Nec prohibitio justificaretur ex eo, quod res esset majorum, Peregr. ibidem, ex Castrensi, Ozerone, Fernandez, ubi huius regulæ varias adducit rationes. Sequitur Cancer. par. 1. variar. cap. 1. de substitution. sub. n. 265. Vide D. Crespi tom. 1. observat. 22. n. 23.

Alienandi prohibitio facta a testatore, addito motivo, quia scilicet vult talia bona in domo, et familia sua conservari, non operatur fideicommissum simplex, et absolutum, sed tantum conditionale, et in casu contraventionis. Magistraliter Cancer dicta par. 1. cap. 1. de subitit. a n. 265. usque ad 284. ubi late, et docte Peregrinus de fidicom. art. 14. n. 15. 18. et 28. ubi innumeros adlegat, Surdus decis. 218. n. 16. Casanate consil. 34. n. 18. et consil. 50. per totum.

Vide contra hæc D. Crespi obser. 22. ex n. 1. ad 50.

Quod procedit, licet prohibitio facta fuerit verbis perpe-

tuitatem significantibus, ut semper, perpetuò, in infinitum Peregrin. dicto art. 14. n. 28. ubi dicit, quod licet testator prohibeat alienationem, quia vult bona semper, et perpetuo in familia, et agnatione remaneant, aut penes masculos, et descendentes ejus testatoris, hoc non obstante, non censetur fideicommissum simplex, et absolutum ordinasse, sed conditionale, in casu tantum contraventionis, et adlegat infinitos Doctores.

In terminis similis fideicommissi conditionalis, et in casu contrafactionis, potest possessor, non obstante prohibitione, disponere inter filios, et alios descendentes, Casanate dict. cons. 34. n. 18. ubi pulcre.

Quando testator prohibet alicui nominatim, et suis alienationem, prohibitio non est realis, sed personalis. In terminis Cancer dict. cap. 4. de subst. n. 230. versiculo quoad 4.um dubium, ubi in terminis huius clausula Vull empero, que algu dels sobredits hereus meus, no puga vendrer, ni alienar, docet, dictionem sobredits, esse demonstrationem personalem, perinde atque nomen proprium, et habet vim taxativa. Unde non egreditur personam demostratam, perinde ac si esset facta per nomen propium, quod probat juribus, et DD. = Adde Casanate consil. 50. n. 6. et 7. ubi, quod clausula quia volo, quod bona semper in familia conserventur adjecta post prohibitionem alienationis, restringitur ad casus, et conditiones, in praecedentibus expressas, ex Alexandro consil. 136. lib. 6. Iasone consil. 128. lib. 2. et consil. 66. lib. 3. Cephal. consil. 17. quin obstet dictio semper, vel perpetuo ex traditis à Cancer n. 231 - quia scilicet non stat dispositive, et de per se, sed continuative, et consequutive ad praecedentem dispositionem, et prohibitionem, quem vide dicto n. 231

Prohibitio alienationis ut teneat, requiritur primo, quod prohibitus sit vocatus. Cancer. dict. cap. 1. de subst. n. 255. et n. 256. ait cum aliis, quod ex quo aliquis sit alienare prohibitus, non sequitur, quod sit vocatus.

Ubi post simplicem prohibitionem de non alienando, nudam a causa, et sic invalidam, subijcitur clausula, quia volo bona mea manere in familia, etiam addita dictione, semper, perpetuo, vel in infinitum, talem clausulam nihil absolute operari, sed tantum positam esse ad majorem prohibitionis alienationis corroborationem, et sic restringi, et limitari ad clausulam prohibitionis. Cancer, qui testatur de recepta, et indubitata sententia dict. cap. 1. n. 257. in fine ubi plures adlegat.

Prohibitio alienationis facta in persona filij, nec adhuc ad nepotes extenditur. l. pater §. fundum Titianum ff. de legatis 3. authent. de restit. fideicom. §. cum igitur. collat. 9. Molina cum aliis, lib. 1. de Hispan. Primogen. cap. 4. n. 11. Covarrubias, qui hanc dicit esse communem opinionem, lib. 3. variar. cap. 5. n. 4. Imo, etsi alienationis prohibitio, hac ratione expressa facta sit, ut bona in familia conserventur, ea prohibitio extra 4.ª generationem non extenditur, per tex. in dicta authent. de restit. fideicom. §. nos igitur ubi Doctores, Molina citatus n. 12. quod quomodo procedat, docet idem Molina n. 30. eiusdem capitis, ubi, quod decisio dicta authentica no habeat locum, quando deprehenditur, testatorem voluisse perpetuam prohibitionem facere, ac per consequens non procedit in Majoratibus.

Vide in comprobatione Antonium Gomez in L. 8. tauri n.º 5. ubi latissime. et super hac ardua quaestione D. Molina lib. 1. cap. 5. n. 7 et 16. ubi addentes. D. Castillum cap. 169. et tom. 5. cap. 143. n. 43. et omnino Cardin. de Luca de fideicom. disc. 101. et 239. Et in terminis meliorationis tertij et quinti, Castillo cap. 22. n. 44.

Licet alienandi prohibitio, quando refertur ad personas, censenda sit personalis; tamen quando prohibitioni adjectus est aliqui terminus, ex quo Realis, non personalis dicenda sit, prout si adjiciatur terminus Majoratus, vel ratio conservandi rem in familia, tunc alienationis prohibitio, licet ad personas referatur, perpetua censenda erit. Molina de primogenijs lib. 1. cap. 4. ~~n. 33. et~~ n. 36. in fine.

Quando bona prohibentur alienari, ea ratione expressa, ut in familia perpetuo conserventur: ex huius rationis expressione, censetur inductum fideicommissum perpetuum, et absolutum inter omnes de familia, etiam in casum mortis, etsi expresse eis injunctum non sit. Late probat Molina citatus lib. 1. cap. 5. a n. 1. maxime num. 16. ubi jura, et DD. adlegat, praecipue Covarrubias in cap. Raynaldus de testam. in principio n. 9.

Idem docet et late probat Regens Leon tom. 2. decis. 110. per totam, ubi affert casum in terminis decisum per Senatum Valentinum, ac postea per supremum Aragoniae Consilium

Idem tenet Antonius Faber in Codice tit. de fideicommis. diffinit. 4. in fine. ubi decisum per Senatum Sabaudiae testatur.

Alienationis prohibitio solet regulari a fideicommisso praecedenti. Rota Seraphin. decis. 1373. n. 3. cum alijs DD. ubi binas refert Rota Decisiones, et de eius observantia testatur; ait tamen n. 4. quod quando testator addit illa verba, Volo, quod bona perpetuo in familia et agnatione conserventur, tunc inducitur simplex, et absolutum fideicommissum; nam consideratio ipsius ordinatae conservationis, solum cadit in successione fideicommissaria, ?ue convenire potest. Vide citatum Cardinalem in dicta decisione 1373.

An, et quando alienandi prohibitio Realis sit, aut Persona-

lis, vide Fontanella tom. 1. decis. 93. per totam, maxime à n. 16. ubi refert declarationum R. Sen. Catal.ae in qua decisum fuit in terminis huius prohibitionis: quod non posset bona donare et alienare extra familiam, et personas de Genere, esse personalem, et uti talem non egredi personam nominatim prohibitam. Sequitur Ramon consil. 66. ubi num. 50. docet hanc prohibitionem esse personalem, immo et personalissimam, nec ad alios extendendam, etiamsi addita fuisset ratio conservationis bonorum in familia. = Vide eundem Fontan. decis. 94. ubi pulcre tractat, quid operetur huiusmodi prohibitio, docens n. 2. quod prohibitus alienare extra familiam, potest, et debet uni de familia relinquere. Quod eligi potest remotior de familia, quia illi qui sunt de familia sunt eligendi, et etiam foemina, n. 5. Quod eligens potest electum gravare in favorem aliorum, qui poterant eligi, n. 6. Quod prohibitione facta, ij in quorum favorem facta fuit, censentur vocati per fidicommissum contraventionale, morte non sputata alienantis, n. 15. allegans Sene decis. 55. ex n. 7. Casanat. consil. 36. n. 21. et 22. et Semetysium in 1. tom. de pact. claus. 4. glos. 25. ex n. 4. = De materia prohibitionis alienandi late tractant Fusarius de substitut. q. 623. usque in finem, et Sharta de succ. legal. par. 4. q. 23. Et an ex huiusmodi prohibitione resultet fidicommissum restitutorium in casu mortis, vel tantum conservatorium, et in casu contraventionis: vide Lelium Altogradum, tom. 1. consil. 92. per tot. et tom. 2. consil. 80. 81. et 82.

Alienatio bonorum immobilium Monasterij non subjecti Ordinario, ~~possunt~~ valet ex causa utilitatis, vel necessitatis, ~~alienari~~ inconsulto Romano Pontifice, cum Decreto, et authoritate superioris, scilicet in Mendicantibus, Provinciali; in Societate Iesu, Generalis, et in Monachalibus, Abbatis. Bas tom. 1. cap. 11. n. 65. et cap. 14. n. 14. Azor par. 2. lib. 9. cap. 1. q. 4.

In ijs vero, quae sunt ordinario subjecta, sufficit Decretum Episcopi. Vide DD. hic citatos, et alios apud eos.

Haec doctrina falsa est. ex traditis à Luca de alienationib. disc. 1 cum seqq. Fagnan. in Cap. Nulli de reb. ecclesiae non alien. ex n.º 12.

Alienatio.

Res alienari prohibita, licet obligari nequeat ex causa voluntaria, ex necessaria tamen alienari, obligari, et hypothecari valet l. quo §. prædium ff. de legat. 2. l. qui solidum §. fin. ff. eodem l. filiusfamilias §. Divi ff. de legat. 1. l. pater filium, ubi glos. verbo exsolvisset ff. de legat. 3. Molina cum aliis de primogen. lib. 1. cap. 10. n. 20. qui loquitur in terminis rerum Majoratus, ubi et usque ad num. 23. tractat quænam causa necessaria dicatur, et quid requiratur ut alienationi, seu obligationi locus sit, de qua materia Discret in dot. cap. 10. omnino videndus.

Alienatio bonorum fideicommisso subjectorum, facta ab hærede gravato ignorante, acquisitori etiam ignorante, et bona fide, tenet irrevocabiliter, et sustinetur, adeo, ut non possit verus hæres postea comparens, vindicare bona a bonæ fidei possessore, sed tantum servatur ei actio ad repetendum pretium ab hærede putativo vendente, seu alienante, et in deffectum bonorum ipsius, a tertio bonorum possessore. Fuit decisum ad relationem D. Canet, 19 Junij 1669. scriba Mulet, inter Cosmam Damianum Alou, et Annam Climent, et Alou.

Idem fuerat antea decisum M.^c D. Dr Raymundo de Veri, 25 Augusti 1606. ibi: Non constare de intentione Petri Andreu, in præsenti causa agentis, eo modo quo constare debet, cum inter cætera non sit probata per eum scientia fideicommissi paterni, tam in Ioannoto Andreu alienante, quam in Petro Soler acquirente, ut locus sit revocationi Mansorum de Pont, et Capasso, de quibus agitur, nec constare de ~~executio~~ excussione bonorum dicti Ioannoti Andreu alienantis, quibus deficientibus, non poterat de jure fideicommissarius agere ad revocationem bonorum alienatorum: Hinc propterea imponendum esse silentium dicto Petro Andreu. Constat ex expresso tex. in l. fin. §. fin. ff. de leg. 2. Cancer. par. 1. cap. 2. a n. 93. Osasius decis. 73. Faber in C. lib. 6. tit. 2. defin. 9. Gratian. ~~cap.~~ dec. 51. n. 2. et dec. 71. n. 21. et melius cap. 656. a n. 24. ad 31.

Alimenta.

Conjunctus alimenta praestans conjunctis, intelligitur pietatis causa, et affectione praestare, et donandi animo facere, ideoque si vult repetere, quod erogavit in alimoniam, excluditur a repetitione. Quod procedit in discursis in patre, matre, avo, avia, vel alijs ascendentibus; filio, filia, nepote, nepti, caeterisque descendentibus, respectu ascendentium; fratre, respectu sororis, et generaliter in omnibus; nam cum alimenta donandi animo, et pietatis intuitu praestita censeantur, non conceditur repetitio. Late, et docte probat Bas in Theatro Jurisprudentiae tom. 1. cap. 10. de protestat. alimentorum a n. 1. usque ad 7. omnino videndus.

Alimenta, an et quando sint debitori taxanda in judicio concursus creditorum, vide plene apud D. Salgado in labirin. par. 1. cap. 24. et notata tom. 1. fol. 341. p. 2.

Quod in tantum procedit, ut licet Vitricus nullo jure teneatur privignos alere, tamen si alimenta eis praestiterit, absque protestatione, illa non repetet, quia censetur praestitisse affectu paterno. L. si paterno 15. C. de negotijs gestis, Corduba in dict. l. si quis a liberis ff. de liber. agnoscendis, §. si mater n. 61. in fine, Surdus de alimentis tit. 6. q. 11. n. 13. D. Eman. de Vedoya in spec. verae Jurisprudentiae lib. 3. discur. 1. n. 27. Mostaro de causis pijs lib. 2. tom. 1. cap. 4. n. 41. Leotar. de Usur. q. 97. n. 55. Bas cum Senatu Valent. dict. cap. 10. n. 31. et 32.

Unde, ne alimenta praestita a supradictis personis intuitu pietatis, et donandi animo erogata censeantur, sed animo repetendi, debet persona alens protestationem emittere, et declarare, non praestare alimenta pietatis intuitu, sed repetendi animo, quo facto repetitionem habebit. Bas cum juribus, Doctoribus, et decisionibus, dict. cap. 10. n. 7. Et ut possit haec protestatio effectum sortiri, debet emitti antequam alimenta praestentur, ibidem n. 8. Et sufficit protestatio extrajudicialis, facta quoram Notario, licet non fuerit notificata, Bas citatus, n. 10. et 11.

Si tamen alimenta praestans, obligatus esset de jure ad alendum

etiamsi protestetur, nihil agit. Bas ibidem n. 15. Unde pater qui omni jure filios alere tenetur, et frater dives, qui fratres, eorumque filios alere tenetur, et omnes illi, qui praecise debent alere, licet protestationem antequam alimenta praestent emiserint, non habent ingenii repetitionem, et hac omnia pulchre prosequitur Bas citato cap. 10. a n. 15. usque ad 25. ubi et per tot. cap. tractat an, et quando locus sit repetitioni alimentorum, et quomodo facienda sit protestatio, quid ea operatur, aliaque plura in materia scitu dignissima.

Alimenta debentur filijs naturalibus, immo et incestuosis, et ex damnato coitu procreatis, si filius non habeat aliunde unde se alat. Probat Bas in theatr. Jurispr. tom. 1. cap. 21. n. 51. Similiter debentur filio, vel filiae, qui, vel quae matrimonium contraxit sine consensu parentis, imo, et contra illius voluntatem, et hoc quamvis adsit contrarium statutum, quia cum obligatio alendi filios sit de jure naturali, non potest ei derogari per statutum. Bas ubi proxime n. 52. qui decisum testatur, Leon tom. 1. decis. 27. n. 22. et 23. Crespi obser. 1. n. 158. qui n. 159. ait nihil magis receptum esse in tribunalibus.

Licet pater alere teneatur filios etiam illegitimos, illisque competat actio contra quoscumque possessores bonorum paternorum Surd. de alim. t. 1. q. 50. n. 1: haec tamen obligatio subsidiaria est, et non intrat ubi filius ex propria culpa effectus est pauper. Card. de Luca de Dote disc. 163. n. 1 et 8.

Alimenta debentur a patre filijs. Bas dict. cap. 21. n. 51. et patre deficiente, tenetur avus paternus nepotes alere, prout etiam proavus, et caeteri ascendentes tenentur pronepotes, et caeteros descendentes legitimos, et naturales alere, etiam in casu, quo pater filios non possit propter inopiam alere, Bas ibidem. n. 54. Mater vero licet teneatur filium legitimum, vel illegitimum alere, et ablectare, in tribus primis annis ablectationis, ibidem n. 57. ultra triennium tamen non tenetur, quia alere filios, non est obligatio materna, sed paterna, n. 58. In subsidium tamen bonorum paternorum, tenetur mater alere filios, Bas cum Senatu Valentino, ubi proxime, et idem dicendum de avo materno, et alijs ascendentibus ex parte matris.

Filij, et filiae tenentur alere patrem, et matrem, solum in sub-

sidium, hoc est, quando parentes non possint ali ab ascendentibus per lineam paternam. Bas ibidem. n. 60. videndus usque ad n. 63.

Frater dives (idem in sorore) non extantibus bonis paternis, aut maternis, aut descendentibus ad alendum obligatis, tenentur alimenta prestare fratribus, Bas citatus n. 63. cum juribus, DD. et Decisionibus, quæ obligatio extenditur etiam ad naturales, et spurios, ut ibidem docet is author. Vide Sardum de alim. tit. 1. q. 25. per tot.

Patruus non tenetur alere filios fratris, vel sororis, quia nullo jure ita cautum reperitur, nec sobrinus patruum, ex regula Correlativorum. Bas n. 64. licet alij contra sentiant. Vide D. Larrea tom. 1. dec. 47

Maritus, an, et quando uxorem alere teneatur, vide ibidem n. 66. 67. et 68. usque ad 73.

Alimenta debentur personis supradictis, dum vivunt; morte enim illarum, extinguitur alendi obligatio. Bas dit. n. 73. Mortuo autem ad alendum obligato, tenentur illius hæredes etiam extranei, prestare alimenta illa, quæ prædefunctus tenebatur, ibidem.

Alimentorum Judicium.

Ut petens alimenta possit illa consequi, debet probare filiationem, si tamquam filius illa petit, et si tamquam nepos, quod talis sit, summarie tamen, Bas dit. cap. 21. numero 92. Deinde, si quis alimenta Judicis Officio petat, debet summaria testium informatione, paupertatem probare, tanquam fundamentum suæ intentionis, ibidem a n. 95. Sufficit tamen probare filiationem, per quasi possessionem illius, per famam, vel leviores probationes n. 97. Deinde essentialiter probandæ sunt divitiæ personæ alere debentis, quia pater egenus, qui solum habet in bonis necessaria ad se alendum, non tenetur filium alere, et quod juxta morem Regionis indiget alimentarius quantitate certa

pro modo sui status, ac numero, et qualitate familiæ. Bas n. 98. et 99.

Alimenta lite pendente, an, et quando debeantur, et de hac materia plenissimum tractatum, vide apud Bas in Theatro Iurisprudentiæ tom. 1. cap. 21. a n. 123. usque in finem, ubi nihil intactum reliquit, et rem hanc magistraliter docet, itaut nihil in materia alimentorum offerri posse videatur, quod in dict. cap. 21. per tot. absolutissime non expliuit, ac etiam in cap. 10. de protestatione alimentorum per totum.

Vide D. Salgado in labir. par. 1. cap. 24. ex num. 81.

Alimenta decreto Iudicis taxata, quamuis præterita, habent primum locum post expensas. Ita Senatus ad relationem D. Mora, et Mulet R. C. 17 Septembris 1665. scriba Lledo pro Matheo Garcia notario in Graduatione bonorum Ioannis Bennasser de Beniatro, ubi eodem loco (nempe 2.º gradu, siue 1. post expensas) graduat dictum Georgium Bennasser pro alimentis ei taxatis, cessis, et vere debitis, iuxta decretum factum per Bajulum Villa de Campanet &a.

Alimenta. = Fauore alimentorum, quæ filijs debentur, iure introductum est, ut super eis nec pasisci, nec etiam cum iuramento transigi posset. Molina cum iuribus, et DD. de primogen. lib. 2. cap. 15. n. 77. qui num. 78. ait, renunciatas a filijs legitima, seu hæreditate paterna, etiam cum iuramento, in ea renunciatione, alimenta non comprehendi. Sequitur Gomez in l. 22. Tauri n. 12. Rojas in epitome Succes. cap. 21. n. 78. Olea tit. 3. q. 13. videndus.

Administrator, si eius administratio reuocetur, lite pendente super validitate reuocationis, debet manuteneri; quia priuatio importat notam, maxime in Administratione honorifica. Posthius de manutentione obser. 10. n. 47. et post tractat. dec. 250. n. 1. 2. et 3. et decis. 258. Quod procedit etiam si concessa fuisset cum clausula ad nutum, et durante beneplacito. Crespi obser. 7. n. 8. Cancer var. par. 3. cap. 1. n. 99. et 100. et cap. 12. n. 190. Fontan. de pact. cl. 4. glos. 10. par. 1. n. 146. Salgado de Regia Protect. par. 3. cap. 13. n. 46. Larrea decis. Granat. disp. 2. n. 9. Videnda Allegatio pro Canonico Cepons par. 2. per tot.

Administrator.

Administrator tripliciter potest esse in culpa. 1.º si non fecit quod diligens pater fam. facere tenetur. 2.º si contra pactionem operetur. 3.º si fuit in mora. Glos. in l. videamus ff. de locat. et conduct. Rota Genuen. decis. 205. de Mercat. n. 2. Vide in materia doctam Allegationem D. Joannis Bravo, et Delvado pro Civitate Valentiæ, cum Egregio Comite de Parcent, per totam, ubi plura de Administratorum negotiorum obligationibus, tomo 2. fol. 384.

Assistentia.

Assistentia in rebus Ecclesiasticis, an, et quando concedenda? Vide Allegationem Iuris pro Canonico D. Dalmatio de Copons, et Fiveller par. 1. per totam, cum Decisionibus Regiæ Audientiæ Cataloniæ, tam inter Canonicos, Dignitates, et alios Sæculares, quam etiam inter Regulares, ubi plura de Potestate oeconomica. = Videndus etiam in materia Calderó decis. 136. et tom. 2. decis. 82. Cortiada decis. 240. = Dicta Allegatio pro Canonico Copons habetur impressa in 2.º tomo Allegationum Cataloniæ Bosch. Barca.
Vide etiam contrariam Allegationem pro Capitulo Barchinonensi cum dicto de Copons a n. 241. usque ad 255.

Appellatio non admittitur a Decretis taxationis alimentorum, declarationis intestatæ successionis, successionis iure vinculi, adjudicationis, et aliis quæ fiunt per usum voluntariæ Iurisdictionis; sed tantum auditur pars, quæ gravata prætenditur, coram eodem Iudice, super revocatione Decreti, via ordinaria, et cum causæ cognitione. Et hæc est perpetua, continua, et nunquam interrupta praxis in Regno Majoricarum, ejusque Tribunalibus.

Appellatio non admittitur in Regio Consilio a Sententia Conservatoris Propenetarum Hispal. omisso medio Regiæ Aud.ª et servari vidi 14. Decembr. 1725.

Assecuratio.

In materia Assecurationis navium, et mercium, vide doctam Adlegationem D. Alfonsi Carrillo, pro Alberto Anguilman, et Sociis per totam, ubi de casu fortuito, de dolo, et culpa Capitanei navis, seu cymbæ, quando locus sit præmii solutioni, quando liberetur Assecurator, et alia notabilia in materia, tomo secundo, fol. 364.

Attentatum.

Attentatum est delictum; unde debet concludenter probari. Lancellot. de attent. par. 1. in præfatione n. 103. Mantica decis. 62. n. 2. Ant. Faber in C. lib. 1. tit. 11. deffin. 20. n. 4. Burat. decis. 644. n. 1. et 4. Debet autem constare de duobus requisitis essentialibus. Primum, quod lis pendeat. Secundum, quod sit innovatum in contemptum Iudicis, et præjudicium partis. Lancellot. ubi proxime n. 6. Baldus, et Salicet. in l. appellatum C. de appellation. Beniterd. decis. 36. Capicius Galeota controver. 34. n. 28. lib. 1. ibi: Cum duo copulative requirunt ut sit attentatum, videlicet innovatio, et pendentia litis tempore quo fuit innovatum.

Dicitur autem lis pendere in hac materia, per solam citationem Lancel. par. 2. cap. 4. n. 28; requiritur tamen, quod citatio, vel inhibitio emanaverit a competenti Iudice, cum aliis requisitis de quibus idem Lancellot. par. 2. cap. 4. n. 51. Mingius. obser. 26. centur. 4. quia lis mota, vel inhibitio emanata vel a Iudice incompetenti, non causat attentata. Ferquoram. vel a Iudice incompetenti, non causat attentata. Rot. cons. 25. n. 1. lib. 1. Lancellot. citatus n. 51. Farinac. in fragmen. par. 2. lit. L. n. 391.

Appellatio = Regio Diplomate 22 Iunii 1613. cavetur, ne pro deserta habeatur appellatio, vel supplicatio, dummodo pars appellans, intra tempus, processum portari petierit, licet postea instrumenta exhibeat, ad sui juris defensionem. Et hoc jure utimur.

Alienatio

Alienatio bonorum immobilium Ecclesiae facta sine beneplacito Ap[ostoli]co adeo nulla est, ut penes Ecclesiam remaneat dominium, et possessio, et emptor restituere teneatur fructus a tempore celebrati contractus, ut constat ex Canonicis Sanctionibus, Doctorumque authoritatibus compilatis tom. 2 observ. fo. 36 pag. 2. Vide Cancer par. 2. var. cap. 1. n. 132.

Haec adeo certa sunt, ut non dubitent Authores asserere Ecclesiam alienantem non teneri ad pretij restitutionem, nisi forte probaverit emptor in utilitatem Ecclesiae versum fuisse. Acosta de privileg. Creditor. regu. 1. ampliat. 1. ex n. 6. et apud eum Barbosa in L. 1. Cod. de praescrip. trig. vel quadrag. annor. et Flores de Mena in additionibus ad Gamam deci. 20 versic. si vero. Gutierrez practicar. lib. 3. q. 8. per tot. Azevedo in L. 6. t. 2. lib. 1. Recop. n. 1 cum segg. quorum doctrina indubitabilis est, jure Regio cum expresse constet ex textuali dispositione L. 11. t. 14. partit. 1 ibi: Otro si el que tal heredad comprase, sabiendo que era dela Yglesia, e non ficiesse la compra en la manera, q[ue] dicen las Leyes deste titulo, debela perder, e cobrar la Yglesia, con los esquilmos, q[ue] endellevo, e non le finca demanda ninguna del precio contra ella, mas contra aquel q[ue] ge la vendio, ubi Greg. Lop. expresse id notat. Idem cavetur in L. 6. t. 2. lib. 1. Recop. ibi: si alguna cosa delas q[ue] assi hallaren escritas fuere vendida, ò enagenada sin d[erech]o, la pueda demandar, y tornarla ala Yglesia, dando el precio al comprador, q[ue] dio p[or] ella, si mostrare, q[ue] el precio fue gastado en pro dela Yglesia; y si en su pro no fue gastado, la Yglesia cobre lo suyo, y no sea tenuda de pagar el precio. Haec clarissima sunt; obstant tamen sequentia

Certum est nullitatem contractus sine debitis solemnitatibus, decretum irritans in prohibitione alie-

Nota, huiusmodi alienationem non confirmari juramento, nec causam probere ad praescribendum. cap. 2. de reb. Eccles. non alienan. et ibi Glossa in verbo, Gutierrez de juram. cap. 52. = Vides omnino Hermosilla tom. 2. in l. 15. tit. 5. part. 5. ex n. 25. Et ex eius doctrina num. 34. cum segg. nota alienationem nullam esse, si in tractatu, et contractu non interveniant duo partes Capituli, seu communitatis, licet consentientes citati fuisse. Et nota, q[uod] Ecclesia, et minores possunt novum censum constituere ad alterius extinctionem, qui maioris redditus esset absque Decreto, et solemnitatibus. D. Olea tit. 4. q. 1. n. 31. Et ex eod. Olea tit. 2. q. 1. ex n. 3. nota alienationem sine debitis solemnitatibus adeo nullam esse, ut ex ea dominium non transferatur, et Ecclesiae competat rei vindicatio.

nationi appositum, et fructuum restitutionem, jure inductam esse, ut praeserbetur Ecclesia à damno, non quidem ut faciat lucrum cum alterius praeiuditio; quoniam cum sit species poena doli praesumpti, et malae fidei, in qua est qui contra iuris prohibitionem mercat: talis culpa requiritur in posesore, quae dolum, et delictum redolebat; nam ubi iustus error facti, aut iuris dubij intersesit, emptor à fructuum restitutione excusat, nisi post moram, et litis contestationem. Deinde casu quo fructus restitui debent, deducendae sunt expensae in illorum perceptione factae, prout etiam emolumentum, quod interim Ecclesia percepserit ex praetio soluto per emptorem, quando nempe praetium conversum fuit in emptionem rei fructiferae, vel consumptum in extinctionem census, cui obnoxia esset Ecclesia, ut explicat Cardinalis de Luca de alienation. disc. 1. ex n. 106. Ex quo infertur, quod si emptor probaberit errorem facti, vel iuris dubij in contractu intercesisse, locus non erit fructuum restitutioni; si vero probet praetium conversum fuisse in emptionem rei fructiferae, aut in extinctionem census passivi, restitutio fieri debebit, non tamen absoluta, et totalis, sed partialis, deductis scilicet expensis, et utilitate percepta à die contractus per Ecclesiam alienantem, nam eius indemnitati satis superque hoc medio consultum videtur.

Quarto licet alienatio bonorum immobilium Ecclesiae omni iure prohibita sit absque debitis solemnitatibus, habet tamen implicitum statum validitatis, donec Ecclesia contra alienationem reclamet. Huiusmodi enim contractus, prout etiam quia minoribus, pupilis, Universitatibus, Monasteriis, et Hospitalibus celebrantur, claudicare dicuntur, ita ut valeant impugnari ex parte privilegiati, quoties sua interest; ex parte vero alterius contrahentis non privilegiati, firma manet, ut constans est omnium DD. Sententia, à nemine controversa.

In hoc principio decisum fuit per Rotam in Romana census coram Zera, et postea in eadem causa coram Avellino 23 Junij 1600 apud Gonzalez in Reg. 8 Cancel. Glo. 56. n. 9 cum seqq. onerationem census factam per ecclesiam non servatis solemnitatibus, nullam omnino fuisse; pensiones tamen exactas à tempore contractus usque ad diem motæ litis, restituendas non esse, quia supposita implicita actus validitate, potuit emptor pensiones exigere, et juxta opinionem exegit, donec ecclesia reclamaret.

Eandem doctrinam tenet Gratian. tom. 3. discep. 553. n. 64 et 65. Sequitur D. Castillo de alimen. cap. 64 sub n. 6. subdens n. 8. ita in Regio Granatensi Pretorio observatum, et definitum fuisse, duabus conformibus sententijs. Sic etiam fuit decissum apud Gama par. 2. decis. 314. et Flores de Mena in additionib. ad dict. decis. licet in puncto juris contrariam sententiam veram esse fateatur; ex equitate tamen decissionem Gama sequendam esse in judicando, et consulendo testatur. Et certe negari non potest quin hæc oppinio, tum juris principijs; tum etiam maxima equitate, et ratione nitatur, licet contra illam urgentissima sint Leges Regiæ supra adductæ.

His tamen non obstantibus, dicendum videtur fructus esse restituendos, non à die litis motæ, sed à tempore contractus. Si enim Canonicis Sanctionibus cavetur, alienationem factam absque Beneplacito Apco. et causa urgentis necessitatis, seu euidentis utilitatis, nullam jpse jpso iure, et penes ecclesiam alienantem dominium, et posesionem manere debere: quo titulo fructus lucrari potuit emptor, qui contra tot jura mercatur? Non ratione dominij, aut quasi dominij, quod in eum non transivit. Non ratione bonæ fidei, propter Canonum prohibitionem, et decretum

Vide Gutierrez de tutel. par. 2. cap. 5. ex n. 10. Covar. lib. 1. variar. cap. 3. n. 8. et ibi late in additionibus. Vide Mangil. de euiction. quest. 130, et 135.

irritari, quod contractum omnino infringit. Non propter posesionem, quae in dilesia permanet. et sic intrat comunis distinctio de qua Surdus decis. 181 per tot. et D. Castillo de aliment. cap. 64. n. 3; ut scilicet quando contractus fuit ab initio nullus propter Legis prohibitionem, fructus restitui debent in judicio nullitatis à die contractus; quando vero solum rescissio actus intentatur, veniant à die litis motae.

Nec relevat quod alienatio bonorum Ecclesiae habeat implicitum statum validitatis; quia ea non obstante potest emptor, qui sine solemnitatibus emit compellere Ecclesiam, vel Praelatum ad declarandum an velit, vel non stare contractui, ut probat Fontanella clau. 4. glo. 13 par. 1. ex n. 12. Castillo ubi sup. n. 3, alias seque retur, emptorem semper in suspenso fructuum contra justitiam, et equitatem. Sibi igitur imputet emptor, qui hanc praecisam diligentiam omisit. Et cum haec implicita contractus validitas sit praecipuum contrariae sententiae fundamentum, quo nititur citata decisio Rotae apud Gonzalez: consequens est, ea non obstante, restituendos esse fructus à die contractus.

Quo vero ad pretii restitutionem, licet multum urgeant considerationes Cardinalis de Luca de alienatio. disc. 1. n. 10 cum seqq; ea tamen practicabiles esse non videntur in Regno Castellae, stante literali dispositione Legum partitae, et Recopilationis, de quibus supra, quae forsàm ponderatae non fuerunt in Granatensi Praetorio in binis decisionibus, de quibus testatur Castillo citat. n. 8. et quidquid sit de hoc, licet maxima sit illius Senatus authoritas, maior procul dubio est quam Regiae Leges habent, Quibus consonant expressissimi textus in L. iubemus, § sanè, et in Authent. Quires, cod. de Sacros. Eccles. Vide tamen D. Castillo, de aliment. cap. 64.

Allodium.

Allodium est res propria, et libera quam quis a nemine tenet, et solum Deum recognoscit, quamvis ratione Iuris-dictionis alteri sit subdita; et hoc dicitur Francum Allodium. Fonbrutus resol. Civil. tom. 1. cap. 41. n. 23. et per totum

Absens. 1

Licet jure communi procedi nequeat in criminali-
bus contra absentem, jure tamen Regio Castellae
secus est ex l. 76 tauri, ubi Antonius Gomez et alij
tauristae. D. Matheu de Re crimin. contr. 28.
num. 8. ubi id probat ex leg. 148. Styli, leg. 3. tit.
8. lib. 2. fori, leg. 12. tit. 2. leg. 9. tit. 11. lib. 3. ordina
menti, et leg. 3. tit. 10. lib. 4. Recop. ubi Regnicola—
Idem tamen D. Matheu contr. 77. num. 8. Recte
docet, Reo absente, et inaudito, non posse poenam
corporalem imponi, nisi contumatialis processus
legitime factus sit, et adhuc eo formato, si in
tra annum compareat, vel capiatur Reus
plene audiendus est, quoad omnes poenas, et post
annum, quoad corporales, per tex. in leg. 3.
tit. 10. lib. 4. Recop. ubi Acevedo ex num. 124.
cum alijs, et hoc iure utimur, teste d. D. Ma
theu ibidem.

Agnatio.

Agnatio non dicitur contemplata nisi in fundatione maioratus ita expresse cautum sit, adeo ut nulla sufficiant coniectura, et praesumptiones licet urgentissimae sint, ut disponit noba Pragmatica anni 1615, quae habetur in L.13. t.7. lib.5. Recop. et docet Roxas de incompat. par.1. cap.6. §21. n.311. cum seqq. ubi Aguila in additionibus. Haec Lex solum procedit in maioratibus fundatis post dictam Regiam Pragmaticam, ex Robles de represent. lib.1. cap.13. ex n.12. et constat ex illius verbis, ibi: mandamos que de aqui adelante &c. Non tamen levis est coniectura quae desumitur ex Regio rescripto anni 1682 in quo agnatio intelligitur contemplata, quoties vocantur descendentes per lineam rectam masculinam, ut constat ex illius verbis apud Balmasedam de Collect. quaest. 46. n.27. ibi: no han de gozar de aqui adelante delos dhos privilegios, sino solo aquellos, que probaren, o ubieren probado descender por linea recta de varon delos primeros a quienes se concedieron los dhos privilegios; pero no las hembras, ni los varones dellas. Ubi vide, quod etiam post dictam Regiam Pragmaticam anni 1615, contemplata censetur agnatio, ex sola vocatione descendentium per rectam lineam masculinam. Vide Roxas de incomp. par.1. cap.6. §23 per tot. Vela tom.2. dissert. 49 ex n.15.

Annatæ

De Annatis, quæ a Romana Curia exiguntur, earum Origine, antiquitate, et justitia, ac etiam de quindeniis, eorumque introductione, vide latissime agentem Fagnan. in cap. præterea, Ne Prælati vices suas, vel Ecclesias sub annuo Censu concedant. Habet. lib. 5. Decretal. fol. 63. Luca de Benefic. dis. 83. per totum, Ceuallos de cognit. per viam violentiæ par. 2. q. 262. et penultima, Mostaso de causis piis lib. 7. cap. 14. ex n. 35. Gondut. de pension. cap. 10. Natal. Alexan. tom. 9. saeculo 15. et 16. dissertat. 9. per totam, ubi mire earum justitiam comprobat. Videndus etiam Thomasin. part. 3. de Eccles. Disciplin. lib. 2. cap. 58. et 59. et ex eius doctrina notandum est, multum inter esse, inter annatas, servitia communia, minuta servitia, et quindenia. Annata penditur pro omnibus parvis beneficijs, exceptis Episcopatibus, et Abbatijs consistorialibus. Constat autem, media parte redditum beneficij, erat usui Papæ reservatur. Servitia communia solvuntur pro Episcopatibus, et Monasterijs consistorialibus. Eorum media pars Pontifici aplicatur, media Cardinalibus, ideoque vocantur communia. Minuta servitia sunt, quinque minores taxæ, Episcoporum, et Abbatiarum taxis accomodatæ, et inter minores Curiæ Romanæ Ministros partiendæ; inde minuta servitia appellantur. Quindenium tandem, illa est annata, quæ decimo quinto quoque anno solvitur pro beneficijs unitis. Observat pariter Thomasinus dict. cap. 59. n. 13.

Vide Fleuri tom. 20. lib. 99. n. 26. 27. et 28.

fuisse olim Collectores per Provincias a Pontifici
bus institutos, ad has taxas colligendas. Et cum
ea exigendi ratio, et Provincijs, et beneficiorum
possessoribus oneri esset, placuit, ut beneficiarij ipsi
fructus omnes colligerent, et annatas numerata
pecunia satisfacerent. Provisionum formam,
nihil vitij habere: gratis omnino fieri collatio
nem, et libelli supplicis signaturam; nec anna
tam solvi, nisi ad expeditionem bullarum. Co
ta, et simplici signatura, conferri beneficium, et
bullas tantum desiderari, nisi ut instrumenta,
quibus constet de concessione beneficij. Unde ante
earum expeditionem resignari potest, et licet
sæpius eodem anno vacet, una tantum solvitur
annata. Quo fit, ut solum in vim reservationis
ad sustentationem Pontificis, ac Sacri Collegij
exigantur, titulo subventionis, non autem tam
quam pretium collationis, prout etiam defen
dit Natalis dicta Dissertat. 9. ex num. 11. et
per totam. Vide Fleuri tom. 26. lib. 128. ex n. 26
ad 35. et Decretum Concilij Basileensis sess. 21. Fleu
ri tom. 22. lib. 106. ex n. 135.

Alimenta

Posesor maiorazatus solum tenetur alimenta præ-
stare fratribus, et sororibus, non vero alijs consangui-
neis, nec patruis, aut fratrum filijs, ut evidenter
demonstrat D. Salg. omnino videndus in Labyr.
par. 1. cap. 24. ex n. 42. ubi inconvincibiliter
probat, non actionem realem, et hypothecariam
ñ competere pro alimentis contra maiorazatus po-
sesorem; quia licet alimenta in fundatione maiora-
tus subrogentur loco legitimæ: cum hæc, non in-
distincte omnibus descendentibus, sed solum illis,
qui nati sunt tempore fundationis debeantur:
consequens est hanc alimentorum obligationem
ad fratres, et sorores restringi; alias sequeretur
absurdum, ut omnibus descendentibus in infini-
tum deberentur, contra maiorazatus naturam, et
perpetuitatem. Unde concludit vir doctissimus,
posesorem fratre alere teneri, non ut posesso-
rem, sed ut fratrem debitum, adeo ut si fratres
ab eo peterent alimenta, tamquam à maiora-
tus posesore, necesario succumberent.
Contrariam tamen sententiam defendit cum alijs
Aquila in additionib. ad Roxas de incomp. par. 8.
cap. 4. ex n. 32. cuius fundamenta, meo videri,
nihil urgent contra opinionem D. Salg. et
nota præfatum Aquila, cautissime esse legen-
dum, quia Doctores ab eo citati vel minime
dicunt id, ad quod allegantur, vel solum per-
functorie, ita ut eorum mens dubia sit.
Quærit citatus Roxas n. 55. an immediatus
succesor maiorazatus indistincte ut talis posit.
et debeat consequi alimenta à maiorazatus pos-
sesore, et resolvit afirmative; tum quia

Vide D. Molina
lib. 3. cap. 14. per
totum, ubi acriter
contendit, immedia-
tum successorem
admitti non posse
in judicio viventis
Majoratus possesso-
re, ad petendum,
se post possessoris
mortem, successo-
rem declarari.
Contrariam tamen
sententiam docent
D. Covar. lib. 1. cap.
18. n. 8. Rodericus
Suarez alleg. 4. et
Regens Leo decis.
35. qui D. Molina
fundamentis respon-
det. = Vide Gomez
in l. 40. Tauri
n. 79. ubi acriter
contendit, alimenta
immediato Majo-
ratus successori
neganda esse. D.
Olea in tit. 3. q. 13. n. 9.
concedenda esse ait
etiam patruis, et so-
brinis, dummodo
a fundatore descen-
dant. Vide §. si quis
a liberis §. si mater 14.
et l. penul. ff. de liber.
agnoscen. l. 4. tit. 19. part.
4. et ibi Greg. Lopez.
Castill. lib. 4. cap. 61. ex n. 52.

37

cita in praxi admissum videtur etiam favore consobrini actuali posesoris, licet actor à fundatore non descenderet; tum etiam quia ita Locuti (ut ait) Greg. Lop. in L. 21. t. 7. p. 6. glo. 4. Mieres de majoratu par. 4. q. 28. n. 9. Giraba decis. 5. n. 5. Montir. decis. 46. n. 36. Larrea decis. 43. n. 44. et 46. Martha de succesio. legal. par. 4. q. 18. artic. 7. Bossius de efectib. matrim. cap. 13. 86. n. 803.

Idem supponit Lagun. de fruct. par. 1. cap. 20. n. 66. addito Castillo lib. 3. contrav. cap. 22. n. 67.

Si tamen Doctores, eorumque authoritates asumptum non probant. Greg. Lop. docet immediatum succesorem ius habere, ut sibi alimenta taxentur ab actuali posesore; non tamen explicat, an id indistincte procedat, an vero solum in fratre inope, respectu posesoris maioratus qui tanquam dives, teneretur fratres egenos alere; immo recte perpensus intelligendus videtur quando immediatus succesor est filius posesoris, cum suam sententiam probet authoritate tex. in L. 1. ff. de liber. agnosc. = Mieres citatus ab Aquila, prout etiam Giraba, Marta, et Castillo, nec verbum quidem locuntur de questione proposita; et Bossius citatus in cap. 13. 86 n. 803. non solum asumptum omissit, sed ettiam universum opus de efectibus matrimonij decem capitibus absolvit et in illis

de hac quaestione non agit.

D. Larrea, qui etiam citatur ab Aquila, et Luzunez, licet decis. 47. n. 11. et 16. docere videat alimenta deberi immediato succesori majoratus quasi alimenta deneganda non sint ei, qui futurus est dominus: praeterquam quod loquitur in sobrino respectu patrui, immediati succesoris requirit tamquam intentionis fundamentum, quod immediatus succesor ita sit pauper, ut nihil habeat in bonis. Quae sententia licet probabilis sit, ex traditis a Bas in Theatro jurisp. cap. 10. n. 64: verius tamen est patruum, et sobrinum respective posesores majoratus, non teneri huiusmodi alimenta praestare; tum, quia nullo jure cavetur, tum etiam quia ut recte ait Molina dicto lib. 2. cap. 15. n. 67. et 68, facile evenire posset, quod ex uno fratre decem, vel plures nepotes surrexerint, quod in maximum cederet ~~detri~~ mentum ipsiusmet majoratus, et Reipublicae.

Hoc cum ita sint, imposibile videtur immediatum succesorem, qui non sit frater, aut saltim fratris filius, vel respective patruus, consequi posse alimenta. Certum namque est, neminem posse sine actione in iudicio experiri. Cum autem immediato succesori non competat actio realis, et hypothecaria, ex Salg. in Laby. par. 1. cap. 24. ex n. 121; nec etiam personalis, quae suapte natura contractum, aut quasi contractum supponit: vix concipi potest, quo pacto poterit

38

immediatè succesor hoc iudicium intentare.
Nisi forte dicatur alimenta hoc casu peti posse
oficio judicis ex causa indigentiae, ne fame pe-
reat.
Unum nota, hoc interesse inter alimenta debita
iure actionis, et ea, quae iudicis tantum oficio prae-
stantur, quod scilicet iure actionis etiam pro tem-
pore praeterito peti posunt; secus vero si judi-
cis solum oficio debeantur, nisi forte alimenta-
rius ex causa alimentorum pecuniam mutuo
accepisset, vel alias aes alienum contraxisset, quia
tunc peti posunt, aut compellitur haeres ad debi-
tum ex causa alimentorum contractum per-
solvendum. Cancer variar. par. 1 cap. 16. n. 13.
Bas in theat. juris. par. 1. cap. 21. n. 100 cum inte-
gra Doctorum columna.
Nemo tenetur arctare proprium victum, ad
alimenta alteri praestanda, et ideo licet pater
iure naturae teneatur alere filios, si tamen egē-
nus fuerit, eos alere non tenetur, quia charī-
tas bene ordinata incipit à se ipso. Surd. de
alim. tit. 1. q. 31. et tit. 2. q. 8 per tot. D. Salg.
in Labyr. par. 1. cap. 24. n. 120. Bas cum aliis
dicta par. 1. cap. 21. n. 98. ubi recte advertit, et
praxi admissum testatur, patrem, avum, ma-
trem, aut illum contra quam alimenta pe-
tuntur, non aliter ea praestare teneri, quam
si probet, adeo divites esse, ut eorum redditus
sufficiant, ut se, et petentem alimenta alat iux-
ta eorum conditionem; divitiae enim non prae-
sumuntur, et cum agens ad alimenta se fundet in
divitiis alterius obligati, ei incumbit onus pro-
bandi.

Apellatio

Apellatio iure Regio, interponi debet infra quinque dies à die notificatæ sententiæ computandos inclusiue. Constat ex L. 1. t. 18. lib. 4. Recop.

A provisione interlocutoria non admititur apellatio, nisi vim definitivæ habuerit, aut præjudicium pariat in negotio principali, aut super exceptione perentoria; vel etiam, si Judex incompetens, se competentem declaraverit, aut recusatus, associatum accipere nolluerit; quia in his casibus, et illorum singulis, interlocutoria apellabilis est, ut disponit L. 3. dicti tit. 18. lib. 4. Recop.

Apellationis iudicium finiri debet infra annum; alias, sententia à qua, confirmata censetur, et apellatio deserta, cesante tamen legitimo partis impedimento, et Judicii negligentia, L. 11. dict. tit. 18. lib. 4.

Apellatio à sententia Judicum Regiæ Curiæ, quos Alcalde de Corte vocamus in ciuilibus, interponi debent ad Regium Castellæ consilium, à ~~cujus~~ sententia non licet amplius suplicare, nec apellare, quia vim habet revisionis, seu ut vulgo loquimur de revista, ut expræse cabetur in L. 20. t. 4. lib. 2. Recop.

A sententia Prætoris Regiæ Curiæ, vel eius locumthenentium, apellari debet ad Supremum Consilium, cuius unica sententia, liti finem imponit, eodem modo, quo in Judicibus Regiæ Curiæ cautum est, ut constat ex Regio Senatusconsulto, (Auto acordado) 76. partes.

Hoc intellige dummodo causa excedat quantitatem centum mile maravetinorum; quia si minor fuerit, non ad Regium Consilium, sed ad Aulam Iudicum Regiæ Curiæ, quam Sala de Alcaldes vocamus, apellari debet, et hæc est praxis inconcusè servata; et à Sententia huius Aulæ, apellari, aut suplicari amplius non potest.

Appellatio q.do admitenda

Causa immediata appellationis est injustitia, injuria, et grauamen. cap. Sugestum, et cap. cum cessante de appellat. D. Salgado de Reg. Protect. par. 3. cap. 6. n. 28. et 29. Unde cum Iudex injuste procedat et injuriam inferat, eo ipso quod deneget copiam actorum, seu instrumentorum communium, aut quando recusatus (opposita legitima causa) se non abstinet, imo ad ulteriora procedit; aut post ad missam exceptionem, terminum ad illam probandam denegat: consequens est ut grauamen inferat, ac per consequens si appellationi non detulerit, vim facere dicatur. D. Salgado d. tract. par. 2. cap. 1. ex n. 72.

Appellatio locum habet ab inordinato processu, et praepostera tione iudicij, non solum in causis ordinarijs, sed etiam in judicijs possessorijs summarissimis, in quibus licet appellatio regulariter prohibeatur, admittitur tamen à modo procedendi, et inordinato processu. Cap. Ex̄ibita de judic. D. Salg. de Reg. prot. p. 2 cap. 1 ex n. 30. et par. 4 cap. 13 n. 21. qui ex hoc principio infert, vim facere Iudicem, si appellationi non deferat.

Appellatio est praesidium innocentiae, et ex communi DD. sententia, quoad sui substantiam, et quatenus continet defensionem, est de jure naturali; quoad eius tamen formalitatem, solemnitatem, et terminum est juris positiui. D. Salgado videndus in d. tract. de Reg. protect. par. 1. cap. 1. ex num. 80. Et ideo licet prohibita sit appellatio in pluribus casibus, intelligitur prohibitio cessante excessu, quia eo concurrente, indistincte locum habet appellatio. D. Salgado citatus par. 4. de Reg. prot. cap. 3. n. 16. et 17.

Appellatio locum habet, non obstante clausula appellatione remota, in omnibus casibus in quibus à iure reperitur expresse permissa

quia solum prohibita censetur, frivola, et frustatoria, iuxta tex. expr. in Cap. Pastoralis de appellat. ibi: Sed si appellans fuerit gravatus in aliquo gravamen huiusmodi per superiorem poterit emendari. Pagnan. omnino videndus in Cap. Studuisti de offic. legati, ex num. 43. qui plures ex hoc principio conclusiones deducit, subdens, numero 45. vers. Sexta conclusio, quod licet clausula predicta tollat omnem appellationem, quae à iure non est expresse permissa: hoc tamen procedit respectu iudicis a quo, qui non tenetur huiusmodi appellationi deferre; non autem respectu partis, quin ei liceat appellare, nec respectu Iudicis ad quem, quin possit appellationem admittere; et sic per clausulam appellatione remota, in his casibus removetur appellatio ad effectum suspensivum tantum, non autem devolutivum. Et in 4. conclusione expresse tenet, quod ubicumque Iudex notorie gravat, licitum est appellare, non obstante clausula predicta, iuxta tex. in cap. Ecclesia de restit. spoliator. ubi communiter Canonistae. Et in dict. Cap. Pastoralis de appel. post quam eandem doctrinam fundalat, [sic] incidentaliter repetit, quaerit num. 26. utrum, praefata clausula, appellatione remota, compellat Iudicem deferre, quo ad utrumque effectum, appellationi tantum provabili, an vero solum quo ad devolutivum, ita ut executio sententiae, et acta post appellationem gesta, sint attentata.

refert communem esse DD. sententiam, quo ad
utrumque effectum esse admitendam, ac per
consequens acta, tanquam attentata revoca
ri debere: ipse tamen cum alijs solum quo ad
devolutivum operari appellationem probabilem
tenet, non obstante tex. in cap. cum debitus
de appellat. qui expressus esse videtur pro
prima sententia.

Appellationis et Audientiæ denegatio

His suppositis certum est, plures in iure casus
reperiri, in quibus non solum appellatio,
sed etiam audientia denegatur; et similiter
varias clausulas in Rescriptis Apostolicis frequen
ter apponi, per quas æquivalenter appellatio
denegatur, quas omnes late, et docte explicat
D. Salgado de Reg. protect. p. 2. cap. 8. per tot, et cum
in hijs iudex ecclesiasticus appellationi non def-
ferens, facultate à iure, vel à Papa tributa uta
tur: consequens est vim non facere, ut probat, et
praxi admissum testatur idem Salgado omnino
videndus in materia, ubi proxime.

Innocentius xiij. in Bulla quæ incipit Aposto-
lici Ministerij, expedita Romæ 13. Maij 1723.
precibus Regis Catholici, et Em.mi D. Cardinalis
Belluga, instauravit, et servari mandavit, non
solum tex. in cap. Romana de senten. excom.
in 6. sed etiam Decreta Clementis viij. et Urba
ni etiam viij. circa appellationes, absolutiones, et

inhibitiones. Et cum in eis prohibeatur appellatio multis in casibus de quibus ibi, et inhibitiones, quae iuxta illorum tenorem dari non possunt aliter quam visis actis, et citata parte, sue D. Vicali Curiae Metropolitanae, taliter ut Iurisdictio Iudicis a quo non cesset, nec appellatio causet attentata: dicendum videtur, quod post dictam Bullam Innocentij, et Decreta, quae in ea innovantur, vim non facit Iudex a quo, qui post appellationem ad ulteriora procedat.

Antiquissima praxis obtinuerat, concedi inhibitoriales temporales, et absolutiones ad reincidentiam, absque necessitate videndi antea processum, ut hoc medio interim succurreretur grauati. D. Covar. in practicis qq. cap. 23. Lancellot. de attentat. parte 2. cap. 20. limitat. 12. et de ea testatur D. Salgado de supplicat. ad SS. par. 2. cap. 3. ex n. 5. Cum autem in praefatis Bulla, ac Decretis id fieri prohibeatur, ut ex illorum littera constat, maxime in Bulla ex num. 24. et ex Decreto Clementis Vij. fere per totum: vix dubitari posse videtur, Iudicem a quo, in casibus ibi expressis, non obstante appellatione, posse ad ulteriora procedere; tum quia ei non repetitur deferre; tum quia non attentat semel ponetur deferre; tum quia non attentat semel pro... habita inhibitione, ac per consequens cessat remedium auxilium violentiae, ex vulgatis.

His accedit, quod etiam ante Bullam Innocentianam, ac praefata Decreta, ex solo iure Concilij Tridentini sess. 13. cap. 3. et sess. 22. de refor. cap. 7. et ex d. cap. Romana de sent. excom. in sexto, tenuit et validissime quidem D. Salgado de supplicat. ad Sanctis. par. 2. cap. 3. nullam, nullisque

Pro Concilij intelligentia, quoad haec Decreta, vide Fagnan. in cap. 12. de fide instrument.

roboris, et effectus esse absolutionem Metropolitanae, vel eius inhibitionem, quando acta Iudicis a quo, non fuerunt apud eum exhibita, et quod inhibitione non obstante, potest Episcopus inhibitus ad ulteriora procedere, cum non alias ex Decreto Concilij teneat inhibitio, quam viso processu. Ex quo mihus improbat praxim contrariam, licet per immemorabilem consuetudinem introductam, stante Decreto irritante, quod in Concilio, et eius confirmatione legitur. De praxi praedicta dubitari non potest, cum eam agnoscat idem Salgado; et certum aliunde sit, iure quo utimur, inhibitionem temporariam non requirere causae cognitionem; imo post eam sine citatione, et actis expeditam, nullus est processus Iudicis a quo. Lancellottus de attent. post inhibition. par. 2. cap. 20. in praefat. n. 148. Pratan. tom. 5. cap. 914. n. 26.

Nunc sic: Si ante Bullam Innocentij XIIj. hanc praxim ut iniustam, et iuri contrariam damnat D. Salgado, non obstante immemorabili consuetudine: quid ex hujus sententia dicendum erit post dictam Bullam, atque Decreta Clementis, et Urbani VIIj?

E contra: Eodem modo innovatur cap. Romana de sent.ª excom. in 6. in Bulla Innocentij, ac fuit innovatum a Tridentino, utrobique cum Decreto, et alijs clausulis irritantibus, quorum natura est infringere contrariam consuetudinem; et similiter pari-

ter prohibetur ab Innocentio, Clemente, Urbano, ac Tridentino, inhibitio temporalis, et absolutio ad reincidentiam. Atqui Conciliaris prohibitio non obstitit præfatæ praxi, ac consuetudini, non obstante Decreto irritante: ergo pariter; alias cur tam varie. Vide D. Salgado de supplicat. ad SS. par. 2. cap. 31. ex num. 5. ubi probat, et in Senatu admissum testatur, inhibitionem expeditam contra formam præscriptam in cap. Romana de appellat. in 6. innovatum a Tridentino sess. 22. cap. 7. retinendam fore; imo si impetrans ipsam Romam transmiserit, poena pecuniaria compellendum infra quatuor menses eam originalem exhibere, ne per audientiam contradictarum pars recurrens opprimatur.

Apellatio Suspensiva.

Certum est, Excomunicationem nullam esse, nisi saltem unica monitio processerit; tum ex precepto Domini Matthæi 18; tum quia citatio est de iure divino, Genes. 3; tum etiam quia ita cabetur in Cap. de illicita 24. q. 3. Gutier. qui id doctissime probat Canonicar. qq. lib. 2. cap. 16. Cortia. dec. 71. ex n. 58.

Similiter nota est diferentia inter Excomunicationem nullam, et injustam. Prima enim, ie de nullitate notorie constiterit, et que publicata sit ad vitandum scandalum, timenda non est, nec quoad Deum, nec quoad Ecclesiam. Secunda vero ligat in utroque foro, sive injustitia procedat ex defectu ordinis Iuris, sive sufficientis causa, pecati scilicet mortalis, et contumatia. Gutier. ubi prox. ex n. 19. et comuniter Theologi et Canonistæ, qui de hoc principio non dubitant. Sagn. in C. per tuas de sent. excom. ex n. 8.

Hoc supposito sciendum est, quod si à monitorio, vel cominatione Censuræ apellatum sit ante sententiam, tamquam à futuro gravamine, et quidem irreparabili, locum habet apellatio quoad utrumque efectum, devolutibum, et suspensibum; quia cum censura secum trahat executionem, et gravamen inferat irreparabile, Cap. Pastoralis § verum de apellat: ratio postulat, ut citatus à tali gravamine tueri se possit præsidio apellationis. Sagnan. in Cap. per tuas, de sententia excomunicat. qui id procedere dicit quando Iudex aliquem citat ad dicendum cur non debeat excomunicari. Unde si post hanc apellationem, sententiam excomunicationis protullerit, nulla erit, per text. in dic. Cap. per tuas, vers. nos igitur, et ibi communiter Canonistæ. Gutier. dic. cap. 16. n. 21. ubi hanc esse communem Theologorum et Canonistarum sententiam testatur. D. Salg. de Reg. Protec. par. 1. cap. 5. ex n. 18. Giballin. de Sacra jurisdic. disquisit. 1. q. 3.

Vide Lancellot. de attentat. par. 2. cap. 12. ex n. 99.

n.º 6. Si vero Iudex, aut Episcopus citet ad dicendum cur non debeat quis declarari incurrisse in penam excomunicationis, locum non habet appellatio a praedicta citatione, seu monitorio. Ratio est, quia à sententia declaratoria postea lata, poterit appellari, et appellatio in hoc casu locum habebit quoad utrumque effectum. Unde cum gravamen declaratoriae reparari possit remedio appellationis, consequens est, à comminatione appellari non posse. Pagnan. omnino videndus in cap. Super eo, 2. de appellat. n. 19 et 50. et in dicto Cap. per tuas de senten. excomunic. ex n. 23, ubi ita declaratum fuisse per S. Congreg. testatur, subdens n. 26 cum seqq. excomunicatum posse appellationem prosequi, non petita absolutione, ratione praedicta nullitatis; tutius tamen esse à Metropolitano, vel Nuntio absolutionem petere ad cautelam. D. Salg. citat. ex n. 18. Unde consequitur, Iudicem Ecclesiasticum, qui post emisam apellationem, tam in casu quo ante sententiam, tamquam à futuro gravamine interponitur, quam etiam dum apellatur post sententiam declaratoriam: si apellationi non detullerit, vim facere.

Quid tamen dicendum post Bullam Innocentij XIII ex n. 21, et Decreta Clementis, et Urbani VIII, quo in praefata Constitutione innohantur, et etiam iuxta terminos textus in Cap. Romana de senten. excomu. in 6.º Vide quae adnotabimus supra hoc eodem lib. 6. fo. 11 cum seqq. Vide etiam in tom. 1. verbo Excomunicatio

Ap

Apelatio à Censuris.

Cum a Censura Ecclesiastica qualis
sit excommunicatio, suspensio, et inter
dictum, non apeletur quoad ad effectum debo
lutivum, quia secum trahit executionem:
licitum est apelare à cominata censura
quia semper infert gravamen irrepara
bile, et ideo ante sententiam admiti
tur apelatio, ita ut si ab eius commina
tione apelatum fuerit, excommunicatio pos
tea lata, nula sit ipso jure, ut optime
docet Fagnanus in cap. super eo 12. de
apelat. et constat ex cap. 1. et 2. eiusdem
tituli. Quamvis enim regulariter ape
lari nequeat à futuro gravamine: fallit
tamen, si hoc fuerit irreparabile, qua
le est illud, quod per Ecclesiasticas censu
ram infertur, ut late prosequitur Fag
nanus ubi proxime. Vide tex. in cap. dilectus
55. de appellation. qui expressissimus est, et D. Sal
gado de Reg. prot. par. 2. cap. 5. per tot. et in
terminis n. 50. et seqq. Natal. tom. 1. Theo
log. lib. 2. de Censur. cap. 1. art. 6. ubi plene fol. 509.
Van-Espen tomo 6. tractatu de Censur. cap. 5. §. 2. et 3. et
plenius in tract. de Recursu ad Principem cap. 2.
§. 1. et 4. ubi nihil desiderandum reliquit.

Apellatio in Jurisdiccionalibus.

In causis, et controversiis, super Juris-
dictione, quoties Judex oposita fori
declinatoria, se competentem pronun-
tiat, locum habet appelatio in utroque
efectu, ut optime probat Vela disert.
41. ac per consequens vim facit ecclesiasti-
cus Judex, si ei simpliciter non deferat.
Vide D. Salg. de Reg. protect. part. 2. cap.
10. ex nº 88.

Apellatio = Auditor Camerae

Apellatio locum non habet à provisione, vel sententia per quam attentata reponi mandantur; tum quia nullibi admitti jubetur in jure Civili, et Canonico; tum etiam quia ea quae de facto, et contra jus fiunt, jus est de facto rescindere, ut optime docet cum alijs Salg. de Reg. protec. par. 2. cap. 12 ex n. 16.

Hoc unum certum est, nunquam apellationem locum habere in Causis ecclesiasticis ad Auditorem Camerae, sed tantum ad Sanctiss. per quam, et Signaturam Justitiae, comititur causa S. Rotae, vel alij Tribunali arbitrio Papae. Et in Hispania nunquam cognitu fuit Auditoris Camerae jurisdictio neque in prima instantia, propter Decretum Concilij Tridentini in Cap. Causae omnes sess. 24 de Reform. neq. in gradu apellationis, ut palam una voce professi sunt Domini Senatores Regij Castellae Consilij die 16 februarij 1727, et hoc motivo simul cum alijs considerato Literas citatorias, inhibitorias, et compulsorias Auditoris Camerae retineri jussit, petente Civitate Ilardensi, ac me illam patrocinante. Neque obstet doctrina Em. Carden. de Luca in Relatione Romanae Curiae discur. 34; nam licet n. 11 doceat posse apellari ad Auditorem Camerae, etiam omisso medio, si bene inspiciatur, loquitur de Ordinarijs Episcopatuum dominationis temporalis Ecclesiae, atque etiam de sententijs latis ab Ordinarijs temporalibus, ut colligitur ex tanti viri verbis, n. 12. qui nullatenus asserit, Auditorem Camerae esse Judicem apellationum totius Orbis = Fagnanus tamen lib. 5 Decret. fo. 353 ad text. in cap. Pastoralis, de sent. excom. n. 31, absolute affirmat, Auditorem Camerae esse Judicem ordinarium apellationum, quae à sententijs per quoscumque Ordinarios, etiam extra Statum Ecclesiasticum latis, ad Sedem Apostolicam interponuntur, et hanc conclusionem probat ex Constitutione 28, alias 20. Pauli V, quae incipit, Eximiae fidelitatis, §. 10. Vide Flores de Mena lib. 1 var. q. 12. per totam.

Appellatio in causis possessoriis.

Regula est universalis, jure Civili appellari non posse a sententia pro actore lata in causis possessoriis adipiscendæ, retinendæ, et recuperandæ possessionis, in quibus de mera possessione agatur. Constat ex tex. in l. 1. C. si de momentan. poss. fuerit appellatum, l. fin. ff. de appellation. l. quisquis C. quorum appellatio non recipitur. Docent communiter Doctores, quos congerit, et sequitur D. Salgado de reg. protect. par. 3. cap. 12. ex num. 22. Iure tamen Regio locum habet in his judiciis appellatio, adeo ut executio locum non habeat, nec permittatur, nisi post duas conformes, iuxta legem Madriti, quæ hodie est l. 2. titulo 20. lib. 4. Recopil. Covar. in practic. cap. 23. n. 2. Anton. Gomez in l. 45. tauri num. ult. in fine, quibus adhæret D. Salgado d. par. 3. cap. 12. num. 60.

Hæc regula solum procedit quoad effectum suspensivum, non quoad devolutivum, siquidem in causis possessoriis licet non suspendatur executio per appellationem, devolvitur tamen jurisdictio ad superiorem, ut de justitia, aut injustitia sententiæ facta executione cognoscat. D. Salg. hic n. 62 cum segq.

Iure tamen Canonico, et in causis Ecclesiasticis, indistincte locum habet appellatio quoad utrumque effectum iuxta tex. in cap. Significaverunt de testibus, cap. ad sedem de restit. spoliator. cap. ex conquestione eodem tit. cap. unico, sive clement. unica de sequestrat. possess. et fructuum, clement. 1. de causa possessionis, et proprietatis, et utrobique Glossa, et communiter DD. Salgado de reg. protect. par. 3. cap. 12. ex n. 63. qui ex hoc principio infert, vim facere Iudicem Ecclesiasticum quoties in causa possessoria, non defert appellationi in utroque effectu, iuxta notissimam praxim de qua ibi testatur omnino videndus, subdens ex num. 80. hoc non procedere in judiciis possessoriis

Vide Posthium de manutent. obser. 106. ubi latissime probat in summarissimis manutentionis, non admitti appellationem; et recte D. Salgado citatus num. 80. si recte inspiciatur, id docet, et appellationem jure denegari afirmat.

~~plenarijs, et ordinarijs, sed etiam~~ in summarissimis, quæ præparatoria sunt possessorij, et mero Judicis officio fiunt, et expediuntur, ad vitandas rixas, et scandala, ac ne partes veniant ad arma: locum enim non habet in ijs appellatio devolutiva, nec suspensiva, ac per consequens vim non facit Judex Ecclesiasticus, si illi non detulerit.

Unum est advertendum, semper locum habere utroque jure appellationem, quando possessorium judicium admistam habet causam proprietatis, ut evenit in possessorio super jurisdictionalibus in quibus debet verificari possessio cum titulo, ut docet Salgado d. lib. 3. cap. 12. n. 82. cum sequentibus.

Verum præ oculis est habendum, quod licet in possessorijs summarijs, et summarissimis locum non habeat apelatio juxta doctrinam D. Salg. de Reg. protec. lib. 3 cap. 12 n. 8a et Posij de manuten. observ. 106. tamen si Judex ordinem juris perverterit in modo cognoscendi, aut procedendi, cum intollerabili gravamen irroget, locum habet appellatio ab inordinato processu, non solum in judicijs ordinarijs, sed etiam in possessorijs, alijsque causis privilegiatis, quæ suapte natura appellationem non admitunt devolutivam, nec suspensivam, ut probat D. Salg. de Reg. protec. par. 2 cap. 6. ex n. 68. et eadem parte 2 cap. 18 ex n. 30. Et in terminis possessorij summarissimi, par. 4 cap. 13 n. 24. Cevallos de cognit. per viam violent. q. 24.

Appellatio = Attentata.

De appellationibus, et attentatis post eam revocandis, tam quando inhibitio praecessit, quam alias, cum casuum distinctione, et differentijs inter jus Canonicum, Regium, et Civile, vide omnino D. Covar. praec. cap. 23. et 24. Imum nota executionem sententiae post legitim. apelationem, attentatam esse. Salg. de reg. prot. p. 1. cap. 6 per tot. nisi forsam judex à quo terminum ad prosequendam apellationem praefixerit, iuxta tex. in cap. Cum sit Romana, de apellat. tunc enim judex post elapsum terminum, sententiam exequens non attentat. Minin. centur. 2. obser. 85. Paz, in praxi, 6. par. 1. tom. cap. 1 n. 1 et 2, et 5. par. 2 tom. cap. uni. nº 11. Lancellot de attent. par. 2 cap. 12 limit. 13 et 14, qui nº 8 recte monet, quod si pars restrictioni termini contradixerit, et tamen post illud executio fiat, attentatum committitur = Vide Luca de judic. disc. 37 ex nº 10 - Vallens. in Paratil. lib. 2. tit. 28. §. 12. 13. et 14.

Appellatio in Beneficialib.

Regula est appellationem cum effectu devolutivum non admitti ab institutione, collatione, seu electione, quando institutor, Collator, seu Elector extrajudicialiter processit, iuxta text. express. in cap. Constitutio 11. de electio. in 6; secus vero dum judex, collator, institutor, seu elector judicialiter, vel tamquam judex processit per viam contentiosae iurisdictionis, ut constat ex eodem tex. D. Salg. de reg. protec. par. 2 cap. 13. in prin, et melius num. 80 et 81. Sagnan. in d. cap. Constitutio + num. 1, et 17, qui tamen dubitat num. 22, an locum habeat appellatio suspensiva à collatione, seu provisione extrajudicialiter facta, et sentire videtur, appellationem quoad effectum suspensivum, etiam hoc casu procedere. Comunis tamen sententia, praefatam distinctionem probavit, Card. de Luca de jure patron. disc. 51 per tot. ubi postquam nº 4 docet, sententiam latam super institutione in Beneficio iurispatronatus, continere actum mere extrajudicialem, et consequenter, in eius executione non cadere attentata: hanc doctrinam in suo casu verissimam, procedere dicit, quando agitur de unico praesentato, nullam alterius collitigantis oppositionem habente, sed solum Promotori fiscali Episcopi, pro liber-

+ de appellation.

tate Beneficii, et ad effectum canonizandi ius patronatus in praeiudicium Ordinarij; secus vero quando inter coogitores de pertinentia beneficij contenditur, et super ea edit Sententia, decidens, institutionem potius uni quam alteri esse faciendam: nam tunc iudicium est Ordinarium, et Sententia appellabilis quoad utrumque effectum. Unde concludit, collationem, et institutionem attentatas esse, si post appellationem, vel pendente tempore ad appellandum fiant, ac per consequens locum esse sequestro = Vide Conc. in Reg. 8. in adnotationib. de nullitatib. et attentatis, quae habentur post Glosam dict. adnotat. 4. ubi postquam ex num. 203. probavit comunem distinctionem, eam multiplicitur limitat. 1º in provisione Ecclesiarum Parrochialium, quae ex Decreto Tridentini sess. 24 de refor. cap. 18. et ex Constitutione Pij V, appellationem suspensivam non admitit, ut probat num. 209 = Secundo, si in Loco vigeat Consuetudo legitime probata, collationem faciendi, et immitendi in possessionem, pendente tempore ad appellandum, vel post emisam appellationem, ibid. nº. 211, et 213 = tertio, quando adest Statutum, aut Constitutio Synodalis, disponens, Sententias huiusmodi executioni mandari, dummodo tamen tali Constitutio sit Authoritate Aplica confirmata, aut longo tempore observata, alias non teneret, cum solus Princeps possit tollere appellationem, ut explicat Conc. ibid. nº. 213, subdens ex nº. 216, talem Constitutionem omnino claram esse debere, ad hoc ut vitium attentatorum excludat, adeo ut licet praecipiat statim collationem fieri, cum verificari possit in collatione extraiudiciali iuxta terminos iuris comunis, ut supra diximus: si post sententiam fiat attentata sit. Vide omnino Garciam de Benef. par. 7 cap. 4 ex nº 16 – et plenius D. Salgado de Reg. Protect. part. 2. cap. 13. ex num. 153 ubi latissime. Quid in provisione beneficiorum Patrimonialium? Vide eundem D. Salgado ibidem ex n. 11. Gonzalez in Annot. de atcia par. 9. cap. 2 ex n. 242. Gonzalez in Annot. de attentat. et nullit. post Glos. 9. n. 36. et segg. et plenius n. 134 cum segg. Cevallos de cognit. per viam viol. q. 24. Lara de Anivers. Lib. 2. cap. 11 per tot.

Apellatio = Suplicatio.

Juxta textualem dispositionem L. 25 tit. 23. part. 3. potest bis apellari à Sententia super eodem facto lata; non tamen licet tertio apellare. Quod etiam cautum erat Iure Civili; in L. uni. Ne liceat tertiò provoc. et Iure Canonico, in Cap. Direc te de apellat. Si tamen tertia Sententia contra vincentem feratur, licite potest ab ea provocari, ut constat ex dic. L. 25. ibi: Dos vezes puede home alzar de vn mismo Juicio, que sea dado contra el en razon de alguna cosa, ò de algun fecho: mas si despues fueren confirmados los dos Juicios por el Judgador dela alzada, non se puede alzar la tercera vegada la parte contra quien fue dada la Sentencia. Cà tenemos que el pleito, que es Judgado, è comezado por tres Sentencias, es derecho, è que grave cosa seria haver à esperar sobre vna misma cosa la quarta Sentencia. Mas si por aventura el Juez dela alzada revocase los dos Juicios primeros, deziendo que non fueran dados derechamente, estonce bien se puede alzar la parte contra quien revocaren los Juicios. Et ita docet Greg. Lop. ibid. licet in Glo. litera S. limitet, et intelligat iuxta Legem Segoviensem, quæ est 2 tit. 19 lib. 4 Recop. quæ tamen nullatenus corrigit præfatam Legem partitæ; nam solum supponit, suplicari non posse à Sententia Supremi Senatus, aut Regia Cancellariæ, per quam duæ conformes, gradatim factæ, confirmentur; et quod si revocatoria fuerit earum vel alicuius ex ipsis, locus sit suplicationi; et Sententia revisionis; à qua sive confirmet, sive revocet, non liceat amplius suplicare. Unde supponit terminos habiles duarum conformium, antequam in Senatu bis inconformium, antequam in Senatu bis indicatur. = Si vero in eodem Senatu bis incepta fuerit, suplicationem permitit ad eundem

Contrarium servatur in praxi supremorum Tribunalium, ut infra advertitur.

Senatum, à cuius revisionis Sententia non licet amplius provocare, nec remedium nullitatis allegari, ut etiam cavetur in L. 3. eiusdem tit. Rationem reddit Acevedo in dicta L. 2. n. 1. quia si ab una tantum Sentencia suplicatur, deficit fundamentum executionis, et ibi: De dos Sentencias, quam secus sit, si de una tantum suplicatur, quae quidem licet confirmetur, ab illa confirmatoria suplicari potest, ut colligi videtur à contrario sensu in L. 5. tit. 17. lib. 4. et tenet expresse Glosa Greg. in L. 4. tit. 23. part. 3. verbo los Juicios, ubi docet comunem observantiam esse in Regijs Cancellarijs, quod si non sunt tres sententiae conformes, non executur, et ideo si sententia revisionis in gradu Suplicationis lata, non est conformis primis duabus, vel infert nobum gravamen, non illatum per primas duas Sententias, licet tunc ab illa suplicare, nec locus est executioni, quia respectu nobi gravaminis per Sententiam revisioni illati, noba, et unica Sententia dici potest, neque solet executio fieri Sententiarum trium non conformium. cap. 16.

Ex his recte docet D. Salg. de Reg. protec. par. 2. ex n. 1. et fere per totum, comunem esse omnium DD. sententiam, quod licet nemo possit tertio provocare; tamen hoc verum esse quando ab una, eademque persona tertio apellatio proponitur, postquam duas alias in eadem causa interposuit, et succubuit, secus vero si ab altera parte provocatio interponatur, quia tanquam à nobo gravamine, potest semel, et iterum apellare, iuxta praefata iura, et DD. Ratio differentia est, quia tres conformes debent executioni mandari, qualibet exceptione non obstante, iuxta tex. in Clemen. 1. de re judica. quae ratio non viget in secundo casu. et licet idem D. Salg. ibid. n. 68, dicat hodie in foro Saeculari, raro, aut nunquam locum habere secundam provocationem, eo motivo, quia post primam, aut secundam instantiam recurritur ad Suprema Praetoria, ubi causae per duas Sententias duntaxat finiuntur, iuxta L. 2. tit. 17. lib. 4. recop. quamvis secus sit in foro Ecclesiastico, ubi

omnes gradus reperiuntur: tamen intelligendus est iuxta terminos praefatae L. 2. quando scilicet processerunt duae conformes, ut supra diximus, et docet Havedo in dic. L. 2. num. 1.

Ideo etiam Maldonado de secunda supplicatione tit. 3. q. 2. n. 1. et seqq. docet, quod si sententiae disformes sint, prima consideranda non est, cum per secundam revocata, aut reformata fuerit. Et licet revisionis sententia postmodum lata sit, quae rem iudicatam facit, tamen cum revocatoria proxima fuerit, quae nullius effectus remansit: ideo in hoc secundo casu conceditur secunda supplicatio.

Et generaliter certum est, supplicabilem esse sententiam, quae nobum infert gravamen ex doctrina originali Angeli in L. uni. Cod. ne liceat tertio provocare, cuius verba refert, et explicat D. Covarr. practicar. cap. 25. n. 6. docens solum admitendam esse apellationem, et respective supplicationem, quando constat duas sententias processisse, quae in aliquo sunt conformes, nec fore impediendam executionem earum, si fieri commode potest pendente apellatione à nobo gravamine. Et ita de facto decisum fuit in Regio Granatensi Pretorio, ut refert D. Larrea, decis. 33. per totam quoties à gravamine nunquam est apellatum, licet tertio provocare, ut ibi advertit n. 1. et 8.

Et quod illato novo gravamine, locum habeat supplicatio, quia hoc casu, non secunda, sed prima in effectu est, docet cum alijs D. Mathieu de Regim. cap. 12. § 3. num. 29. et 30.

Notandum tamen, cum Maldonado de 2. supplicat. quest. 3. tit. 1. ex num. 4. quod Supremus Senatus, et Regiae Cancellariae, et Audientiae, omnem habent auctoritatem, et iurisdictionem Praefecti Pretorio, et sicut ab huius sententijs appellare fas non erat, supplicare vero semel tantum concedebatur, leg. Siquis adversus Cod. de proc. Imperator. offerendo L. unica Cod. de sentent. praefect. Pretor. Ita quoque in Regijs Audientijs, et supremis consilijs, prohibitum est appellare, et solum permititur semel à Regijs sen-

tentijs supplicare iuxta L. 2. tit. 19. lib. 4. Recop. Nam post
quam per dictos Iudices prima sententia data fuerit
et in vim supplicationis nova sententia profertur
sive confirmatoria, sive revocatoria non licet à nova
sententia revisionis amplius supplicare, quia habet
vim rei iudicatæ, et finem controversiæ prestat, solum
que remanet remedium extraordinarium secundæ
supplicationis iuxta leg. 1. et tot. tit. 20. lib. 4. Recop. nisi
forte Princeps ex mera gratia iterum revidere cau
sam iubeat, leg. 4. tit. 24. par. tit. 3. ibi: Fueras ende
si el Rey le quisiese facer merced como señor.
Unde non obstantibus superioribus doctrinis, et
Legibus Regijs, nempe L. 25. tit. 23 part. 3. et L.
2. tit. 19 lib. 4. Recop. invaluit usus, et perpetua
praxis supremorum tribunalium, ut à Sen-
tentia revisionis non liceat amplius suplicare, si-
ve prima confirmetur, sive revocetur, et sive
præcesserint duæ conformes, sive non, et hoc ju-
re utimur in supremis Senatibus, et Regijs Can-
cellarijs, solumque vigent doctrinæ superius pon-
deratæ in tribunalibus ecclesiasticis, in quibus
gradus Iuris Canonici servantur, ut recte mo-
net D. Salg. de Reg. protec. par. 3. cap. 16. n. 68.

Antichresis

Antichresis nihil aliud est, quam mutuus usus
pignoris, et pecuniæ, ita ut creditor loco usurarum,
vel interesse, pignoris fructus capiat, iuxta L. 11 § 1.
ff. de pignorib. cum concordantib. An contractus iste
licitus sit, an vero correctus, et damnatus Iure
Canonico anceps est quæstio; in qua Minsingerus
Centur. 6. observ. 71, et Fontanel. tom. 1. decis. 208.
et 209 per tot. tanquam rem indubitabilem, pro iu-
stitia contractus huius respondent, eo præcipue mo-
tivo, quia huiusmodi usuræ omni iure debentur,
et possunt in pactum deduci, tanquam recompen-
sativæ eius, quod interest creditori, adeo ut etiam
ex causa mutui, quod sua natura sterile est, in
hoc contractu debeantur. Non enim foret iustum
quod ego, qui rem debitoris habeo, debeam illi de fruc-
tibus respondere, ille autem, qui mea pecunia ve-
titur, in nihilo mihi teneretur. Et hanc senten-
tiam tenet etiam Thesaurus, decis. 78, et Ant. Fab.
in Cod. lib. 8. tit. 22 deffinit. 11, eamque perpetuo se-
quuti sunt Senatus Cathaloniæ et Maioricarum,
ut tradit Fontanel. citatus, et constat ex decisioni-
bus adnotatis tom. 1. observat. verbo Fructus, fo. 144.
Immo in Regnis utriusque Siciliæ, et ubique extra
Romanam Curiam, hanc oppinionem servari,
testatur Card. de Luca, de Usur. disc. 3, ita tamen,
ut seclusa ratione lucri cesantis, vel damni emergen-
tis, (qua concurrente etiam in Romana Curia, usuræ
recompensativæ debentur) calculetur favore credito-
ris interesse legitimum iuxta morem regionis; reli-
quus vero fructuum valor, imputetur in sortem. Nec
obstat natura pignoris, propter quam fructus regula-
riter sortem consumunt, et in eam imputantur;
quia antichresis, non simpliciter pignus est, sed
qualificatum, in quo non licet creditori sortem exi-
gere, sed apud debitorem residet iure luendi, atque
facultas solvendi, et pignus redimendi. Et ex tone-
gari non potest, quin iniquitatem contineat, nul-
lo iure cogente, compellere creditorem, etiam ex

causa mutui, creditum minutatim recipere, quando alias certum est, ei actionem ad sortem competere, iuxta L. 1. et tot. tit. ff. de reb. credit. maxime quando res pignori dicta sit pro aequivalenti summa, in quibus terminis innumeri DD. quos refert, sed non sequitur Leotard. de Usur. quaest. 12, iustitiam contractus agnoscunt.

Antichresim in abstracto, et secundum se consideratam, illicitam esse Iure Canonico tanquam faeneratitiam, docent communiori calculo Doctores, quos refert, et sequitur Leotard. quaest. 11. 12 et 13. Gibalin. lib. 3. cap. 7. artic. 13 consectar. 1. Quid tamen si accedat pactum, ut creditor suam pecuniam ab invito debitore, quamdiu ipse fundum fruendum, fruendum relinquet, repetere nequeat, ut communiter fit. Validum esse contractum docent plures apud citatum Gibalinum, consectario 2 n 8, licet ipse hanc sententiam non sequatur. Validum tamen esse pactum, ex eo constat, quod cum sit contra naturam mutui facit transire contractum in aliam speciem, et parit actionem praescriptis verbis. Cum igitur mutuum non sit, deficit fundamentum, ut usurarius contractus dici posit. Vide Leotar. q. 15. ex num. 23. ad 30.

Deinde si tale pactum non adsit, utrique vero contrahenti liberum sit quando voluerit quod dedit repetere, restituendo, quod accepit; quicquid alij dicant apud citatum Gibalin. n. 12, contractus validus est, ut docent Mayor in 4. distinct. 15. q. 43. Gabriel, ibid. quaest. 12. artic. 3 dub. 4. Conrad. de contractib. quaest. 84 Medina, de reb. per usuram acquisit. quaest. 15. D. Covar. lib. 3. var. cap. 3 n 3. apud citatum Bathorum. Quod autem is contractus nullo iure probari, aut defendi valeat, mendicus defendit omnino videndus Leotardus de Usur. q. 15. ex num. 30. Et de materia D. Mathew de re crimin. contr. 40. n. 108. et segg.

~~La ley~~ Vide leg. 4. tit. 6. lib. 8. Recop.

Bigamus.

Bigamus, qui viuente prima, secundam in matrimonium duxit uxorem, quamuis sponte compareat, non est statim expediendus ab Inquisitoribus. Maxima enim in hoc circumspectione est procedendum, nec sine judiciali utriusque matrimonij verificatione, inhibenda esse videtur huic bigamo sponte comparenti, cohabitatio cum 2a conjuge. Posthius observat. 43. n. 5. Cardin. Tuschus lit. S. Concl. 202. n. 19. qua cum sit in possessione praetensi bigamus, non debet ex sola eius confessione spoliari, cap. laudabilem 2. Et lite pendente &c; Confessio namque soli confitenti, non tertio praejudicat, cap. 1. de Confessis, Sanchez de Matrimonio lib. 10. disp. 12. n. 50. et est concors DD. sententia per tex. in cap. 1. de frig. et malef. = Si enim ad solam thori separationem plenae probationes requiruntur ut ex Burat. decis. 815. et alijs, tenet praxis, multo magis expeditae probationes necessariae erunt, cum agitur de nullitate matrimonij, cap. licet ex quadam 47. de testibus; Confessio quippe conjugum, ubi agitur de dissolutione matrimonij, regulariter non creditur, Genuen. in praxi capit. 37. n. 10. quia praejudicium stat erga Sacramentum. Prius igitur in proposita specie probanda est bigamia, et statim, recepta denunciatione, consulendum supremum Consilium in re tanti momenti.

Poligamum sponte comparentem, et confitentem, non esse puniendum, tenet Trancmiera de Poligam. lib. 3. q. 15. n. 51. et 54. ubi nec adhuc detinendum, dicit. Contrarium tenet Castropalao, tom. 1. tr. 4. disput. 8. punct. 16. §. 8. n. 2.

Bona Paraphernalia

Maritus non habet de jure Dominium bonorum Paraphernalium, nec lucratur fructus illorum; et licet regulariter peti nequeant, si non fuerint extantes, imo presumantur in promiscuos usus Matrimonij consumpti: tamen, si tales fructus fuerint in Magna Quantitate, restitui debent heredibus Uxoris. De Quo Vide Allegationem Surij pro confraternitate Santorum Petri, et Bernardi § 7. per tot. tom. 1. fol. 261. Et fuit Decis. per R. Aud^am referente D. Canet inter D^rn Fran^cum Desbrull Font de Roqueta, et D^rn Raymundum de Puigdorfila super restitutione dotis D. Anne Font, Uxoris Antonij de Puigdorfila, Sta. Rossello Sri: Quantitates exactas per dictum Antonium de Puigdorfila, et Raymundum de Puigdorfila, pro interesse illarum 3000 ℔ bonorum Paraphernalium ejusdem D^ne. Anne Font. de Quarum exactione apparet, ins^to 18. 7^bris 1648, recepto in posse Mathie Ferrer, et Joannis Ferrà connottariorum, cum ad restitutionem dicti interesse teneatur Maritus, Vel ejus heres ex Quo non fuit consumptum in comunes, et promiscuos usus, nec fuit exactum diuturno tempore ex administratione ipsorum paraphernalium bonorum, nec de dictis 3000 ℔ fuit administracio concessa Marito, sed illas retinuit à principio etc.

Hanc sententiam, et Processus minimè potuit reperiri. Constat tamen de ejus veritate, ex Instrum^to transactionis penes Joannem Sanrell Nott^m. int^r. partes con^to 29. Novembris 1685, quod originalit^r. vidi

Bona Paraphernalia. = Licet eorum fructus, si non extant tempore soluti Matrimonij regulariter in promiscuos Matrimonij usus, de Uxoris voluntate consumpti presummantur: fallit tamen, si hujusmodi fructus fuerint in magna quantitate. Et ex hoc motivo, ad eorum restitutionem condemnati fuere Nobilis Maria Ameto, et Josephus Alguer Curator depositarius hereditatis Antonij de Puigdorfila, ad solutionem 750 ℔ pro fructibus bonorum paraphernalium Fran^co Des Brull, uti heredi Nobilis Anne Font de Roqueta, referente D^no Canet 20. octobris 1684. Sta Sebastiano Rossello.

De eorum natura, dominio, et administratione, de fructibus illorum, et alijs in materia, vide juris allegationem D.^ris Antonij Gonzalez pro Confraternitate Sanctorum Petri, et Bernardi §. 1. per totum. Vide Arias de Mesa, variar. resolut. lib. 2. cap. 30. per tot. ubi docte, et plene.

Bona donata filiæ pro dote, et loco legitimæ, an, et quando comprehendantur sub fideicommisso universali. Videnda Allegatio juris pro Michaele Amer articulo 3. per totum.

Bona fideicommissi an, et quando vendi possint. Vide doctam Allegationem pro Paulo Borch mercatore, cum D.^no Raphaele de Cortada, quæ habetur in 2.º tomo Allegationum Cataloniæ Josephi Balsa, ubi etiam tractatur, an hæres vitalitius, et gravatus possint pro crediti legitimæ, trebellianicæ, et alijs alienare, et in Emphyteusim concedere; et an stabilimentum factum in evidentem utilitatem fideicommissi, valeat sine decreto, et alijs solemnitatibus. Quod valeat, docent Suar. de subitt. q. 530. n. 18. et q. 547. n. 3. et cons. 530. n. 26. Mastril. decis. 127. n. 33. Cancer var. par. 3. cap. 12. n. 208. et 209. Nec requiritur citatio fideicommissarij. Suar. ubi supra n. 2. et 9. Altimar ibidem n. 28. Andriol. contr. 169. n. 11. Ita fuit decisum per Regiam Audientiam Cataloniæ 16 Januarij 1703. Rel. D. Josepho de Castor, et Mora, inter Jacobum Millas, et Joannem Abadal. Quod procedit, etiam si essent bona minorum, vel Ecclesiæ Peregrin. de fideicom. art. 40. n. 23. Peguera tom. 1. decis. 108. Rota Romana par. 18. Recent. tom. 1. decis. 189. n. 9. Sperel. decis. 154. n. 104.

Ex hoc motivo patet Prælatum concedere in emphyteusim rem Ecclesiæ, alienari prohibitam per extr. Ambitiosa, quando talis concessio resultat in evidentem utilitatem Ecclesiæ. Car-

Bona mobilia an sint jura, actiones, et nomina debitorum, vel immobilia, an vero tertiam constituant speciem, consule D. Oleam tit. 2. q. 4. ubi de effectibus inde resultantibus.

Bona Emphyteusis.

Ullo. contr. tom. 4. cap. 62. n. 22. Salgado in labirin. Creditorum par. 1. cap. 14. n. 62. et par. 2. cap. 17. n. 82. Cyriacus controver. 169. n. 18. Rebuffus in compendio alienation. rer. Eccles. a n. 35. fol. 34. quia utilitas equiparatur necessitati cap. 1. de rebus Eccles. non alienandis n. 6. Clement. 1. eodem. ad exemplum alienationis emphyteusis, vel feudi absque consensu domini directi, seu feudalis. Afflict. super constit. Reg. lib. 3. rubr. 5. de revocan. alienat. feu. n. 60 fol. 98. taliter, ut successor in Prelatura, nequeat revocare concessionem in Emphyteusim utiliter factam ab Antecessore. Fontan. de pact. claus. 4. glos. 13. par. 1. a n. 29. Quod maxime procedit quando res, quae datur in Emphyteusim erat sterilis tempore concessionis, prout ex Glos. docent Capu. Latro consult. 156. n. 3. Molina de primogen. lib. 4. Mastril. decis. 13. n. 14. Ciarlin. contr. 43. n. 54. Barbosa de fideicom. par. Cap. 8. n. 198. Decisum refert Seguera decis. 108. n. 5.

Beneficia Ecclesiastica.

Habendo vacantes per promotionem ad Episcopatum, providentur per Regem ex antiquissima et generali Hispaniae consuetudine, ut cum aliis docet D. Larrea tom. 2. alleg. 67. ex num. 3. Contradicendibus tom. 5. decis. 254. per totam, maxime ex num. 26. subdens num. 32. id non procedere in beneficiis juris patronatus laicorum.

Beneficia Ecclesiastica.

Canonicatus, Dignitates, Prestimonia, et alia beneficia Ecclesiastica, nequeunt exteris conferri. Quod ut melius intelligatur, referam verba D.r Petri Mayol de jure suppremo par. 1. investigat. 1. illat. 2. n. 161. quid autem pag. 190. ibi: Dico, quod summus Pontifex Ioannes XXIJ. Litteris Apostolicis, dattis Avenione 7. Kal. Ianuarij 1410. injunxit Episcopo Majoricensi, et illius successoribus, quatenus beneficia Ecclesiastica quæcunque, in ejusdem Diœcesi existentia, conferrent oriundis, et naturalibus Civitatis, et Regni Majoricarum, Exteris, et alienigenis omnino remotis. Sed his non semper, ut decebat, servatis, Iurati ejusdem Civitatis, et Regni, petente etiam Ser.mo Rege Aragonum Ildefonso, cognomento el Magnanimo, obtinuerunt aliud Indultum bone memoriæ Eugenij Quarti, expeditum Romæ 9 Martij 1443. quo Universitati prædictæ concessum fuit, Beneficia quæcunque cum Cura, et sine Cura Dignitates, Administrationes, et Officia Ecclesiastica ibi existentia, Oriundis ex eadem Civitate, et Regno, necessario esse conferenda, sublata facultate, Exteris, et forensibus conferendi. Postmodum vero S. Pius V. Brevi Apostolico 10. Kalendas Septembris 1567. in forma specifica Indulta prædicta confirmavit, novitenque, et uberius, sub nullitate, et alijs clausulis, et Decretis derogatorijs concessit, et omnia in illis contenta, Authoritate Apostolica, censuris, et pœnis servare præcepit. Sed cum Episcopus D.n Fr. Ioannes Santander, contraria consuetudini, et non usus pretextu, Indulta

Beneficia, quæ certum redditum non habent, supprimenda, ex Bulla Innocentij XIIJ. n. 8. Ea vero, quæ aliquos habent redditus, non tamen sufficientes ad tertiam partem Congrua, minime conferenda, sed a patronis (ultra tonsuram tamen) præsentanda, ut ab obtinente frui possint non tamquam beneficia, sed uti pia legata, cum omnibus a Fundatore præceptis.

supradicta, Civitati, et Regno non suffragari prætenderit, aeriter Iuratis pro illorum observantia contendentibus, introducta fuit causa in Sacra Rota Romana Auditorio, in eaque plures, et omnes emanarunt favore Universitatis Decisiones, quorum Rel. DD. Merlino, et Peutingero, videndæ per extensum impressa, post Dian. Resol. Moral. par. 6. pag. mihi 210. et 215. Editionis Veneta, non coordinata, et inter Decisiones dicti Merlini Dec. 780. et 814. quibus Episcopo fuit constanter denegata expeditio Remissoriæ quam expetebat, ad probandam consuetudinem conferendi beneficia exteris, et non virum Apostolicæ Concessionis, eo potissimum fundata denegatione, in evidenti irrelevantia oblatæ probationis, non valentis influere, stantibus Decretis prohibitivis, et clausulis irritantibus contentis in citatis Bullis, seu Indultis, præcipue S. Pij V. directi Ordinario Majoricensi. Et hac de causa protracta usque ad extremum lite, prodijt tandem sententia Rotali 4 Julij 1633. qua fuit Episcopo impositum silentium, cum condemnatione in expensis, et pronunciatum, Episcopo, et alijs Collatoribus Dioces. Majoricen. non licuisse, nec licere, Beneficia quæcunque cum cura, vel sine cura, Dignitates, Administrationes, et Officia Ecclesiastica ibi existentia, conferre Alienigenis, sed tantummodo fuisse, et esse conferenda, quotiescunque eorum vacatio inciderit, Oriundis ex eisdem Civitate, Universitate, et Regno; et quæcunque contra formam, et thenorem eorumdem Indultorum gesta tamquam penitus cassa irrita, et nulla, fuisse, et esse revocanda.

Sopita per rem judicatam tam acri controversia,

paruit Decimi Episcopus, et exinde seruata sunt ad unguem Indulta Apostolica, adeo ut nunquam amplius prouisa sint, nec prouideantur Exteris Ecclesiastica Beneficia huius Diocesis; unica tantum Praeceptoria, seu Bajuliatu Religionis sancti Ioannis Hierosolimitani in nostra Insula existente, excepta; cum ad illam inuitentur etiam Naturales Cataloniae, concurrentibus pariter Majoricensibus ad Praeceptorias illius Principatus, et Comitatuum Rossilionis, et Ceritaniae.

Sed noviter emersit dubium, Decreto Catholici D. N. Regis, expedito 16 Martij 1716. pro stabilienda noua forma Gubernij praesentis Regni, nam cap. 11. sic fatur: Siendo mi intencion honrar, y premiar indistintamente todos mis vassallos segun el merito de cada uno, y emplearlos como juzgare conveniente: Declaro, y mando, que en adelante cessen en este Reyno las costumbres, y leyes, que hablan de Estrangeria. Ex quo praestita fuit occasio dubitandi, an huiusmodi Decretum Regium comprehendat nedum Officia Saecularia, sed etiam Beneficia, et Officia Saecularia Ecclesiastica? Sed consultus D. Rex super his, et alijs dubitationibus, ab eodem Decreto exorientibus, Regia Schedula 11. Decembris 1717. n. 2. censuit, ibi: Declaro, que el Decreto de la nueva Planta, solamente comprehende los Oficios, y Empleos seculares; pero para dar justa intelligencia a lo que mira a los Eccl.cos mando ala Audiencia, remita luego al mi Consejo copia de las Concordias, y Bulas, que cita (loquitur

Beneficia.
Iuris patronatus particulari gentilitij, seu ut vulgo dicimus debita ex certo genere personarum, prouise conferri debent, proximiori consanguineo, et non valet praesentatio remotioris. Ita docent, et probant Lambert. de iur. patron. 46 l. p. 3. q. 5. art. 4. et alij quos referent, et sequitur Garcia et idem dubitur de Beneficijs tom. 2. p. 5. cap. 15. ex num. 17. Et licet Card. de Luca, nixus authoritate tex. in leg. Plurimum ex familia §. de legat. 2. doceat sustineri remotioris praesentationem, dummodo contraria tenori fundationi non obsistat. tamen, S. R. R. tom. 2. Manrique, ad opera eiusdem Em. Author. et ad tit. de iure patronat. Dec. 41. per tot. secuta fuit coram Domo de Tremulle, opinionem Garcia in causa Maioricensi, Beneficij, 4. Iulij 1696. ubi plene satisfacit praefato Card. de Luca doctrinae, adstruens, in proposita specie, concerni per fundatorem electum ordinem Caritatis, et gradus proximitatem, non secundum ius Canonicum sed iuxta leg. ciuil. attendendum =

de supra relatis Indultis Apostolicis) con expression de los Beneficios, que fueren de mi R. Patronato.

Sed an Indulta Apostolica de non promouendis Extereis ad Beneficia Ecclesiastica, comprehendant etiam, quae sunt Regij Patronatus? Vide D. Crespi de Valdaura obser. 6. a n. 72. Maioricarum Regnum habet Regium Privilegium Ser.mi Philippi quarti 26. Februarij 1622. quo cautum fuit Canonicatum Regij Patronatus, quoties vacauerit, Oriundo, et Naturali a Civitate, vel Regno esse conferendum, nunquam vero Extero, vel Alienigena, et ita inde servatum est, in hoc unico Canonicatu, quem obtinet Dr. D.n Dominicus Lurida de S.n Martin, nunc S. S. Sede-Vacante.

<u>Incompatibilitas</u> duorum beneficiorum, non impedit collationem, seu assecutionem secundi incompatibilis, sed retentionem primi, etiam quod incompatibilitas ex praecisa residentia resultet. Card. de Luca de benefic. discur. 59. n. 2. et discur. 55. n. 20. Rosa de Exequutor. cap. 4. n. 22. Ventriglia, et ibi Carolus Ant. de Luca annot. 17. §. 1. in obser. n. 5. Rota coram Bichio decis. 189. n. 13. et dec. 343. n. 3. et in recent. decis. 60. n. 86. et dec. 89. n. 20. par. 19. Vide infra in verbo <u>Residentia</u> fol. 349.

<u>Beneficium</u> an, et quando sit Sacerdotale ex onere injuncto Missarum, et an possit per alium adimpleri, cum casuum distinctione, vide apud Garcia de Benef. par. 3. cap. 1. ex n. 53. Cardin. de Luca de benef. dis. 61. 62. et 96. Pirrhyng (?) var. resol. cap. 34. per tot. ubi modicus negativam sententiam tenet. Ricatio tamen ex n. 22. id pendere á fundatoris voluntate. Quando autem de ea constare dicatur, ibi vide.

Barones

Licet molendina inter Regalia commemorari non de-
beant: tamen si Princeps in suo territorio omnia molendi-
na sibi arrogaverit, et eorum constructionem subditis pro-
hibuerit, de Regalibus fuerint, quia hoc ius prohibitivum,
per quod subditus prohibetur, re sua, vel communi, aut fa-
cultate naturali utatur, Regalia est, ut probat Antunez Por-
tugal de Donation. Reg. lib. 3 cap. 5. Dom. Larrea aleg. 69.
Cum tamen non sit Regalia suprema, concessibilis est, et
praescriptibilis. Quo supposito dubitant DD, an quan-
do Princeps concessit alicui Baroni Castrum cum mo-
lendinis, et furnis, concessum intelligatur hoc ius prohi-
bitivum, ne Vasalli habere posint furnos, aut molen-
dina. Negative resolvunt post antiquiores Antunez
Portugal citat. et D. Larrea aleg. 69 per tot. maxs. cum n. 13,
Lagunez de fruct. par. 1. cap. 15 § 1. quem omnes sequuntur
D. Covar. in Reg. posessor. 2 par. relectionis § 1 a n. 6. et
movebantur duobus potissimum fundamentis. Primo,
quia licet Vasalli etiam per mile annos, ad furnum, vel
molendinum Domini territorii accesserint, hoc tribuen-
dum est facultati, quae omnem praescriptionem exclu-
dit, etiam immemorabilem, maxime in iuribus nega-
tivis, in quibus quasi posesio non incipit, nisi a die pro-
hibitionis, qua cesante, implicat praescriptio, etiam mile
annorum, quae absque posesione nunquam incepta,
nec incipere potest. Secundo, quia haec Vasallorum
subiectio, et patientia, praesumitur extorta per vim,
metum, ac tyrannidem Dominorum, quibus uti po-
tentioribus, miseri Vasalli nec posunt, nec audent re-
sistere, quae praesumptio adeo vehemens est, ut in du-
bio contra Barones iudicandum sit, ut docet Rovar.
de gravamin. Vasallor. tract. 2 praelud. 2. et hanc sen-
tentiam late probat Cancer par. 2. cap. 2. q. 1. ex n. 6.
et Surd. tom. 1 consil. 127 per tot.

Contrariam tamen sententiam docent Jaso, Afflictus, Joannes Andreas, Guido Pape, et Boerius, apud Lagunez dict. cap. 15. § 1. n. 21. ibi; accedente consuetudine immemoriali decisum refert ex Boerio decis. 125. compelli posse Vasallos ad furnum, vel molendinum Domini accedere, et hanc sententiam mordicus tenet Fontanella claus. 1. glo. 11. ex n. 27. maxime n. 12 cum seqq. fo. mihi 361, quæ omnino tenenda est, concurrente præscriptione immemoriali, aut saltem consuetudine, tam jure communi, quam Regio, ut concludenter probat citatus Lagunez ubi prox. ex n. 55. Et certe jure Regio, expressi sunt textus aprobantes hanc immemorialem præscriptionem, in præstationibus Vasallorum, in textu L. 8. tit. 15. lib. 1. Recop. ibi: Y en quanto al drõ. de la propriedad, declaramos, y queremos, que si los Señores, que han llevado de sus Vasallos algunas cosas, ò otras personas probaren la immemorial costumbre por la manera, y con las calidades, y circunstancias, que por Drô, y Leyes destos Reynos se deue probar, sea havida en lugar de titulo bastante. Idem constat ex L. 2. tit. 3. lib. 6. Recop. in fin. ibi: Que les sea guardado el uso, y la costumbre, que huviere en esta razon, de tanto tiempo acà, que memoria de hombres no es en contrario. Et tandem in L. 15. et 16. tit. 17. lib. 9. Recop. eadem immemorialis Domini inferioribus reservatur. Quibus juribus mori Doctores Regnicolæ immemorialem usum, et consuetudinem sufficientem titulum esse agnoscunt ad sustinenda onera Vasallorum contra Barones, prout certissimum esse firmant tam jure Comuni quam Regio præter citatum Lagunez, Covarrub. in Reg. possessor. 2. par. § 1. n. 1. et 5. Burgos de Paz concil. 15. n. 47. Avendaño de exeq. mand. par. 2. cap. 1. ex n. 8. Plenissime Gutierr.

pract. lib. 4. q. 22 per tot. Flores de Mena, qui de praxi testatur, lib. 3. var. q. 24. Greve. in dicta L. 8. Rodriguez de ann. Redit. lib. 4. q. 15. ex n. 62. Ratio potissima est, quia immemorialis excludit omnem contrariam juris praesumptionem. Decitur efficassimus, et tutissimus omnium titulus. Praesupponit requisita, et solemnitates ad tituli justificationem necesarias. Probat Regium assensum. Habet vim Legis, et Legis: efficaciam pacti conventi: obtinet vim Privilegii specialis, cum causa, et ex certa scientia concessi, et ex omni parti perfecti, ut late probat Lagun. dict. cap. 15. § 4. ex n. 62, ubi modum eam probandi tradit. Notandum tamen tutius esse recurrere ad Consuetudinem, quam ad praescriptionem: tum quia Leges Regiae expresse loquuntur de Consuetudine; tum etiam quia in praescriptione etiam immemorabili possessio requiritur, quae in juribus negativis solum incipit à die facta prohibitionis, et subsequta acquiescentia Vasallorum. Et tandem dubitari non debet, quod hac stante prohibitione, et acquiescentia, praescribitur hoc jus prohibitivum, ut uno ore fatentur DD. maxime Antunez dic. par. 3. cap. 8. Larrea aleg. 69, et Cancer de jurisdic. par. 2 cap. 2 ex n. 106.

Barones, Comites, Marchiones, et Duces, possunt in propriis Oppidis, et locis dare licentiam, et facultatem alienandi bona Universitatis, et onerandi census, licet in locis immediate Regiae Coronae subiectis, Regis Decretum sit necessarium ex l. 11. tit. 7. lib. 7. Recopil. Ita D. Castillo de Alimentis cap. 54. ex num. 28. maxime ex num. 46. licet contrarium quoad Barones mordicus teneat Cevallos com. contra Com. qu. 349. ex num. 34. Vide Bas in theatro Jurisprudentiae cap. 13.

Barones.

Barones, seu Domini inferiores, puta, Comites, Mar-
chiones, Duces &c. licet fiscum proprie non habeant, ta-
men iure percipiunt poenas fiscales, seu ut vulgo dicimus
de Camara, quae sunt fructus iurisdictionis, eisque com-
petunt ex generali Hispaniae consuetudine, in compen-
sationem sumptuum quos facere tenentur in adminis-
tratione iustitiae. D. Molina de primogen. lib. 1. cap. 25.
ex num. 20. et melius Laguner de fructib. part. 1. cap. 24.
ex num. 72. qui num. 82. docet, reum captum bona non
habentem, remittendum esse expensis iustitiae, aut Ba-
ronis ad superiorem, nisi forsan accusator hos sumptus
facere nequeat; nam si is paupertate non laboret, ex-
pensas remissionis facere cogitur.

Beneficia litigiosa

Vid. f. 192

Textuum in Cap. 1. et 2 ut lite penden. nihil innov. in 6. prout etiam in Clement. 1 eod. tit. expresse disponitur, quod si lite pendente super Beneficio, vel Prebenda, unus ex colitigantibus moriatur, vel iuri suo cedat, non possit denuó noba presentatió fieri, neque electió, et collatió. Et licet textus in dic. cap. 2. possessionem in uno ex collitigantibus supponat, idem tamen ius est, licet posessio dessit, ut contra Glosam ibi in verbo possidet tenet communis Doctorum schola, dummodo tamen lis sit super titulo Beneficij, quod absque dubió procedit quando versatur inter ipsos praesentatos; secus veró, si inter Patronos ius patronatus vindicantes, et Ordinarium pretendentem Beneficij libertatem, vel inter ipsos Patronos super pertinentia. Lotterius de re benefic. lib. 2. q. 20. maxime ex n. 1. ad 16. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glo. 6. ex n 142. Garcia de Benef. par. 5. cap. 9. ex n 217. Rosa de executorib. par. 1. cap. 17 ex n 60. D. Salg. de reg. protec. par. 3. cap. 9. ex n 159. D. Covarr. practicar. cap. 36. Card. de Luca de jure patronat. discur. 67 et de Benef. disc. 92. ex n 18 usque ad fin, qui omnes, et alij, quos alligant, indistincte docent, nullam, et atentatam esse praesentationem, electionem, et collationem, factam per Patronum, electorem, aut collatorem, per obitum collitigantis lite pendente, et hanc conclusionem aequè procedere aiunt, sive Beneficium sit libere collationis, sive de jure patronatus laicorum. Ratio potissima duplex est. Prima dispositio literalis praefatorum Canonum. Secunda, quod Beneficia litigiosa sunt affecta, licet non reservata. Et cum huius affectionis effectus sit, ut manus Patroni, aut collatoris ligatae maneant: consequens est, atentatam esse praesentationem, et collationem in proposita specie. Licet enim dubitetur apud DD. an vitium litigiosi contrahatur, quando non actio realis, sed personalis tantum intenditur, ut videri potest apud citatos, maxime Lotterium, et Glosam: tamen omnes conveniunt in hoc, ut quoties lis versatur inter presentatos, petentes Beneficij collationem, litigiosi vitium contrahatur, ac per consequens locus sit subrogationi gratiosae in juribus defuncti, iuxta Regulam Cancellariae 21, quod tamen limitat si lis fuerit calumniosa. Luca, dic. disc. 92 de Benef. n 32. Rota coram Greg.(?) XV. decis. 125 ubi [illegible] examinus.

Rosa de executor. par. 1 cap. 17 n. 112 docet, quod ut Beneficium dicatur litigiosum requiritur, ut praecesserit collatio ei cui fit subrogatio, taliter ut petitum fuerit tanquam suum; secus vero si collatio facta non fuerit, quia tunc actio est personalis, quae non potest efficere Beneficium litigiosum, quod comprobat ex undecim decisionibus Rotae. Adde magistralem decisionem eiusdem Rotae 45. post Tondutum de Pensionibus. Et hanc sententiam amplexa fuit Rota in Thanti.(?) ad Lucam de jure patronat. decis. 39. in beneficijs liberae collationis; licet in casu quo de jure patronatus existunt, quamlibet litem (non tamen calumniosam) sufficere firmet.

Unum est advertendum, quod licet Sum. Pontifex derogare possit juri patronatus laicorum, cum in Beneficiis habeat plenissimam potestatem, juxta tex. in Clemen. 1. ut lite penden. nihil innov: tamen necessaria est expressa derogatio, ut de Pontificia voluntate constet, ut plenissime docet D. Covarr. dic. cap. 36 n. 2. Cum autem in Hispania Regia Lege 25 tit. 3. lib. 1 Recop. expressè cautum sit, retinendas esse Apostolicas Bullas derogatorias juris patronatus laicorum, atque ab illis esse supplicandum: dicendum videtur, huiusmodi subrogationem gratiosam in juribus defuncti, nullius esse momenti, nam ut rectè monet D. Covarr. ubi proxo. n. 2 in fin, si hac subrogatio fiat absque ulla mentione juris patronatus laicorum, ad quos id pertinebat, minime valet. Sin autem expressim illiusmet juris derogationem contineat, in Hispania non admittitur, immo retinetur Bulla, et ab ea supplicatur juxta textum in dic. L. 25 t. 3 lib. 1 Recop. quia certissimum est in his Regnis nullam admitti derogationem, nec reservationem, prout etiam permutationem, resignationem, aut pensionem in Beneficiis de jure patronatus laicorum, ut in dicta L. 25. et in L. 22 eiusdem tit. expressè cavetur, nisi adsit patroni consensus. D. Salg. de reten. Bull. 1 par. cap. 10 § unico ex n. 101. ubi docet, quod impetrantes Literas Apostolicas in praejudicium juris patronatus laicorum, ipso facto privant naturalitate, et absque alia declaratione extranei fiunt, et incapaces habendi Beneficia in Hispania. Vide Rossam de executorib. par. 1. cap. 12 n. 158 cum seqq.

Beneficium

Beneficium Ecclesiasticum sex requisita substantialia requirit. 1.º quod sit fundatum authoritate Episcopi. Ratio est, quia nullus privatus sine Episcopi authoritate potest locum sacrum, vel rem spiritualem constituere. 2. quod habeat aliquid spiritualitati anexum. 3. quod sit conferendum clerico, non laico. 4. q.d conferri non possit nisi ab Ecclesiastica persona. 5. quod sit perpetuum. 6. quod conferens non possit sibi illud conferre, nec retinere. Hæc omnia docet et explicat plenissime Gonzalez ad Regulam 8 cancel. Glo. 5 per tot. Qui ex primo requisito infert n.º 20 cum segg. Capellanias, quæ in Hispania fundantur, et eriguntur quotidie absque Episcopi authoritate, Beneficia Ecclesiastica non esse, ac per consequens regulandas esse tanquam pias dispositiones, aut legata, ita ut non intrent reservationes, et afectiones iuxta Regulas Cancellariæ, neque aliæ regulæ beneficiales, prout etiam probat Pyrrus Corrad. in prax. Benef. lib. 1 cap. 2, et Card. de Luca de Benef. discur. 95, et passim, adeo ut non dubitet affirmare laicos, mulieres, ac infantes capaces esse obtinendi huiusmodi Capellanias, dummodo voluntas fundatoris non obstet, subdens ex Rota decis. 238 par. 5 recen. has Capellanias non intrare sub regulis Beneficialibus. quibus consonat doctrina Lotterij de re benefic. lib. 1 q. 5 ex n. 40, ubi optime probat, impossibile esse constitui Beneficium per eum, qui non habeat ius pontificale resultans ex iurisdictione, et Ordine. Vide Valeron tit. 3. q. 6. n. 27. et 28.

Dificultas est an probari debeat authoritas expresa Episcopi, vel sufficiat tacita. Lotterius ubi prox. ex n. 64. docet, q.d si Episcopus sciente conferat Capellaniam per laicum tam fundatam, illam aprobare censetur, quia actus conferendi in titulum perpetuum, non potest cadere nisi in Beneficio Ecclesiastico. Si tamen agatur de præsumptione authoritatis Episcopi in præteritum, res iudicatur iuxta præsentem statum. Hæc tamen doctrina, falsitatis convincitur à dicto Pyrro Corrado lib. 1 cap. 2 ex n. 23. ubi decisum refert per Rotam, huiusmodi pia legata, aut dispositiones testatorum cum onere Missarum, facta absque authoritate ordinarij, licet per plures annos intercesserit præsentatio, et subsecuta institutio, non tamen effici Ecclesiastica Beneficia, imo si a Sede Apostolica provisa sint, in vim reservationis, vel alias, nullius momenti erit provisio, et Gratia, quia dispo

ratio semper est quid laicale et temporale, eo ipso quod in ea non intervenerit authoritas Ordinarij. Nec relevat idem Status, quia ut Corradus citatus n. 30. advertit, in iudicanda qualitate Beneficij, erectio, seu fundatio tantum debet attendi Cap. Porro de privileg. et ultimus status solum attenditur in dubio, non vero quando constat de anteriori statu laicalitatis, et temporalitatis. Rota decis. 188 nt. p. 1 recen. ac per consequens (ait Corradus n. 32) locus esse non potest collationi, et provisioni Apostolicae, cum collatio in necessarium antecedens requirat existentiam Beneficij, quae implicat absque Episcopi authoritate = Vide Gratiam de Benef. par. 1 cap. 2 ex num. 108, et Pignan. in Cap. Non amplius de institutionib. n. 19 et seqq. ubi docet, Vicarium generalem saltem sine speciali mandato, non posse Beneficium erigere.

In terminis Card. Dn. de Luca de jure patron. dis. 61. num. 14. et 15.

Beneficium potest cuilibet etiam extraneo conferri, et Patronus potest ad illud quemlibet praesentare, quia nihil refert ex quo loco sit natus clericus, vel ex quibus Parentibus, Cap. Ad decorem, de institutionib., et ibi Glo. verbo: Undecumque, ac per consequens statuta excludentia a Beneficijs certum genus personarum, dicuntur contra jus. Garzia de Benef. par. 7 cap. 9 n. 1. Lyrrus Corrad. in prax. benef. lib. 2. cap. 10. in prin. = Et quod Patroni non teneantur quando id cautum non est a fundatore, praesentare eius consanguineos, imo possint praesentare quos velint, docet Sanchez lib. 2. Consilior. cap. 1. dub. 41. Guzman, vexit. 24 per tot. Vide tamen Bayo in Praxi Eccles. part. 3. lib. 2 quaest. 5 per tot. Ricciardo de causis piis, lib. 3 cap. 3 ex n. 37.

Concurrentibus uno habente aliud Beneficium, et alio non habente, non habens praeferendus est habenti, si sermo sit de Beneficio simplici. Garzia de Benef. dicta par. 7. cap. 3. ex n. 13. ubi pluries ita decisum refert per Rotam.

Beneficium

Latissimum Tractatum de Beneficijs scripsit P. Sanchez videndus, tom. 1. consilior. cap. 2 per tot. ubi 113 quæstiones circa hanc materiam examinat, et plenius Portugal, lib. 3. cap. 28 de Donat. ubi magistraliter disseruit de Beneficijs iuris patronatus ecclesiastici, laicalis, et Regij.

Beneficium sacerdotale non est actu, nec habitu, ex eo quod in fundatione dicatur, Capellanum debere celebrare Missas, seu Divina officia; imo potest provideri simplici clerico quatuordecim annorum. Ratio est quia nisi expresse iubeat fundator, Capellanum per se ipsum celebrare, satis probirum censetur ipsius voluntati, si per alium faciat celebrare, maxime in Beneficio simplici, quod ex notissima, et generali Consuetudine, personalem residentiam non requirit. Hæc est verissima sententia, quæ canonizata est pluribus declarationibus Sacræ Congregationis, rellatis ad literam à Garcia de Beneficijs par. 2. cap. 1. ex n. 85. ad tot, eamque sequitur Gonzales ad Regul. 8 cancel. glo. 5. ex n. 76. Pyrrus Corradus in prax. benef. lib. 2 cap. 10 ex n 112. ubi ita decisum refert per Rotam

Beneficiorum Reservationes.

Omnes Beneficiorum reservationes tam ex dispositione iuris communis, quam ex Regulis Cancellariæ Apostolicæ, explicat, et methodice refert Joannes à Chochier in Commentar. ad Regul. 1. Cancellariæ, quem vide.

Beneficium quoad resignationem

De Beneficiorum resignationibus, et quid circa eas servandum sit, tam iuxta terminos iuris Communis, quam iuxta Bullas Pij V, et Greg. XIII, vide Garciam par. 11 cap. 3 per tot. Rosa, de Executorib. par. 1 cap. 15 et notata infra, fo. 180 pag. 2. Gonzalez in Reg. 8 Glo. 14 qui ex n° 33 docet valere resignationem in favorem ex causa permutationis coram Ordinario, non solum iure comm. sed etiam post Constitutionem 58 Pij V, et n° 43, quod in permutatione, necessaria non est nova collatio; imo eo ipso quod ex causa permutationis Beneficia resignant, et superior resignationem admitit, permutatio perfecta manet, et admissio superioris habet vim collationis.

V. f. 312 a # verbo Literæ: #

Beneficia quoad fructus.

Theologi conveniunt, Prelatos, Episcopos, Canonicos, Dignitates, aliosque Beneficiarios, ultra portionem sibi ad vitae usum necessariam, reliqua, quae ex fructibus Beneficiorum supererunt, in communes indigentium utilitates erogare debere, ut plenissime probat Azor Instit. moral. lib. 7 cap. 8 per tot. Dubium tamen est, et quidem maximum, an lege iustitiae, an vero solo misericordiae, et charitatis iure, id praestare cogantur; cuius decisio ex eo pendet, an Beneficiarij domini sint fructuum Beneficij, an vero solum usuarij, aut usufructuarij. In hoc dubio Navarrus de redditib. eccles. quest. 1. 2. 3. usum tantum ad congruam Beneficiarijs concedit, inferens reliquos fructus sub poena furti, et onere restitutionis pauperibus erogare teneri, quia haec obligatio iuxta eius sententiam, iustitiae est. Azor vero dicto lib. 7 cap. 8, asserit, et optime probat, Beneficiarios fructuum esse dominos, ac proinde licet reliquos ultra congruam in pios usus, et pauperum eleemosinas impendere debeat, non tamen lege justitiae, sed tantum ex charitate, et praecepto Ecclesiae; ita tamen, ut haec obligatio arctior sit quam in divitibus saecularibus, ut optime explicat ibid. vers. mihi itaque. Videndus omnino est hic Author, dicta quest. 8. cum duab. seqq. maxime cap. 9, ubi defendit Hispaniae consuetudinem, iuxta quam omnes Clerici Episcopis inferiores, possunt testari de bonis intuitu Ecclesiae acquisitis, de qua videndus Contrada, tom. 3. deci. 125 ex n. 15. Et supposita hac consuetudine valida, deffendit Azor, Beneficiarios liberos esse ab obligatione, qua ex praecepto Ecclesiae tenebantur fructus in eleemosinas erogare, quia hoc praeceptum sicut Ecclesiae authoritate solvi potest, ita et consuetudine ab Ecclesia approbata. In distributionibus vero, quidquid dicat Navarr. in dic. tract. quest. 1, Beneficiarius dominus est, easque potest suo arbitrio dispensare, quia clerico dantur tanquam merces, et stipendium laboris. Azor dic. cap. 9 vers. decimo quaeritur. Vide Concil. Aquisgran. Canone 116. apud Soverium in suis Santionib. Canonic. p. 3. f. 105. pag. 2a.

Beneficium

Beneficia iuris patronatus passivi gentilitij, precise conferri debent proximiori consanguineo, et non valet presentatio remotioris. Ita docent, et probant Lambertinus de iure patron. lib. 2 par. 3. q. 5. artic. 1, et alij quos refert, et sequitur Garcia de Benefic. par. 5 cap. 1 a n. 17. Et licet Card. de Luca, nixus authoritate text. in L. unum ex familia, de legat. 2. doceat, sustineri remotioris presentationem, dummodo contraria lex fundationis non obsistat; ut tradit discur. 70 de iure patro: tamen Rota in Maioricen. beneficij 1 Julij 1696 coram R. P. D. Latremolle declaravit, inter consanguineos, qui ad huiusmodi Beneficia vocantur, illum censeri praelectum ex presumpta mente fundatoris, qui gradu proximior est, facta computatione non secundum Jus Canonicum, sed secundum Civile. Ex ordine enim charitatis, non datur locus optioni, neque electioni patronorum, quia licet eorum nomen remaneat, quiescit tamen officium, dum adsunt consanguinei, qui a fundatore electi, et presentati censentur, servato ordine proximitatis, absque ullo ministerio patronorum, quibus sui iuris exercitium limitatur ad casum, in quo nullo existente de genere vocato, collatio facienda sit extraneis, ut late prosequitur Rota, ubi proxime nempe decis. 41. tom. 2. Mantic. de Jure patronatij.

Haec tamen quaestio non intrat quando jus patronatus activum lineale est et jure primogeniturae defertur; quia tunc ex patronatu activo recte infertur ad passivum in eadem linea, in qua proximitas est attendenda; quia improbabile, et absurdum esset patronum cogere negligere proprium filium, aut fratrem, et extraneum praesentare. Card. de Luca de jure patron. dis. 45. ex n. 2.

Beneficia

21

Causæ omnes circa Beneficia juris patronatus Regii, pertinent ad Regia Tribunalia, ibique tractari debent, tam in posesorio, quam in petitorio, absque eo quod Judex ecclesiasticus possit se intromittere nec de eis cognoscere directe, vel indirecte; alias vim facit. et ratio est quia patronatus Regius est de Regalibus. Plenissime Cortiada tom. 5. deci. 253. per tot. Et in Regno Castellæ non solum consuetudine, sed etiam duplici Regio rescripto, inductum, et cautum est, supremum Consilium Cameræ privative ad cetera Tribunalia, et ad Regium Justitiæ Consilium, cognoscere debere de omnibus causis, et negotijs concernentibus Beneficia Regii Patronatus, ut optime docet D. Salgado de Reg. protec. par. 3. cap. 10. a n. 188. qui n. 203. recte monet, ante omnia constare debere, Beneficia, de quibus agitur, esse Regij Patronatus, et ad eandem conclusionem late fundat, de Duplici. ad 35. lib. 1. cap. 1. a n. 132. Solorz. de jure Indiar. tom. 2 lib. 3. cap. 3. n. 28. cum alijs, quos refert Cortiada cit. n. 74. Concordant etiam [illegible] Benef. [illegible] tom. 2. alleg. 35. per totam.

Beneficia Regii Patronatus vacantia apud Sedem Apostolicam, seu in Romana Curia, non sunt afecta, nec reservata provisioni Sanctissimi; et idem juris est in quolibet Beneficio patronatus laicalis; imo eo casu Rex, aut respectivus Patronus laicus presentare debet. D. Covar. practicar. cap. 36. n. 1. et alij innumeri, quos refert, et sequitur Cortiada, dicta decis. 253 n. 15. 46 et segg. ubi probat nihil operari Patronatus derogationem, quæ in Hispania non admittitur.

De los pleytos y negocios de justicia tocantes al Patronato de los Reynos de Castilla Navarra y Canarias, se conoce privativamente en el Consejo de Camara con inhibicion de todos los demas Consejos, y Tribunales, segun R.l Cedula del Rey Phelipe 2.o de 6 de Henero de 1588. Y segun otra de Phelipe 3.o de 1. de Abril de 1603. se estendio la antecedente a todos, y qualesquier negocios tocantes al Patronazgo R.l incidentes, y dependientes en qualquier manera y quando se duda si toca, o no al Patronato. Y para esto basta pedirse por qualquiera de las partes, o por el fiscal. Los Articulos de fuerza de qualesquier Juezes Ecclesiasticos, se

traen y determinan en la Camara en todo lo que es ó fuere tocante al Patronato, y negocios que en ella se tocare. todo esto se halla al fin del tit. 6. lib. 1. de la Recopilacion. Vean, Cevallos de cognit. per viam violen. tom. 1. glos. 8. per tot. Antonio Ma... en quanto ... dos ... de la ... Patronato, Carrasco ... n. 253. ... Salgado de Reten. par. 1. cap. 1. ex n. 132. ... n. 35.

Notese, que antes de los citados Cedulas, podia, y devia conocer la Chancilleria de las Causas de Patronato ... segun la ley 34. tit. 5. lib. 2. de la Recopilacion, la qual es muy notable a favor a la Jurisdicion Real en materias Beneficiales y otras Ecclesiasticas.

An autem Patronatus Regius alienari, aut donari possit, questio est. Negat Carvajal, ubi prox. n. 53 cum Solorzano de Jure Indiar. tom. 2. lib. 3 cap. 3 n. 22 et 23. Affirmat Portugal de donat. tom. 2. lib. 3. cap. 15. n. 28. Notandum tamen, quod supposita validitate donationis, si lis agitetur super jure patronatus per Regem donati Ecclesiae, vel Ecclesiastica persona, debet coram Rege tractari, etiam inter Ecclesias, ut clericos, et contra ipsos, ut probari videtur ex his quae tradit Cevallos, q. 822 ex n. 32. Salg. dict. cap. 1. de Suppli. ad S. par. 1. ex n. 144. = Vide tamen eundem Salg. de Reg. protec. par. 3. cap. 10. ex n. 293 usq. ad finem.

Beneficia juris patronatus Ecclesiastici, comprehenduntur sub afectionibus, et reservationibus in corpore Juris clausis, aliisque contentis in Regulis Cancellariae, ut docent D. Covarr. pract. cap. 36 n. 5. Garcia de Benef. par. 5. cap. 1. n. 552. Dicuntur autem Beneficia patronatus Ecclesiastici eo ipso quod ex testamento, donatione, aut alio quovis titulo in Ecclesiam, Capitulum, seu Collegium translata fuerint, licet ab initio originem habeant à patrimonio laici, ut post Covarr. citatum, prosequitur Garcia ubi prox. ex n. 553. et post illum, Julius Caponius discept. 14. qui n. 23 recte monet cum Garcia citato, n. 557 aliud esse in Regnis Castellae, in quibus indifferenter, et indistincte Beneficia juris patronatus etiam Ecclesiastici, ad presentationem patronorum providentur in partibus, in quocumque mense vacaverint, et videmus quotidie, quod ita observatur ex immemorabili consuetudine. Et licet Garcia n. 558 de eius viribus dubitet, eo motivo quia reservationes nihil aliud sunt quam avocationes pro-

versioni Beneficiorum per Papam ad se facta, ablata omnino facultate aliter providendi, aut disponendi: non tamen videtur a praefata Consuetudine recedendum; quia licet propter Decretum irritans simpliciter nequeat praescriptio contra reservationes huiusmodi, tamen cum ea immemorabilis sit, nihil relevat Decretum irritans, postea adiectum in Regulis Cancellariae.

Haec maxime confirmantur ex eo quod licet sit controversum, an Beneficia simplicia, quorum praesentatio pertinet ad aliquem Priorem, vel Abbatem, sint de iure patronatus Ecclesiastici vel laicali, in qua quaestione Garcia de Benef. par. 5. cap. 1. n. 555, et post eum, Salg. de Reg. protect. par. 3. cap. 10. ex n. 302, tenent huiusmodi Beneficia, esse Ecclesiastici patronatus, atque subiecta affectionibus, et reservationibus, in corpore iuris clausis, et in Regulis Cancellariae Apostolicae: tamen contraria sententia verior est, ut probat Valasco consult. 165 n. 16 et 17, et post illum, Anton. Portug. de Donat. Reg. tom. 2. lib. 3. cap. 28 ex n. 105. ad 114, quorum fundamenta aperte convincunt, quod eo ipso quod Prioratus sit de Regio patronatu, eandem habent qualitatem Beneficia simplicia, fundata in Ecclesia Prioratus.

Nec obstat praecipuum contrariae sententiae fundamentum, consistens in declaratione Congreg. Concilij Trid. apud Garciam par. 5. cap. 2. n. 263, quia in ea non fuit hic casus decisus, sed alius omnino diversus, nempe Beneficia Ordinum Militarium, quae Rex praesentat, non tanquam Rex, sed tanquam Ordinum Magister, et Praelatus, Ecclesiastica esse. Quod toto caelo distat a casu controversiae, quae solum est de Beneficijs simplicibus, fundatis in Ecclesia

Regij Patronatus. Et confirmatur, quia donatarij patronatuum ad Regiam Coronam pertinentium, usufructuarij censentur, et tanquam tales ius habent praesentandi; adeo, ut licet ipsi patronatus donentur à Rege, semper regulariter tanquam bona Regiae Coronae, et retinent primaevam naturam. Cavedo de patronatu, cap. 4 n 5 et 6. Antun. dict. cap. 28 n 174 et 175. Quibus adde, quod Priores huiusmodi sunt donatarij Regis quoad usum juris patronatus respectu beneficiorum simplicium. Cabedo de patron. Reg. Coronae cap. 12. n. 9. et 10. Antunez d. cap. 28. n. 10). Et sic jus patronatus de quo agitur, laicale est, et Regiae Coronae, ac tanquam tale non comprehenditur in quibuscunque reservationibus, neque Sum. Pont. illi praejudicare voluisse praesumitur, ut optime advertunt Cavedo et Antunez ubi proxime. = Vide tamen contra haec D. D. Josephum de Castro d. capt. 4. ex num. 88.

Beneficia juris patronatus Regij

De beneficijs juris patronatus Regij, aut laicalis, plenum
et brevem tractatum fecit Antunez videndus de hac ma-
teria lib. 3. de donation. cap. 28. per totum; et Laguna
de fruct. par. 1. capite 31. § 2. per tot. maxime ex n. 84. qui n. 93.
dolendum nimis esse fait, Regem nostrum Prabendas Cathedralium
Hispaniæ non praesentare, cum tamen earum Patronus sit.

Beneficiorum pluralitas.

Beneficiorum pluralitas illicita est, et nefaria, nullus
ab Ecclesia damnata, ut constat ex cap. quia in tantum
5. de praebendis, ubi plenissime Pagnanus, et cap. dudum 22.
de electione, ubi pariter idem Pagnanus, cap. sanctorum
70. distinct. cap. presbyteros 16. q. 1. cap. de multa de pra-
bendis, et tota causa 21. q. 1. ac tandem Concilium
Trident. sess. 24. cap. 17. cuius decisio omnium strictis-
sima est, et ex ea constat, omnia beneficia ad congru-
am sufficientiam incompatibilia esse, quia unum tantum
possidere licet. Nec in hac materia excusat contra-
ria consuetudo, seu potius corruptela, quia semper
fuit ab Ecclesia damnata; nec Pontificia dispensatio
tutum reddit possessorem, quia sæpissime dissipatio est,
ut docet citatus Doctor, et apud ipsum Sanctus Thomas,
D. Bernardus, alijque Theologi, et Canonistæ. Viden-
dus in comprobationem Thomasinus de Ecclesia
Disciplina, par. 2. lib. 3. cap. 8 et 9. Vide annotata
infra fol. 322. in dorso.

B 64 59
73

Beneficium.

Beneficia, quæ clavium potestatem, aut Curam ani-
~~Curam~~ animarum habent annexam, vendi nequeunt
etiam a Summo Pontifice absque Simoniaca pravita-
te, juxta Evangelicam Legem. An autem Canonicatus,
Dignitates, ac cætera Simplicia beneficia pretio
oblato, aut dato conferri valeant a Papa, quæstio
est, in qua plures magni nominis Canonistæ, affir-
mativam sententiam tenent. Hanc tamen opinio-
nem, seu verius errorem intollerabilem optime impug-
nat Pagnanus omnino videndus lib. 1. Decretal. in cap. cum
pridem de pactis n. 53. cum segq.

Bulla Cœnæ

Sre Consulta del Consexo de Castilla de 27. de Enero de 1746. hecha en vista de ciertos Procedim.tos del Provis.or Ordinario de Huesca contra el Corregidor, resolvio el S.r Phelipe V. lo siguiente: Como parece: Pero preveni-endo al Provissor D.n Fray Jph Segoviano de Obregon, se-rà de mi desagrado el que se propasse con la ligereza, q.e hà manifestado en el caso presente, â fulminar Censu-ras contra mis R.s Ministros en el exercicio de las funcio-nes de su Ministerio, con pretexto dela Bulla dela Cena, q.e no esta admitida en mis Dominios. Publicado en el Cons.o en 26. de Abr.l de 1746.

La primera parte de este R.l Decreto se justifica p.r los fundam.tos q.e pueden verse en Wan-Espen tom. 6. tract. de Cen-sur. Cap. 2. §. 5. y P.e Pedro de Marca de Concord. Sacerd. et Imper. lib. 4. cap. 21. Y â ma.or abundam.to se authoriza esta Provid.cia con los exemplares de Francia, y Flandes donde se halla esta-blecido lo mismo por S.n Luis, Carlos V, y Phel.e II. en sus respec-tivos Edictos, q.e se guardan, y observan â la letra. Y eng.to â no estar recivida en España la Bulla in Cœna Domini lo prueba el mismo Wan-Espen en el cit.o tom. 6. tract. de Le-gum Promulg. Cap. 3. §. 4. Salg. de Retent. part. 1. Cap. 2. Sect. 4. Natal. in Histor. Eccles. tomo 9. Seculo XV. et XVI. cap. 12. art. 5. Fleury tom. 34. Histor. lib. 171. n. 22. Ves. infr. fol. 65. bto et 103. Justino Febronio de Stat. Ecclesiæ cap.

Vicariae Beneficia manualia

Vicariae perpetuae, quoties non dantur in titulum, regulariter sunt amovibiles, et Beneficia manualia censentur. De earum natura, et de forma deputationis Vicarij perpetui, aut temporalis, videndus est Sagnanus in Cap. de Rectorib. de Clerico Egrotante, tam ad mentem Juris communis, et Concilij Tridentini, quam iuxta Bullam Pij V. Card. de Luca in adnotationib. ad Concilium discur. 9 et 32. Monacellus, tom. 1. tit. 10. formula 14, 15, et 16. Salg. de Reg. protec. par. 3 cap. 2. Quaestio tamen est, an huiusmodi Vicariae, etsi sint Beneficia manualia, possint auferri possessoribus, ad nutum superioris, etiam sine causa. Verior oppinio est affirmativa, recepta in Romana Curia, ut late probat Card. de Luca, de Benef. discur. 97. Sicut tamen quoties amotio fit ex odio, seu calumniatrix, in dubio non presumenda. Item quoties ex amotione praeiudicium effecto resultaret in bono nomine fama, et oppinione, vel alias ipsi considerabile damnum sequeretur, ut idem Luca probat ubi proxime, n.° 11 cum seqq. docens, ab ejectione sine causa, recursum ad Superiorem competere ad reintegrationem obtinendam, licet quando provisio facta esset à Supremo Principe, et ab eodem amotio, locus non sit remedijs restitutorijs. Sagnanus in dicto Cap. de Rectorib. n.° 21; quidquid etiam sit in officijs iure famulatus possessis, de quibus videndus est Luca de Regalib. discur. 20 per tot. = Vide omnino D. Valenzuel. tom. 2. consil. 130. ex num. 30.

Brebia Apostolica.

Differentias inter Bullas, et Brebia explicat Rosa de Executor. par. 1. cap. 2 n.º 67. Præcipuæ sunt: Quod Bullæ, expediunt per Cancellariam, sive per Cameram: Literæ plumbantur, et subscribuntur ab aliquo ex Abbrebiatoribus, alias sunt nullæ ex Constitutione Leoni X. At Brebia non plumbantur, sed sigilantur cum anulo piscatoris in cera rubea, et subscribuntur tantum per Secretarium domesticum Brebium, vel alium Secretarium, vel per Magistrum Brebium. Item initium Literarum per Cancellariam expeditarum est: Benedictus Episcopus, Servus servorum Dei &c.; nec fit titulus supra; Cum vero per Brebe, supra scribitur in medio membranæ: Innocentius Papa XI. Rursus in Literis scriptis per Cancellariam, nulla servatur ortografia; secus vero in expeditis per Brevia. In illis nihil abreviatur; in istis secus est, quia Brevia dicuntur, eo quod brevi sermone ea continet. Notandum tamen huiusmodi Brevia veras esse Literas Apostolicas, ac eandem fidem, virtutem, robur, et firmitatem habere, ac Literæ expeditæ per Cancellariam, licet Bullæ non sint, ut contra Pyrrum Corrad. lib. 3. cap. 3. in praxi dispensat. docet citatus Rosa num.º 68. Unde paratam habent executionem, sicut cæteræ Literæ, et Bullæ expeditæ per plumbum, licet regulariter beneficiorum provisiones non concedantur per Brevia, nisi forsan ad capiendam beneficiorum possessionem nomine Cameræ, quando reservata sunt cum clausula constituto: qua verificata, paratam habent executionem, iuxta Bullam Gregorij 13. de qua pagina sequenti: et tunc cum fit expeditio per Brebe, ponitur clausula, quod infra sex menses expediri debeant Bullæ, quod tempus currit à die captæ possessionis, ex Rosa citato num. 69.

Bulla Cœnæ

Bulla Coenæ.

A Bulla Coena, quatenus tangit Regalia, et præjudicium Regis, fuit in Hispania supplicatum. D. Salgado de Reten. par. 1. cap. 2. sectione 4. per totam. Vide Natal. Alexan. tom. 9. Histor. Eccles. seculo 15. et 16. cap. 12. art. 5. fol. 340. Fleuri tom. 34. Historiæ eccles. lib. 174. num. 22. Vide D. Solorzan. tom. 2. lib. 3. cap. 25. n. 49. Demum quæ infra notantur folio 297. verb. R.l Decreto. No hai tal folio.

Brevia Cameralia.

Dispositio Concilij Tridentini in cap. Causæ omnes 20. sess. 24. de reformat. non afficit, nec comprehendit Beneficia affecta, aut reservata Sedi Apostolicæ, ut declaravit Gregorius XIIJ. in Bulla, quam refert, et explicat D. Salgado de supplicat. ad Sanctis. par. 2. cap. 10. Unde Auditor Cameræ, et quilibet Delegatus Apostolicus cognoscere potest, et reipsa quotidie cognoscit in prima instantia de causis super executione Gratiarum, quæ fiunt de his Beneficijs affectis, aut reservatis. Et hæc est praxis de qua testatur ipse Salgado ex num. 1. Qui n. 5. recte monet de stylo Romanæ Curiæ quotidie expediri Brevia Cameralia, ut nomine Cameræ Apostolicæ capiat. possessio Beneficij reservati, quorum virtus in eo consistit, ut Litteris postmodum expeditis, fiat per Cameram ipsam cessio possessionis proviso Apostolico, qua cessione facta provisus constituitur justus possessor, cum in eius favorem fuerit per Cameram aprehensa possessio, adeo ut virtute possessionis aprehensæ ab ipsa Camera, competat proviso Mandatum de manutenendo. Garcia de Benef. par. 6. cap. 13. per tot. Gonzalez in Regul. 8. glos. 34. ex n. 117. Cassa de executor. par. 1. cap. 16.

Hæc verissima sunt. Quia tamen in Hispania ex Indultis, et Privilegijs Apostolicis, et immemorabili consuetudine, nemo qui alienigena sit, obtinere, nec possidere potest Ecclesiastica Beneficia: ideo Camera Apostolica, quæ extera est, capax esse non potest possessionis illorum. Unde licet Senatus Supremus æquo animo ferat, in Beneficijs reservatis, Litteras alteri committi, quam Ordinario, ex supradictis: tamen Brevia Cameralia, ut eorum virtute nomine Cameræ apprehendatur Beneficiorum possessio, exequi non patitur, imo quotidie retinet, iuxta doctrinam D. Salgado, qui testatur de inconcursa praxi d. par. 2. cap. 10. ex n. 39. et Pareja de instrum. edit. tit. 4. resol. unica, §. 2. per totum, quos sequi videtur D. Olea tit. 6. q. 5. n. 24.

Confessio sacramentalis.

Confessionem sacramentalem Divino jure illis esse necessariam illis, qui post Baptismum in mortale peccatum lapsi sunt, optime probat Natalis Alexander tom. 8. saeculo 13. et 14. Dissertat. 14 per totam, ex sacra scriptura, Sanctis Patribus, praxi universali Ecclesiae a tempore Apostolorum, Divina traditione, et Concilijs contra Haereticos, eorumque sophismata. Et circa satisfactionis necessitatem ex Divina, et Apostolica traditione, videndus idem Natalis tom. 3. saeculo 3. Dissertat. 2. pag. 672. et seqq. ac quoad antiquam et novam disciplinam, Thomasinus tom. 1. lib. 2. cap. 11. 12. 13. 14. 15. 16. et 17. ubi etiam de indulgentijs, earumque origine, et progressu.

Consuetudo

Certum est Consuetudinem legitime praescriptam derogare iuri positivo. L. 3. et 8. tit. 2. part. 1. Cap. fin. de consuetud. dummodo tamen sciente, et patiente Principe inducta fuerit, à cuius authoritate, et potestate vis Consuetudinis metienda est. Licet enim florente Romana Republica sufficeret tacitus populi consensus, L. de quibus, 32 ff. de legib. id ideo erat, quia penes populum ante legem Regiam summum erat Imperium. Hodie vero, cum potestas legis ferendae in temporalibus soli Regi competat, L. 12 tit. 1. par. 1. ubi Greg. Lopez, et in spiritualibus, et ecclesiasticis Summo Pontifici, et Concilio generali: hinc fit, ut nisi constet Regis, aut respective Pontificis noticia, Consuetudo contra ius induci non possit. Et haec est verissima Sententia, quam tuentur Innocentius in rubrica de Consuetud. Felin. in Cap. Cum ex officij, n. 8. de praescript. et caeteri Canonnistae, quos refert, et sequitur Pagnan. lib. 4. decretal. in cap. Verum autem de cognatione spirit. num. 17. et 18. et apud ipsum Rota Romana, cuius quoad Canonum interpretationem, authoritas maxima est. Immò nec sufficit consensus Principis permitentis, sed requiritur etiam approbantis, cum eadem potesta requiratur in legis abrogatione, quae requiritur in eius editione, ut idem Pagnanus advertit: multa enim per patientiam tollerantur, quae tamen improbantur, Cap. cum iam dudum, de praebend.

Difficultas est an consensus Principis ex lapsu 40 annorum probetur, an vero praeter longaevum usum, notitia, et consensus Principis probari debeat. Et distinguere oportet cum Greg. Lop. in dic. L. 3. tit. 2 par. 1. glo. 7. Aut enim loquimur de Consuetudine immemoriali, aut solum de quadragenaria. In primo casu necesse non est probare consensum Principis, quia satis, superque probatur ex ipsamet immemoriali observancia. In 2.º vero, nisi consensus Principis probet, allegari non potest consuetudo, sed simplex usus, qui plurimum differt à Consuetudine, ut constat ex Rubrica, et ex L. 1. et 4. dicti tit. 2. par. 1. Usus enim est quid facti, qui non derogat iuri Communi; Consuetudo vero

est novum ius, quod induci non potest a Populo non habente potestatem legem ferendi.

Hinc recte docet Card. de Luca, de Regal. disc. 77. nº 1. et 5, tacitum populi consensum, resultantem ex obser=vantia longissimi temporis, non sufficere ad Consuetu=dinem inducendam, nisi ageretur de immemorabili; imo etiam hoc casu, non valeret tanquam lex a popu=lo tacite ordinata, sed tantum tanquam Privile=gium Supremi Principi ad id potestatem haben=tis, quod allegabile est dirente immemorialis. Vide D. Cresgi observat. 63 ex nº 15. et ex eius doctrina num. 20. et Larrea allegatione 92, nº 21, et 22, nota, non sufficere notitiam officialium Principis, ut Con=suetudo contra ius legitime inducta dicatur. Quod iure Regio expresse cavetur in LL. 3. 5. 6. tit. 2. par. 1.

Hinc cavendum est a P. Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 1 sub num. 11, et eodem lib. 7. disp. 82. nº 20. ubi mox dicus tenet, non requiri scientiam Pontificis ad in=ducendam consuetudinem contra ius, motus authori=tate tex. in cap. fin. de Consuetud. Qui tamen dum preter tempus 40 annorum, legitime praescrip=tam esse consuetudinem desiderat ad Canonis abro=gationem, satis innuit, simplicem temporis obser=vantiam non sufficere, ut optime advertit Sagnan. ex comuni Canonistarum sententia obiniqua.

Creditores - Induciæ - Remissio -

Licet regula juris sit, ut quod omnes tangit debeat ab omnibus approbari, cap. quod omnes de reg. jur. in 6. maxime si creditores sint, aut interesse habeant ut singuli, fallit tamen in casibus relatis a D. Salgado in Labyr. par. 2. cap. 2. ex num. 62. qui omnino videndus est, maxime num. 79. et seqq. ubi adstruit, omne pactum inæquale per maiorem partem creditorum initum cum debitore, ex ipso quod inæquale sit, vel in minoris partis præjudicium, nullius esse momenti, quia damnum, aut commodum ex remissione crediti, aut inducijs, omnino æquale esse debet.

Vide Antunez Portugal de donat. lib. 3. cap. 42. ex n. 22.

Hinc probat idem D. Salgado in Labyr. par. 2. cap. 30. ex num. 53. usque ad finem, concordiam factam per maiorem partem creditorum, obligare minorem iuxta expressos textus in l. et suum §. hodie ff. de pactis, l. 9. 10. et 11. ff. eodem, l. fin. C. qui bonis cedere possunt, l. 5. tit. 15. part. 5. quæ jura declarant inducias concessas per majorem partem creditorum, obligare minorem, ita ut creditores etiam inviti, concordiæ stare teneantur, et quod maior pars in proposita specie, intelligitur ex quantitate, non ex numero personarum. Requiritur vero de jure in concedendis inducijs, citatio omnium creditorum, tam præsentium, quam absentium, adeo, ut absenti non citato, præjudicium inferre non possit; et nedum citatio, sed omnium creditorum congregatio requiritur, ut ex veriori sententia resolvit D. Salgado citatus, ex num. 62. post D. Gregor. Lopez in d. l. 5. tit. 15. part. 5. glos. 1. n. fin. Quod tamen in Hispania minime necessarium est ex generali consuetudine, et praxi, iuxta quam, debitor inducias petit a singulis separatim creditoribus, et postquam maioris partis assensum habet, concordiam superioris decreto confirmari procurat, quo obtento, tutus est adversus minorem partem, licet melius sit eam citare ad confirmationis judicium, ut cogatur maioris partis concordiæ stare, ut monet D. Salgado n. 81. post

Gratian. tom. 2. cap. 222. per totum. Sed quod nec citatio, nec congregatio requiratur de jure docet cum alijs Antunez lib. 3. cap. 42. ex n. 24. neque in remissione partis debiti, neque in concedendis inducijs. Ratio est, quia quando citando nulla defensio competit, citatio necessaria non est, ut in hoc casu contingit.

68

Gratian. cap. 222. per tot. maxime n. 26.

Alia res est, quando maior pars creditorum in quantitate, renuente minore, partem debiti remittit; nam licet jure Regio indubitabile sit, minorem partem cogendam esse ad similem remissionem pro rata faciendam, ut expressissime disponit textus in l. 6. tit. 15. part. 5. et docet D. Salgado ubi supra num. 63: jure tamen communi nequit maior pars creditorum invita minori parte, hanc facere remissionem, ut docet, et decisum refert in supremo Aragoniæ Consilio D. Crespi, obser. 112. n. 12.

Hanc quæstionem explicandam suscipit Bas in theatro Jurispr. par. 1. cap. 19. ex num. 34. usque ad finem, et quinque casus distinguit. Primus est, quando creditores omnes legitime citati, et congregati fuerint, solumque maior pars in quantitate, remissionem fecerit: tunc si minor pars creditorum chirographariorum fuerit, tenentur etiam pro rata remittere. quæ sententia communis est ex adductis a Bas d. num. 34. Secundus, quando maior pars credita habet chirographaria; minor vero hypothecaria, et in hac specie, factum maioris partis, non præjudicat minori, iuxta tex. in l. rescriptum 4. ff. de pactis. Tertius, quando omnes creditores hypothecarij sunt, et tunc maiorem partem minori non præjudicare resolvit n. 36. post Straccham de decoctor. par. 6. num. 13. Carpzov. in Jurispr. foren. par. 2. constit. 22. deffin. 28. n. 8. et 9. licet præfatus Bas ubi proxime, plurimum nitatur in peculiaribus foris Valentiæ. Quartus casus est, quando concordia facta a maiori parte, renuente minore, roborata fuit Regij Senatus Decreto, vel alterius Magistratus non supremi, quo casu, illæsum manet jus minoris partis, quia Decretum nequit obligare eos, qui in transactione non intervenerunt, nec consenserunt. Quintus demum casus est, quando concordia inita a maiori parte creditorum, roboratur a D. Rege, eiusque supremo Consilio, ea addita qualitate, ut illi stare teneatur

minor pars creditorum; nam propter Regiam Authoritatem, dummodo citati, et convocati fuerint omnes ad transactionem faciendam, tenetur minor pars eam servare, ut comprobat Bas d. cap. 19. n. 38. varijs decisionibus Senatus Valentini, et cautum est Regio Senatusconsulto publicato in Aragonia consilio 11. die Novembris 1641. et hoc casu, si aliqui creditores pretendant non tenerī stare transactionī, comparere debent, non in Senatu Provinciae, sed in supremo Consilio, a quo emanavit Decretum confirmatorium Concordiae, ut decisum extitit die 13. Novembris 1626 ~~eiusdem anni~~ inter Universitatem Segurbij, illiusque Ducem, et 31. Augusti eiusdem anni, inter D. Didacum Vich, et Monasterium S. Michaelis de los Reyes. Et nota, quod in hoc ultimo casu, jussa fuit observarī trāsactio Decreto Regio roborata, licet creditores convocatī non fuerint. De hac materia omnino videndus est Antunez Portugal de Donat. lib. 3. cap. 42. ex num. 77. qui indistincte tenet, minime necessariam esse citationem in concedendis induciis, neque in debiti remissione, ex l. rescripto 11. ff. de pactis, Thelo de inducijs q. 6. n. 12. et 13. maxime stante Hispaniae et Lusitaniae consuetudine, de qua testatur; et num. 92. recte monet, Concordiam esse a Principe confirmandam, ut minorī parti prejudicet, tam in casu induciarum, quam remissionis. = Unum est speciali nota dignum, quod dilatio concessa per maiorem partem creditorum, non tenet, si in alijs creditoribus non sortiatur effectum, ex Antunez d. lib. 3. cap. 42. n. 88.

Card. de Luca de credito. discurs. 152. per tot late de hac materia disserit, et ex num. 12. pro regula receptam dicit conclusionem, ut consensus maioris partis creditorum, collegialiter fieri debeat, precedente omnium convocatiōne, quin sufficiat, ut disiunctim in diversis locis, et temporibus se subscribant, iuxta leg. fin. Cod. qui bon. ced. poss, ita ut intret dispositio textus in leg. 2. ff. quod cuiusque Universitatis nomine &c. Ratio est, quia

inter creditores agentes de concedendis induciis, aut remissione facienda, quodam societas consideratur agens de communi damno vitando, aut lucro captando, et tanquam corpus sociale universitatem constituens, determinare debet quod singulis magis expediat. Et quamvis limitationem huius regulae admittat, ubi contraria vigeat consuetudo: docet eam tanquam à iure exorbitantem, et minime praesumendam probari debere, eo vigore, quo de iure requiritur, ut ipsemet Author explicat discurs. 21. de Judiciis, ut scilicet probetur consuetudo in casu praeciso, et individuo, et non extendatur de casu, ad casum, nec de loco, ad locum. Ideoque non sufficit ita quandoque de facto servatum fuisse, nisi constet frequenter, et pluries in contradictorio iudicio decisum fuisse

Cruzata

Certum est, bona vacantia, tanquam ex Regalibus, ad fiscum Principis pertinere, ut post alios docent D. Crespi observ. 93. et Lagun. de fruct. cap. 27. qui testantur, huiusmodi bona hodie aplicata esse fisco Sanctæ Cruciatæ ex Bullis Apostolicis, et Legibus Regijs, ut etiam testatur Laza in compend. trium Gratiar. lib. 1. fo. 61, et constat ex instructione Comissarij Generalis apud eundem Laza dicto lib. 1. fo. 277 et seqq.

Bonorum vacantium apellatione, veniunt ad hunc efectum, bona morientium ab intestato, quando non supersunt Consanguinei intra 10 gradum, aut etiam Vir, et Uxor, iuxta L. 6. t. 13 p. 6. quæ correcta non est per L. 3. t. 8. lib. 1. recop, L. 8 t. 10. eiusdem Libri, ut contra alios, docent, et in praxi admissum testantur D. Crespi observ. 96 per tot, et Lagun. dic. par. 1 de fruc. cap. 27. ex n. 110, licet fateantur, jurisdiccionem ad cognoscendum de succesione ab intestato privativam esse tribunalium Cruciatæ, quando eam pretendunt Consanguinei ultra 4 gradum, secundum computationem civilem, scilicet ultra consobrinos, seu fratres patrueles.

Notandum tamen, quod licet Religiones Santissimæ Trinitatis, et Beatæ Virginis de Mercede, pretendant sibi deberi aliquod legatum ex quolibet testamento, et alias ad se pertinere bona vacantia: tamen hæc Religionum pretensio fundamento caret, ut ex L. 2. et 3. t. 8 lib. 1 Recop. probat Lagun. ubi prox. n. 35 cum trib. seqq. ubi docet quod quamvis eis privilegia competant in Universo Regno, cumulative cum fisco S.ta Cruciatæ, ad efectum impendendi hæc bona in redemptionem Captivorum, ita ut locus sit preventioni in denunciando, et petendo Vacantium bonorum adjudicationem: tamen causa

cognitio, etiam inter quoscumque privilegiatos, competit Tribunalibus Cruciatæ. Et n. 37. docet, quod cum nihil fisco Regio debeatur ex bonis intestatorum, neque illorum, qui cum testamento decedunt: consequenter nec præfatis Religionibus, nec fisco Sᵗᵃ Cruciatæ aliquid debeatur, nisi deficientibus consanguineis usque ad 10. gradum, iuxta doctrinam D. Crespi dic. observ. 86. Ratio est, quia Princeps in concessione privilegij, plus iuris non transtulit, quam ipse habebat.

Quoad bona deperdita similiter fiscus Sᵗᵃ Cruciatæ, et præfatæ Religiones ius fovent, cum certum, ea aplicata fuisse pijs operibus, quod fieri potuit per Sum. Pontificem, dum certus dominus ignoratur, ut post D. Thomam 2. 2. q. 66. art. 5. et alios Theologos, docet Lagun. ubi sup. n. 68 et seqq. Naufragantium bona, nec Dominis inferioribus titulo iurisdiccionis, nec supremo Principi in vim Regalia competere possunt, cum omni iure pertineant ad dominum, adeo ut ea occupantes, tanquam fures puniri iubeantur in Authen. Navigia, Cod. de furt. et anathemate damnentur in Canone 1. Bulla Cena, quibus consonat L. 7. t. 9. p. 5. et L. 2. t. 10 lib. 7. Recop. L. 11. eiusdem tit. Unde solum vacantia dicuntur, et de Regalibus censentur, quando vel eorum dominus ignoratur, vel ad hostes spectant, ut optime probat citat. Lagun. dic. cap. 27. § un. per tot.

Si vero dominus ignoretur, alia res est. Nam naufragantium bona per Magistratus inferiores, seu Sᵗᵃ Cruciatæ subdelegatos, custodiæ causa capiuntur et suis dominis servantur, iuxta præfatas Leges Regias. Quod si factis necessarijs diligentijs, nec veri-

domini, neque eorum succesores compareant: tunc elapso termino quatuordecim mensium, tanquam bona vacantia, et incerta, fisco S. Cruciatæ aplicantur, cum hac tamen limitatione, ut solum quærantur fisco Cruciatæ, bona illa, seu merces, quæ in Navigijs inveniuntur, non vero ipsa Navigia, neque arma ofensiva vel defensiva, quæ ad fiscum tribunalis belli pertinent, atque ad illud in Consilio Cruciatæ quotidie remituntur, ut Author ex Lagun. dic. § 1 cap 2 § Unic. n. 6. Qui n. 12 recte monet cum P. Suarez de Censuris, disp. 21. secc. 2. n 35. Sousa ad Bullam Cenæ, disp. 38, Regem Nostrum Catholicum, et post elapsum terminum, et adiudicationem fisco factam, naufragantium bona pristini dominis restituere teneri, quia licet sit opus pium fidei defensio, nihil tam pium, quam proprijs dominis, quod suum est restituere, iuxta Iuris Naturæ præscriptum, adeo ut licet per Principem fuerint bona ita erogata in fidei defensionem, cum tamen Princeps Reipublicæ expensis hoc pium bellum sustinere teneatur, consequens est ut pristinis dominis eatenus damnum compensare debeat, quatenus in ærarij utilitatem versum sit, ut ipsemet Lagun. docet, n 14 cum seqq.

Greges, quæ ex aliquo opido ad alium transeunt, Vacantes non sunt, neque ad S. Cruciatam pertinet, sed pristinis dominis reservantur, ut cavetur in L. 8. t 13 lib. 6. recop.

Nota, que todos los ganados perdidos, que llaman mesteños, y mostrencos, por R.s Privilegios, son del Concejo dela Mesta, como consta de sus Leyes, tit. 20 por todo el, a que se refiere D.r Ju.º de Solorzano, tom. 2 lib. 3. cap. 25 n 39 y 40.

Cruzada, Subsidio, y Escusado.

El Valor de estas tres Gracias en el año de 1737, fue el sig.te	Mrs de Vellon
Cruzada de Castilla, y Leon de todo el año	221 quentos. 715 D000
Cruzada de Valencia, Navarra, Principado de Cathaluña e Islas de Canaria	70. q.s 338D555
Subsidio, y Escusado de los Reynos de Castilla, y Leon los de Navarra, Aragon, Principado de Cathaluña e Islas de Canaria	206 q.s 924D776
Total	498. q.s 978D331

Hazen Reales de Vellon 14 Millones 675D833 y 9 mrs

Carcer – Carceratio.

Carceratio injusta esse potest, aut ratione jurisdictionis, aut ratione personae, aut ratione temporis, aut ratione loci, aut ratione ordinis non servati, aut ratione causae, et rei de qua agitur. In quolibet ex iis casibus gravamen infert irreparabile per diffinitivam, et appellabilis est, ita tamen, ut reus in carcere maneat, donec aliter a Judice superiore jubeatur. Et si inferior appellationi non detulerit, vim facit, ut optime docet D. Salgado de Reg. Protectio. par. 2. cap. 4. per tot. ubi explicat quando in praefatis casibus injusta carceratio dicatur. Videndus.

Et notta, quod cum Carceris gravamen tractum habeat successivum, et quotidie gravet, emitti potest apelatio, non solum infra decem die, a jure regulariter praefixos, sed etiam post illos; quia cum quotidie fiat gravamen, semper consideratur á jure gravatus, esse intra tempus ad appellandum, tanquam á nobo gravamine, ut optime explicat Salg. dic. par. 2 cap. 4 ex n. 228. Nec obstat textus in Cap. Consertationi, de appellat. in 6. quo cabetur, a gravamine extraiudiciali, duo offerri remedia, nempe appellationis infra decendium, et recursus, vel simplicis querella ad superiorem, etiam post dictum tempus, cuius regula veritatem agnoscit idem Salg. de Reg. protec. par. 2. cap. 13. n. 23. 24. et 25; quia procedit tantum quando gravamen tractum successivum non habet, ex praedictis, et ex noto juris principio, quod gravamen est fundamentum appellationis.

Confirmatio.

Licet Cardinalis Bellarminus tom. 3. lib. 2. cap. 8. et 9. doceat, materiam essentialem sacramenti confirmationis esse solum chrisma ab Episcopo consecratum; nulla facta mentione manuum appositionis: Natalis Alexander tom. 1. Theologiæ Dogmaticæ, et moralis, libro 2. cap. 1. art. 2. et 3. probat ex Scriptura, Patribus et Concilijs, non minus essentialem materiam esse huius sacramenti manuum impositionem, quam chrisma. Quoad formam vero Bellarminus d. lib. 2. cap. 13. et Natalis art. 3. propositione unica docent, esse orationem, manuum appositioni adjunctam, et solemnia verba, chrismati unctioni respondentia.

Compromissum

Licet per L. 26. tit. 4 part. 3. cautum sit iure non habere compromissum, nisi in eo certa poena adijciatur, adeo ut partes non teneantur parere iudicato, immo posita poena, possunt vel eam soluere, vel stare sententia arbitrali: tamen hoc partitarum Legis dispositio, hodie non procedit, ut docet Acevedo in L. 4 tit. 21. lib. 4 Recop. Glo. so cierta pena, maxime ex n. 56. Ratio potissima est, quia iure novissimo ex L. 2. t. 16 lib. 5. comp. stipulatio in omnibus contractibus habetur pro expressa, illiusque vi, tenet contraveniens ad interesse, quamvis poena non aponat in compromisso, ac per consequens validum, et eficax erit, licet poena aposita non sit, ut optime considerat Acevedo citatus n. 57, et ante eum D. Greg. Lopez in L. fin. t. 4. par. 3. verbo, e no sera, quam refert, et sequit Gutierrez in repetitione L. nemo potest, n. 427 de legat. 1. Qui omnes resolvunt, hoc interesse, ad cuius praestationem contraveniens ex stipulatu tenet, esse ipsam rem, vel quantitatem, quae erat materia litis. Vide tamen Acevedo n. 58 cum segg. et Joannem Gribel Decis. Dolana 1. per tot.

Confraternitates

Confraternitates, quae Religionis, et pietatis causa instituuntur, licite institui non possunt, nisi prius earum Statuta a Principe examinentur, et aprobentur. Lg. 3. tit. 14. lib. 8. Recop. ubi Azeved. ex n. 22. Gutierr. Canonicar. lib. 1. cap. 35. n. 1. Petrus Gregor. lib. 13. de Republica cap. 3. et licet Principis aprobatio precedat, erigi non possunt, nisi de consensu Ordinarij, qui eius Statuta examinare, aprobare, et corrigire potest, iuxta constitutionem 115. Clementis VIII. Barbos. de Iure Eccles. lib. 2. cap. 11. ex n. 73. Luca de Preheminent. discurs. 10. Et quod plus est, cautum est in Lg. 4. eiusdem tit. 14. lib. 8 Recop. omnes confra

ternitates, etiam à Principe aprobatas, tollendas esse ibi: Otro si mandamos q. las Cofradias que hai en estos Reynos, de Oficiales, se deshagan, y no las haya de aqui adelante, aunque esten de Nos, confirmadas, y que à titulo de ellos tales oficiales no se puedan ayuntar, ni hazer Cav.de ni Ayuntam.to so pena de cada 10 d. mrs. y destierro de un año del dho Reyno.

Vease Van Espen de jure Eccles. par. 2. tit. 37. cap. 6.

Ed. f. 603.

Cautio = Cavere = Contumacia

Nemo cavere tenetur, nisi prius de credito, et actione ~~debitoris~~ creditoris constiterit ex publica scriptura vel sumaria testium informatione, constat ex leg. 66. tauri.

Contumacia incurritur ex unica citatione, et contestatio fieri debet intra novem dies peremptorios, a die notificata citationis; alias reus contumax redicitur, et pro confesso habetur. l. 1. tit. 4. lib. 4. recopil. et in l. 32. tit. 4. lib. 2. qua cavetur, unica contumacia litem haberi pro conclusa.

Correi = Fideiusores

Certum est correos, et fideiusores habere iure novissimo beneficium divisionis, ex Authen. Hoc ita, Cod. de duob. reis, et Authent. Presente, Cod. de fideiussorib. Hac tamen iuris civili dispositio correcta est iure Regio, ex L. 1. tit. 16. lib. 5. recop. ut docet cum alijs Ayllon ad Gomez lib. 2. var. cap. 12 n. 3, et cap. 13. num. 16. Carleo. de iudic. tom. 1. disp. 5. n. 10. Larrea, allegat. 112 ex n. 31, qui ex hoc infert, fideiusores tutorum in solidum conveniri. Nota, quod cum plures sunt rei debendi, et pecunia ad unum tantum pervenit, alij loco fidiiussoris haberi debent, et excussionis, alijsque fidiiussorum beneficijs gaudent. Leotar. de Usur. q. 94. n. 11. Olea t. 5. q. 3. n. 2. Conditio si non nupserit.

Hac conditio in contractibus indistincte vitiat dispositionem. At in ultimis voluntatibus, quidquid dicant Peraan de condition. par. 2 cap. 3 ex n. 18. Sanchez de matrim. lib. 1. disp. 34: verior sententia est, conditionem nuptiarum prohibitivam, aut perpetua viduitatis inductivam, tanquam imposibilem, et contrariam libertati matrimonij reprobari, et pro non scripta haberi. Card. de Luca Siden. de testam. discur. 23 per tot.

Collatio bonorum

Regula est, filium, et filiam, caeterosque descendentes, conferre debere dotem, et donationem propter nuptias, et alia bona, quae titulo lucrativo receperunt per actum inter vivos a parente. Si tamen postea haeredes instituant, possunt ab haereditate abstinere, retenta donatione, vel dote, cum hoc tamen temperamento, quod si huiusmodi dos, aut donatio inofficiosa fuerit, conferre tenebunt bona donata, vel in dotem constituta, quatenus legitimam excesserint. Non tamen praecise attenditur valor bonorum parentis tempore mortis, quia in Liberorum electione est, vel istud, vel tempus dotis, aut donationis propter nuptias attendi. Si vero donatio, non propter nuptias, neque ex causa matrimonij facta sit, inofficiosa dicetur, eo ipso quod legitimam excedat, habito respectu ad tempus mortis parentum; et non sufficit excessus in legitima, quia requiritur etiam in tertio, et quinto, quae spectant ad liberam patris dispositionem inter liberos, iuxta ordinem L. 29 tau. Haec conclusio nullam patitur difficultatem ex textuali dispositione L. 29 Tauri.

Similiter regula est generalis, descendentes omnes, quibus ab intestato debetur legitima, si concurrant in ascendentium successione, conferre teneri quidquid ex parentum bonis per actum inter vivos perceperit. Constat ex L. ut liberis C. de Collation. et ibi glo. et omnes, prae caeteris Anton. Gomez in dicta L. 29 tau. ex n. 16. qui num. 20. recte docet, illa tantum bona in collationem venire, quae filius, vel descendes habuerit ex substantia illius ascendentis, de cuius agitur successione ex textu in L. quoniam novella C. de inofficios. testam. quae expressa est, ac per consequens bona castrentia, et quasi castrentia non conferunt, prout nec etiam aduentitia. Aliud tamen est in profectitijs, quae in legitimam imputantur, ac per consequens conferuntur.

Haec tamen regula tres habet limitationes ex Ayora de partit. parte 3. quaest. 14. n. 49. Prima est si maritus perdiderit dotem absque culpa uxoris, Authentica quod locum Cod. de collationib. Secunda si dos, non per actum inter vivos, sed iure legati, aut praelegati relicta fuerit, nam iuxta L. a patre C. eod. relicta in testamento non conferunt, ex praesumpta

Vide Fontanel. de collat. bonor. eiusque materias tom. 1 de pact. claus. 4 glo. 1 ex n. 31 ubi plenissime docet, donationem, factam contemplatione certi matrimonij, quod est illius causa finalis, conferendam esse; secus vero dicendum in donatione, facta ex causa matrimonij generalit. et non cum certa muliere contrahendi. Ratio praecipua est, quia donatio ex causa certi matrimonij, dicitur ob causam quae confertur, alia vero dicitur donatio simplex, cuius matrimonium incertum causa dicitur non finalis, sed impulsiva, iuxta distinctionem, probatam a cit. Authore ibid. ex n. 13.

testatoris voluntate. Sextus est quando pater post donatam filiae magnam pecuniam, aut bonorum quantitatem, postea bona dividi iussit inter eam, aliumque filium, 𝔏 ex parte § intestato ff famil. excisc; immo etiam si in praeposita specie, pater aliqua bona indivisa reliquerit, non tenebitur filia donationem ex causa dotis sibi factam conferre, ut explicat Ayora citat. n. 50 et 51.

An autem in huiusmodi collationibus atendi debeat valor bonorum iuxta tempus donationis, aut dotis constitutionis, an vero tempus mortis, vide notata tom. 1. observat. verbo estimatio fo. 64. p. 2.

Vide Anton. Sabrum lib. 2. cod. tit. 3. defin. 2. Robles de repraesent. lib. 2. cap. 16. ex num. 103. Hermosilla in leg. 3. tit. 4. partit. 5. glos. 6. fol. 242. et notata infra fol. 337.

An autem nepos, vel neptis conferre, et in legitima imputare teneantur dotem, vel donationem propter nuptias matri praemortuae factam, maxime quando illius haeredes non sunt, quo casu repraesentatio cessat, an vero donationem vel dotem debeant habere praecipuam, anceps est quaestio, in qua Cancer. negativam sententiam tenet; nam cum nepos, aut neptis legitimam habere debeant ex substantia Avi, propter subintrantiam in locum matris praedefunctae, et absque illius repraesentatione, minime collatio locum habet, ut docet tomo 1. variar. cap. 3. de legitima à n. 62. Contrariam tamen sententiam tenet Gomez in L. 29 tau. n. 40. Vide notata tom. 1. observ. fo. 229. Hoc unum certum est Legem 29. tauri. quoad hoc caput ius commune non immutare, quia solum conferri iubet dotem, vel donationem maternam à nepotibus, si sint matris haeredes, ibi: Sean obligados ellos, y sus herederos à traer à collacion y particion etc; et concurrente haereditaria qualitate, rationes repraesentationis, et civilis personarum identitatis, collatio locum habet etiam iure communi.

Donatio simplex facta filio in potestate constituto, non venit in collationem; immo filius donatarius eam habet praecipuam ut optime docet Ant. Gomez in dicta L. 29 tau. n. 26. Ratio est, quia haec donatio non valet propter impedimentum patriae potestatis, et solum confirmatur per mortem, si traditio in vita praecesserit iuxta textum in l. papinianus ubi glo. et DD. ff. de donationib. inter vir. Unde habet vim ultimae voluntatis: et cum legata, vel relicta in testamento, vel ultima voluntate non conferantur, consequens est, praedictam do-

rationem non conferri; quam doctrinam, et conclusionem ampliat Ant. Gom. citatus ad casum in quo prædicta donatio statim valeat, ratione juramenti, vel alias. Si vero tali donatio facta sit à patre filio emancipato, vel à matre, tunc in collationem venit, quia statim valet, absque confirmatione per mortem, L. vt liberi § fin. Cod. de collationib. licet quoad donationem factam à matre dubitet Gom. citatus, qui nº. 29. vers. hodie autem, docet, de iure Regio indistincte donationem simplicem non conferri, sive facta sit à patre filio emancipato, vel in potestate constituto, sive à matre, quia in ea censetur donatarius meliratus ex L. 26. tau. vt docent Regnicolæ omnes apud Gomez, addo ut eam præcipuam habeat ex Gom. ibid.

Vide Ayora de partit. part. 2. q. 3. n. 6.

Donatio ob causam, sive sit contemplatione matrimonij, sive ob aliam quamcunque causam, semper confertur, ut late probat Fontanella cum alijs tom. 1. de pact. claus. 4. glo. 1. ex n. 33. Abendaño omnino videndus in L. 29. tau. glo. 3.

Collatio ut locum habeat sequentia requiruntur. Primo ut ille qui petit collationem, et à quo petitur, sint de liberis testatoris, sive agnati, sive cognati fuerint = 2º. quod succedant titulo universali, non vero particulari legati, vel fideicommissi, nisi forte tale legatum, fideicommissum, vel donatio esset inofficiosa; quia tunc residuum teneretur conferre, et restituere, ex authentica Vnde si parens Cod. de inoffic. testam. 3º. vt bona, quæ petuntur conferri, processerint ex patrimonio illius, de cuius agitur successione = 4. ut sint acquisita vivente eo de cuius hæreditate tractatur. Vnde si post mortem bona advenerint, non conferuntur = 5º. quod liberi inter quos debet collatio fieri, tales sint, qui ius habeant petendi legitimam = 6. et ultimo, quod filius, vel descendens à quo collatio exigitur, velint succedere; quia si renunciat, vel ab hæreditate se abstinuerit, conferre non tenetur, nisi forte donatio, quæ venit conferenda inofficiosa fuerit, id est legitimam, tertium, et quintum excesserit. quia eo casu excessus conferri debebit. Hæc omnia docet Ant. Gom. in L. 29. tau. sub num. 22. vers. quoad quintum principale, ubi id iuribus, et authoritatibus probat, et ex n. 33. pulchre explicat differentias int. collationem, et imputationem.

Filius, cui pater contemplatione certi matrimonij dona-
tionem fecit, quae ob causam dicitur, et quidem finalem,
ex traditis a D. Olea, tit. 2 q. 1 per tot, conferre tenetur
bona donata, id est ea coacervare cum reliquis bo-
nis haereditarijs, si in illis patri succedere velit ~~ex aequa-~~
~~xxxx~~ una cum fratribus, et ad id compelli potest Iudicis
officio. Gom. in L. 29 tau. n. 36. Fontanel. claus. 4
glo. 1 n. 44 et segg. qui n. 45 advertit, non teneri filium
bona sibi a patre donata conferre, nec illorum aestima-
tionem, vel valorem, si bona fide consumpta sint, absque
propria donatarij culpa, et dolo; imo tunc admitti de-
bet ad successionem absque collatione. L. 2 § dellis,
ff. de collat. bonor. Authent. Quod locum desic. hi ce-
santibus, cod. eod. Si tamen non consumpta, sed dete-
riorata sint praeter culpam, et dolum donatarij, 28
solum conferre tenetur modo, quo reperiuntur bona
tempore mortis patris. Afflict. decis. 247. hoc tamen
intellige, si donatarius cum fratribus concurrere velit
ad successionem. Si vero haereditatem repudiet, et donatione
contentus sit, minime conferre tenetur bona donata, ut ad-
vertunt Ant. Gom. in dic. L. 29 tau. n. 32 et Fontanella,
ubi prox. n. 44

Census perpetuus. iterum fol. 96.

Valor census perpetui regulatur ad rationem unius pro triginta. Optime Avendaño de censibus cap. 29. per totum; Vide infra fol. 293. et Maldonado de secunda supplicatione tit. 3. q. 11. ex num. 56. ubi hanc conclusionem optime probat, eo addito, quod solum procedit in censibus perpetuis non emphyteuticis; si vero hanc qualitatem habuerint, aestimari debere ad rationem unius pro quadraginta; quia valor census emphyteutici duplo maior est, quam census consignativi redimibilis. Vide omnino hunc Authorem, et Rodriguez de ann. reddit. lib. 1. cap. 6. ex numero 21.

Census consignativus.

Certum est pactum de retrovendendo esse de substancia contractus censualis. Fontanella de pact. tom. 1. claus. 4. glos. 18. part. 2. per tot. D. Covarrub. lib. 3. Variar. cap. 8. num. 5. ubi id toto christiano orbe admissum testatur. Quo supposito questio est non modica, an debitor census invito creditore, vel domino possit illum per partes extinguere, et redimere, maxime si in contractu pactum sit inter contrahentes, unica solutione fieri debere redemptionem. In hac quaestione Felicianus de censib. lib. 1. cap. 8. ex num. 16. Avendaño de censib. quaest. 107. per tot. Cenalius de censib. quaest. 110. per tot. Pela dissert. 34. ex num. 48. et Card. de Luca de censib. discurs. 39. num. 3. docent, etiam pro parte fieri posse redemptionem dum modo dimidia sit, aut tertia, vel ut ipsemet Cardinal modica portio non sit, sed considerabilis, ita, ut prudenti Iudicis arbitrio, damnum non afferat creditori. Isque DD. et cum aliis Gutierrez practicar. lib. 2. quaest. 174. mordicus tenent nullius momenti, et iniquam esse pactionem per quam debitor censuari

ur compellitur unica solutione censum redimere. Fundamenta precipua duo sunt. Primum deducunt ex cap. 1. et 2. extra de emption. et vendit. in quibus permittitur censum extinguere in totum, vel pro parte. Unde inferunt dividuum esse. Secundum ex eo, quod census ut iustus sit omnimodam libertatem praefert redimendi in debitore censuario, cui derogari aiunt huiusmodi pactione, quoties huiusmodi libertatis restrictio maiori pretio non compensatur.

Contrariam sententiam tenent gravissimi DD. maxime Fratran. Dicept. 323. num. 4. et Dicept. 717. ex num. 20. Leotard. qui ceteros cummulat omnino videndus, de Usuris quaest. 67. ex num. 30. eamque amplecti videtur Anton. Gomez lib. 2. Varian. cap. 10. de individuis sub num. 23. versic. Quinto infero. D. Olea tit. 6. quaest. 10. num. 36. et 45. ibi: Maxime cum redemptio census non possit fieri per partes. Et tit. 4. quaest. 6. num. 30. ubi sine dubio esse probat, unum ex pluribus heredibus eius, qui censum imposuit, non posse invito creditore redemptionem pro parte hereditaria facere. Moventur, tum ex eo, quod in dictis extravagantibus solum approbatur conventio contrahentium, ut census valeat in totum, vel pro parte redimi: tum ex individuitate contractus: tum ex natura pacti de retrovendendo, quod est ut non nisi toto oblato pretio exerceri possit. leg. 2. cod. de pact. inter emptor. et venditor. Leotard. dict. q. 67. n. 37. Tandem, quia pactum ne liceat aliter quam unica solutione censum redimere, non aufert, neque restringit liberam facultatem redimendi plus quam ius, et natura contractus patiatur. Potest enim venditor eadem re pura pecunia quandocumque redimere, ut ait Leotard. n. 42.

Census.

Valet pactum in contractu census, ut nisi debitor censua-
xius, certis temporibus solvat, prædium speciali-
hypotecæ obnoxium, cadat in commisum, et iuxta
thenorem instrumenti hoc modo concepti, iudicari
præcipitur in leg. 68. Tauri

Census

Quando de nullitate argui possit census onexatus vigore
Regiæ facultatis, late explicat D. Olea de Cessione tit. 4. q. 1.
ex num. 33. et in additionibus Vesolet. 45.

Census

Si maioratus institutor disposuerit ut non aliter. Redimi possint census in maioratu comprehensi, quam facto deposito, et sorte in nova census creatione impensa, nihil agit, quia hec conditio est contra census naturam. D. Salgado in labyrint. p. 1. cap. 26. contra D. Molina lib. 2. cap. 10. n. 6.

Census

Specialia iure Regni inducta in materia census vide in tomo 2. observat. fol. 75.

Censum esse prescriptibilem, communiter docent DD. si de pensionibus tantum loquamur. An autem unica prescriptio 30. vel 40. annorum respective sufficiat ad prescribendam actionem pensiones exigendi tam preteritas, quam futuras; an vero tot prescriptiones requirantur, quot sunt anni, non levis est difficultas. Fontanella de pactis claus. 4. glos. 18. p. 5. ex num. 15. fol. mihi 440. docet absolute unicam sufficere quadragenariam prescriptionem iuxta terminos leg. Cum notissimi §. quam obrem Cod. de prescript. 30. vel 40. annor. quae iuxta prefata leg. decissionem sufficit in actione hypothecaria. Quae sententia si vera est, operabitur et in Regno Castellae sufficiant 30. anni iuxta leg. 63. Tauri.

Vide Velam dissert. 34. ex num. 129. ubi optime probat, unicam esse obligationem et actionem, atque unica tolli praescriptione. Gomez lib. 2. variar. cap. 11. n. 45. Cancer. par. 3. cap. 20. n. 58.

Sed Card. de Luca de censib. discur. 20. summe difficilem reputat in censibus prescriptionem, tam quoad sortem, quam quoad pensiones. In sorte, quia cum sit capitale de mortuum, peti non potest, et impedicat prescriptio actionis, quae nata non est. In pensionibus, quia cum eas exigere sit actus merae facultatis, requiritur creditoris petitio, denegatio debitoris, et subsequuta acquiescentia creditoris, quae loco possessionis habetur in iuribus incorporalibus. Et cum possessio sit primum prescriptionis requisitum, iuxta vulgare principium, tantum prescriptum, quantum possessum, consequens est, ex hoc solo motivo, prescriptionem cessare.

Deinde difficile est probare continuatam negativam solutionis, quia deduci debet tempus vitae impositoris ratione malae fidei, et pupillaris aetatis creditori

ditoris, qua durante cessat praescriptio, et tempus mi noris aetatis, quae etiam aggerit restitutioni in integrum, ac tandem sequitur oppinionem dicentem, tot requiri praescriptiones, quot sunt pensiones. Ex quibus concludit periculosissimum esse ad hoc effugium confugere, meliusque esse allegare praesumptam extinctionem, quae probari poterit per centenariam, aut immemorialem non solum quoad fructus, seu pensiones redditum, sed quoad sortem. Et si immemoriali non adsit, constat vero de tempore considerabili, si alia adminicula concurrant, solutio pensionum praesumi debet. = Vide tamen Anton. Gomez. lib. 2. Variar. cap. 11. num. 45. 46. et 47. et ibi Ayllon D. Salgado de Reg. Protect. p. 4. cap. 7. ex num. 135. qui late disputant, an unica actio nascatur ad annuos redditus ex contractu exigendos, ita ut unica praescriptio sufficiat, an vero multiplex sit talis obligatio, taliter, ut tot requirantur praescriptiones, quot sunt anni. Vide Carleval tit. 3. disp. 4. ex n. 17.

An autem correo uno debendi, constitutore, aut confideiussore praescriptione liberato, liber etiam evadat beneficio praescriptionis alter correus, constitutor, aut confideiussor; aut saltim habeant cedendarum exceptionem! Videndus omnino est D. Olea in addit. ad tit. 5. q. 2. volum. 23. per tot. Et utrum interruptio praescriptionis facta per solutionem debitoris, aut iudicialem interpelationem, praeiudicet alijs in eadem obligatione obligatis, sive sint fideiussores, sive correi aut tertij possessores, vide Fontanella claus. 4. glos. 18. p. 4. ex num. 45. fol. mihi 442.

Censuræ

De materia censurarum, tam in genere, quam in specie latissime agit Monacellus in formulario legali practico fori Ecclesiastici tom. 3. per tot. In § 1. præludij, explicat naturam Excomunicationis in genere. in 2. de Excommunicationibus reservatis. In 3. de Excommunicationibus non reservatis. In § 4. de effectibus Excomunicationis. In 5. de potestate Excomunicandi. In 6. de absolutione excomunicationis. In 7. de suspensione. In 8. de potestate, et causa ferenda suspensionis. In 9. de effectibus suspensionis. In 10. agit de absolutione suspensionis. In § 11. de interdicto. In 12. de effectibus interdicti. In 13. de absolutione interdicti. In 14 de cessatione a divinis. In 15. de irregularitate. In 16. quomodo tollatur irregularitas. Et tandem § 17. de effectibus irregularitatis. Hæc omnia habentur ab initio tomi 3. usque ad pag. 42.

Pergit deinde ad explicationem Excomunicationis in particulari, et tit. 1. formu. 1. tradit Sententiam declaratoriam Excomunicationis contentæ in Canone Siquis suadente diabolo 17 quæst. 4. contra Clericii, aut Monachi percussores, fo. 43 et seqq.

In formula 3. ponit Sententiam declaratoriam excomunicationis contentæ in Cap. Conquesti de Sentent. Excomunicat. contra Sacrilegos, et violentos efractores Ecclesiæ, atque furantes, et Spoliantes supellectilem, aliaque bona mobilia, vel Sacra, et divino cultui dicata, circa quod notandum

cit, post Tridentinum ubi cap. 22 cap. 11. de reformat. hanc censuram esse latæ sententiæ, ita ut sacrilegus ipso facto excomunicatus, et à solo Papa absolvendus, in quo correctum est jus antiquum ex Espexello decis. 137. n. 17. Monacello ibid. fo. 55. cum seqq.

In formu. 8. fo. 63. explicat sententiam excomunicationis contentæ in Cap. Nullus Judicum de foro compet. et in Bulla Cenæ Canone 19, quæ est Papæ reservata contra Magistratus, Judices, Notarios, Scrivas, Executores &c. quomodolibet se interponentes in causis criminalibus contra Ecclesiasticas personas, illas procesando, bannicendo capiendo, sententiando &c. absque expresa licentia Sedis Apostolicæ.

In formu. 9. eiusdem tit. 1. fo. 67. tradit sententiam declaratoriam contentam in Cap. Administratores 23 quæst. 5. contra Judices Seculares, qui requisiti ab Ecclesiastico, ei auxilium denegant, quæ non est latæ sententiæ, sed ferendæ, nec Summo Pontifici reservata.

In formu. 11. pag. 70. explicat sententiam declaratoriam Excomunicationis contentæ in Canone Definivit 17. q. 4. et in Bulla Gregorij XIIII contra Judices Seculares extrahentes reos ab Ecclesia in casibus non exceptis. Circa quod notandum est quod prædicta Bulla Gregorij XIIII circa Ecclesiarum immunitatem non est in Hispania usu recepta, immo ab ea fuit Regio nomine suplicatum, ut tradit D. Crespi de Valdaura tom. 2. observ. 63. ac per consequens immunitas Loca-

cis Ecclesiae debet regulari juxta antiquos Canones, nulla habita ratione praefatae Constitutionis.

In formu. 13. et 14. pag. 76. ponit sententiam declaratoriam Excomunicationis contentae in Cap. Quoniam de immunit. Ecclesiae in 6. et in Canone 13. 14. et 16 contra impedientes, aut prohibentes, ne Judices Delegati Apostolici in causis sibi commissis procedant, sive in prima, sive in secunda instantia. Notandum tamen est, hoc in Hispania non procedere quando Delegatus Apostolicus, contra formam praescriptam in Cap. Causae omnes sessione 24 de reformat. Concilij Trident. praetendit de causa sibi comisa cognoscere, iuxta tradita infra fo. 231. ex doctrina D. Salg. de Supplicat. ad Sanct. par. 2. per tot.
Notandum etiam est, quod licet Monacellus citatus teneat, hanc censuram esse Papae reservatam: tamen contraria sententia verior est, ut probat Regens Corrada tom. 1. decis. 27. n. 30.

In form. 15. pag. 84. tradit sententiam declaratoriam Excomunicationis ferendae contentae in Cap. Quod in dubijs de sententia Excomunicationis, contra eos, qui in contemtum clavium, et Ecclesiasticae potestatis, comunicant scienter cum publice Excomunicatis.

In formu. 17. pag. 84. explicat sententiam Excomunicationis ferendae, contentae in Cap. Omnes decimae 16 q. 7. contra eos, qui post monitionem decimas solvere recusant. Requiritur autem partis instantia, nisi forte liquido constet Episcopo

de decimis decimarum.
In formu. 13. pag. 83. tradit Sententiam Excommunicationis ferendæ, contentæ in Cap. Præterea 3. de Usuris, contra Usurarium, etiam laicum post canonicam monitionem, quæ ei fieri debet, ut desistat ab exactionibus, et contractibus usurarijs sub pœna excommunicationis. Vide citatum Monacell. circa formam, et instructionem processus in hoc crimine, ex n. 29.
Et nota quod cum usura sit qualitas attributiva jurisdictionis: si ex instrumentis contractuum, qui usurarij præsumuntur, constiterit, talis non esse, Judex nulliter procedet, ac per consequens vim faciet, pro qua tollenda adiri potest Senatus.
In formu. 21. pag. 96. explicat sententiam declaratoriam Excommunicationis Papæ reservatæ, contentæ in Cap. Per tua 32 de Simonia, et ibi n. 12. explicat diferentiam inter Simoniam mentalem, realem, et conventionalem.
In formu. 23 pag. 101. explicat excommunicationem contentam in Cap. Quicumque 12 q. 2, et Cap. Omnes Ecclesiæ 17 q. 4. innobatam à Concilio Tridentino Sessione 22 cap. 11 de reformat. quæ est Papæ reservata contra usurpantes bona Ecclesiarum, Monasteriorum, Hospitalium, vel alterius Loci pij, vel retinentes, et in proprios usus convertentes eorum bona, pecunias, et jura, licet non authoritate publica usurpentur, sed solum per Administratores, Officiales, Syndicos, Exactores, depositarios, aut Oeconomos usurpatio fiat,

quoniam ij omnes anathemata subjacent.
In formu. 29. pag. 115. tradit sententiam declarato-
riam excomunicationis ferendæ, contentæ in Cap.
ex literis 10. de sponsalib. contra sponsum renuen-
tem post sponsalia matrimonium contrahere.
In formu. 18. pag. 101. tradit formam sententiæ
declaratoriæ excomunicationis contentæ in Bul-
la Gregorij XV contra Iudices Conservatores, qui
præter formam in dicta Bulla contentam, ju-
risdictione sibi concesa abutuntur contra Ordi-
narios.

Excomunicatio.

Ad excomunicationis sententiæ validitatem, tres monitio-
nes Canonicæ requiruntur, et ante omnia constare debet de
Rei contumacia, ut notum est, et explicat Van-Espen
tom. 6. tract. de Censur. cap. 3. §. 1. et 2. Difficultas ta-
men maxima est, quomodo incurri posit excomunicatio
lata sententiæ, in qua nulla monitio, aut citatio præ-
cessit, ut ipsemet Author explicat ubi proxime §. 4. et cap. 8.
§. 7. versu. Verum.

Capitula Cathedralium

De capitulorum cathedralium exemptionibus latissime agit Thomassinus de veter. et nova Ecclesiæ Disciplina, part. 1. lib. 3. cap. 41. per tot.

Judices Conservatores à Summo Pontifice deputati, cognoscere prohibentur de omnibus causis praeter injurias, et violentias manifestas sub pena amissionis naturalitatis, et temporalitatum, ex L. 1. t. 8. lib. 1. Recop. quae in omnibus conformis est Bullae Gregor. 15. Unde si extra injuriam, et violentiam manifestam cognoscat, vim faciunt. Videndus D. Salgado de Reg. Protec. par. 2 cap. 10. ex n. 66. ubi ad intelligentiam praefatae Legis, et Concilij Tridentini sessione 7 cap. 14. et sessione 14 cap. 5, ex comuni DD. sententia probat omnino necessarium esse, Judicem Conservatorem ante omnia probare notoriam injuriam, et violentiam manifestam antequam ad actum jurisdictionalem perveniat; alias nihil agere. Ratio est, quia injuria, et violencia manifesta, est qualitas atributiva jurisdictionis, quae probanda est à Conservatore, tanquam suae intentionis fundamentum. = Caetera quoad Conservatores tum Academicos, tum Regularium, vide infra fo. 146. Et nota, exteros eligi, aut nominari non posse Judices Commissarios Apostolicos, et Conservatores; ac naturales Regnorum Castellae extrahi non posse, nec molestari; alias decernitur in Senatu, indigenam esse Judicem nominandum, ut cavetur Regio Decreto 66. anni 1522. quod habetur par. 1. fol. 10. et explicat D. Salgado de Retent. Bullar. par. 2. cap. 11. ex num. 92. qui omnino videndus est d. cap. 11. per totum circa Conservatorum Jurisdictionē. Probat enim, aliter sentiendum esse de Conservatoribus in forma communi, aliter vero de ijs, qui Jurisdictionem, et officium habent perpetuum, ut sunt Conservatores Universitatum, qui ordinarij censentur, et in prima instantia cog-

noscere possunt, ac debent etiam post Concilium Tridentinum de causis beneficialibus, ceterisque ad forum Ecclesiasticum pertinentibus, ut late prosequitur vir doctissimus ex num. 93. Cavendum tamen ab eo est, quatenus eandem Ordinariam Iurisdictionem adstruit in Conservatoribus Regularium; quia quoad istos, cessat difficultas post Bullam Gregorij XV. innovatam novissime per aliam Innocentij Xuj, § 26. licet Conservatoria Universitatum permaneant, nec in aliquo derogata censeantur per præfatas Bullas. Sondutus videndus de praevent. par. 2. q. 53. per tot. = Vide Cochier de iuris. in exempt. par. 2. cap. 1. per tot. et Farinacius tom. 2. Dec. 616. etiam per totam. Fagnan. in cap. sane 11. de Offic. Iudicis Delegati n. 50. et per totum; et in cap. si clericus de foro competen. ex n. 58. ad litteram refert Constitutionem Gregorij XV. Itorum infr. fol. 146.

Conseruatores.

Vt electio, et nominatio Conseruatoris a Regularibus facta, sit valida, et Iurisdictionem ei tribuat, debent concurrere in electo qualitates, et requisita praescripta in Constitutione Gregorij XV. et deficiente aliquo requisito ex praescriptis in dicta Constitutione, electio est nulla, et electus non adquirit Iurisdictionem. Thesaurus de poen. Eccles. par. 2. verbo Conseruatores cap. 1. vers. In Decreto, Pignatel. tom. 3. consult. 1. n. 5. cum pluribus, et alij citati a D. Iosepho Romaguera in Manifest. siue Allegat. pro suo defensione, contra Priorem sancta Annae Barcinon. a n. 10. quae allegatio videnda in materia Conseruatorum, et habetur in V. tom. allegat. Cataloniae D. Bassa.

De Origine, Iurisdictione, et authoritate Conseruatorum, de intelligentia, et praxi Constitutionis Gregor. XV. et alijs in materia vide Calderio tom. 3. decis. 118. 119. 120. et 121. per tot.

Conseruatores exhibere tenentur litteras sua Deputationis coram Episcopis, alijsque locorum Ordinarijs, ut constat ex Bulla Innocentij XIII. expedita precibus Cardin. Belluga, n. 26. per quam superior Gregorij XV. constitutio innouatur. Iterum infra fol. 146

Creditor, qui nominatim citatus, infra terminum praefixum, non comparuit in concursu, amittit jus pignoris, hypotheca, praelationis, et offerendi. D. Salgado in Labyrin. par. 1. cap. 8. ex n. 1. ad 14. Non tamen creditum amittit, ut docet citatus Doctor ex num. 15. videndus quoad primum caput, num. 19. cum seqq. Creditor

Conditio - Modus

Conditio est triplex: potestativa, casualis, et mixta. Omnium naturam, et effectus, et quid differant a modo, cum distinctione inter causam finalem, et impulsivam, explicat omnino videndus Covarr. Ribeira, var. lib. 2. cap. 4.

Conditio nominis, et armorum neglectam a possessore maioratus sub pena privationis impositam, an eo quando pena incursum importet, idque personalis, vel realis, videlicet cum earum distinctione apud Roxas de incompat. part. 3. cap. 1. per tot.

Gravamen delationis nominis, et armorum, quamvis verbis conditionem denotantibus impositum sit, revera modus est, et non Conditio; et nota est differentia, quae consideratur inter Conditionem, et modum, quia illa effectum dispositionis suspendit, quousque adimpleatur; modus vero effectum non suspendit, sed tantum ~~effectum ad~~ obligationem adimplementi inducit, postquam effectum dispositio, et vocatio sortita fuit, et vocatus haereditatem, et bona acquisierit, ipsique restituta fuerint; et hoc procedit et si testator in dispositioni adjecerit, quod illam facit sub hac conditione, quod ille in cuius favorem fit dispositio, aliquid faciat, quod in futurum adimplendum venit: nihilhominus illud, quod sub nomine Conditionis adijcitur, modus, non autem Conditio judicandum est, et consequenter dictus Gaspar Serralta, nequaquam tenebatur adimplere modum praedictum, nec nomine, et armis de Castell, antequam dictum fideicommissum possideret, uti; ideoque jus, quod ad illud habebat, illis non utendo, non amisit, et adhuc eo casu, ad illius omissionem, in viam juris plura erant necessaria, nempe partis interpellatio, Iudicis monitio, scientia plena, et perfecta dispositionis poenalis, et oneris detrectatio, de quibus non constat; immo probabilissima praesumitur ignorantia, nondum in lucem edito, tempore conditi testamenti, nec detrectatio oneris adest, cum aliud sit omittere implemendum voluntatis testatoris; aliud illi positive contrafacere, declarando, illam nolle adimplere; nec sufficit scientia praesumpta, sed requiritur specifica, totalis, et indubitata; immo oportet habere scientiam testamenti, in illa parte poenali &ca. Sunt formalia verba Sententiae latae per Regiam Audientiam, cum Vo-

tis Sacri, sup.^{mi} Regij Consilij Aragoniæ, Refer.^{te} D. Michaele Menaster, die 6 Junij 1705. Scriba Rubi, in fauorem ~~Don~~ Antonij de Serralta, et Castell Equitis Ordinis de Calatraua, contra Salvatorem Crayols, Castell de Moya. Quæ fuit in gradu supplicationis, vulgo en Revista confirmata per Regium Consilium Castellæ in Aula Iustitiæ 18 Februarij, in actis D. Iosephi de Bordonava, Regiæ Camaræ Scribæ, ejusque fuit decreta executio, cujus virtute possidet dictus Serralta prædium de la Albufera. Doct. D. Ludouicus de Molina de Primogen. lib. 2. cap. 14. per tot. maxime a n. 12. Vide tamen Gud. Pag. decis. 251. et ibi arrestum Parlamenti, in quo decisum fuit, grauamen nominis, et armorum, conditionem importare. Thesaur. decis. 200. tot. Molinæ sententiam docte defendit Casanate consil. 9. a n. 12. cum alijs, quos refert, addens n. 14. quod in dubio, dispositio modalis præsumitur, non conditionalis, quia prima fauorabilior est, ex l. ea conditione ff. de rescin. venditione, Molina d.^{li. 2} cap. 12. n. 10. Peregrin. de fideicom. art. 11. n. 144. Mantica lib. 10. tit. 15. n. 12. Gabriel cons. 5. n. 4. Menoch. lib. 4. præsum. 175. n. 2. et 15. Bursatin Gratianus cap. 398. a n. 10. ita ut dubitationi locus esse non possit, quod grauamen nominis, et armorum, modus est, et non conditio. = Vide de hac materia Altogradum, tom. 2. consil. 101. per totum, et Duran. contrarium tenentem de condit. et dem. p. 2. cap. 35. n. 11. Villadiego in Polit. fol. 429. n. 181.

Contractus innominatus

In contractibus innominatis, locum non habet, jure Regio attento, poenitentia; potest tamen opponi exceptio adimplementi non sequuti, ut probat Gomez par. 2. var. cap. 8. n. 4. et 5. et ibi Ayllon in additionibus.

Canonicus antiquior.

Antiquioritas in possessione Canonicatus, a Iubilatione distinguitur et quandoque separatur, licet sæpissime cum ea juncta inveniatur. Ex principiis distinctis procedunt, et effectus pariunt separabiles. Illa, a possessionis tempore; Glos. in cap. fin. de Consuetud. in 6. ver. Antiquiores, Gonzal. ad Reg. Cancellariæ §. 3. proœmiali n. 23. Hæc a residentia quadragenaria, vel diuturniori servitio causatur. Moneta de distribut. par. 2. q. 7. n. 20. Fagnan. in cap. licet 32. de præben. n. 81. Garcia de benefi. par. 3. cap. 2. n. 344. Illa, præcedentiam stalli in choro, vocis in capitulo, loci in processionibus, prioritatem in turno, et optionibus, Cap. 1. de majorit. et obedien. et ibi DD. et Fagnan. n. 5. quia qui prior est tempore, potior est jure, cap. 54. de Reg. jur. in 6. Hæc vero, prærogativam distributiones in absentia percipiendi producit. Barbosa super Trident. sess. 24. cap. 12. de Reform. n. 59. Moneta de distribut. par. 2. q. 7. a n. 20. et q. 12. n. 59. et 61. Singulariter tamen, antiquioritas possessionis, a majori, seu diuturniori servitio, non reperitur discreta, de qua sic sumpta agit Cardin. de Luca de Canon. et Dignit. discur. 15. et Gonzalez ad Regul. Cancellariæ in §. 3. proœmiali n. 25. Videnda docta juris Allegatio pro Ill.mo Capitulo Ilerden. cum R.de D. Iosepho Grano Soc. Iesu, olim Canonico dictæ Ecclesiæ, dub. 1. §. 4. per tot. et habetur in 2.o tomo Allegat. Cataloniæ Iosephi Bassa.

Canonicatus Pœnitentiarius, Doctoralis, et alij qualificati, præsertim in Diœcesi Majoricen. quomodo conferendi, vide apud Cardin. de Luca de benef. dis. 28. et 29. per tot.

Cessio.

Iura passiva cedi non possunt, ut late probat D. Olea tit. 3 q. 3.
qui ex hoc principio infert n.º 16 Donatarium omnium bo-
norum Creditoribus donantis personalem actionem exercen-
tibus respondere non teneri nisi in subsidium, quando heres sol-
vendo non sit. = Usufructuarium omnium bonorum, à Credi-
toribus hereditarijs conveniri non posse docet n.º 17, quia in eum
actiones passivae non transeunt, sed in heredem. Haec tamen re-
solutio generaliter vera esse non potest; siquidem certum est,
pensiones, et caeteras annuas praestationes, onus fructuum esse
ut plenè probat Fariñ. tom. 3. desc. 74. n.º : Consequens
ergo est, fructuarium ad earum solutionem teneri. =
Ex eodem principio infert Olea emptorem hereditatis, à Cre-
ditoribus hereditarijs conveniri non posse. De equitate tamen
Canonica secus esse, ut ipsemet Doctor fatetur n.º 20, sub demum n.º
22 clausulam cessionis iurium, tantum intelligi de iuribus
activis, non vero de passivis.

Canonici [illegible]

Antiquiores [illegible]

et quandoque [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] ab Reg. Cancellaria [illegible]

a Residentia [illegible]

[illegible] par. 2. [illegible] n. 2. [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] de Distribut. par. 2. [illegible] n. 26 [illegible]

pulariter tamen, antiquioritas possessionis, ac maioris, seu [illegible] tendam semilio? non reperitur decreta, de quibus vi sumpta agit Cardin. de Luca de Canon. et Dignit. discurs. 15. et Gonzalez ad Regul. Cancellaria in § 3. proemiali n. 25. Videnda docta pariter Allegatio pro Ill.mo Capitulo Urgelen. cum D.re Josepho [illegible] Joc. [illegible], olim Canonico dicta Ecclesia, sub. 1. § 4. per tot. et habetur in 2.o tomo Allegat. Cathaloniae [illegible] Bara.

Canonicatus Poenitentiarius, Doctoralis, et alij qualificati, et assertive in Diocesi Majoricen. quomodo conferendi, videatur Cardin. de Luca de benef. dis. 28. et 29. per tot.

lem Joannem Baptistam de Tagias, et de Solà, et Stephanum Andreu, absolvendos fore, et esse, prout cum praesenti illos absolvit à praetensis in hac causa per dictum Nob. Josephum de Antich, et dictum Nob. Franciscum de Antich eius patrem, imo dictum Josephum de Antich, et haeredes, ac successores dicti Dni Francisci de Antich, teneri acceptare depositum factum in dicta tabula Cambij depositorum, in solutum, et debitam satisfactionem dictarum litterarum Cambij, et in consequentiam imponendum fore silentium perpetuum dicto Dni Josepho de Antich, nedum super Capitali quantitatum contentarum in dictis litteris Cambij, sed etiam super judiciali praetensio interesse Mercantilis decursio lite hac pendente, prout cum praesenti imponit; neutram in expensis condemnat, sed pro bistractis solitam executionem fieri mandat. = Vt. de Alòs = Vt. de Navas = Vt. Bach. = Vt. de Soleto = Vt. Ruiz. = Lata fuit huiusmodi sentia per Nob. Dn. Franciscum de Ameras Regentem, et publicata per me Dn. Raymundum Valonga, Scribam Camerae, die 22 Novembris 1717, instae Francisco Buiguets, nomine quo &a

Litterae Cam-
bij

Littera Cambij inter Mercatores, habent vim publici instrumenti. Late probat Salgo de Creditor. cap. 2. tit. 3. num. 2372. et tit. 8. num. 3095. Rota Genuae dec. 2. n. 9. Genua lib. 3 de scrip. priuat. tit. de litter. Cambij q. 6. n. 10. Ant. Monac. decis. Floren. 30. n. 4. Gratian. discep. for. tom. 3. cap. 500 n. 2. Xamar Ver. judicatar. p. 1. deffin 49. n. 38.

De materia litterarum Cambij, vide Fontan. tom. 1. decis. 124. et 125. per tot. ubi latissime. Ristany, qui latissime tom. 3. decis. 95. per totam, quem videas quaeso, et notata in alio tomo Decisionum, verbo Littera Cambij.

Canonici - Dignitates - Capitulum -

Majoricen. Praeeminentiar. 16 Junij 1674.

Pro parte Canonicorum Cathedrali Majoricen. expositum fuit in Sacra Rituum Congregatione, quod in Cathedrali Eccl.a Majoricen. adsunt vigentitres Canonici, et quinque Dignitates, quae uti habentes prebendas, et redditus separatos, non interveniunt, nec vocem habent in Capitulo; sed quia aliquando contingit, aliquas Dignitates habere etiam Canonicatus, contigit dubitari circa praerogativam praecedentiae in Aula Capitulari. Supplicatum fuit, ut dignaremur respondere Dubio: An Dignitates habentes Canonicatum, debeant occupare sedem iuxta Ordinem, et Ancianitatem Canonicalem, vel potius habere primam sedem supra Canonicos antiquiores. Et eadem Sacra Congregatio respondit: Non competere eisdem praecedentiam, sed ipsos debere occupare sedem, iuxta Ordinem, et Ancianitatem Canonicalem et ita declaravit hac die 16 Junij 1674.

A. Episcopus Portuensis, Cardin. Bramatus.

Loco ✠ Sigilli.

Canonici - Dignitates.

Majoricen. Praeeminentiarum super Dubijs Capituli, die Sabbato, Augusti 20=1712

1 An sit standum, vel recedendum a Decisis sub die 16 Junij 1674.

Ad primum. Recedendum a Decisis sub die 16 Junij 1674. nempe, competere praecedentiam Dignitatibus habentibus Canonicatum, supra simplices Canonicos, etiam antiquiores.

2 An sit standum, vel recedendum a Decisis, sub die 20 Novembris 1671. ita ut turnus incipere debeat a Canonicis antiquioribus, vel potius a Dignitatibus.

Ad secundum. Recedendum a decisis, ita ut turnus incipere debeat a Dignitatibus.

3. An idem in Coadjutoribus Canonicatuum, et Dignitatum insimul.

Ad tertium. Affirmative.

4 An Coadjutor Dignitatis, qui sit insimul Coadjutor Canonicatus, praecedere debeat Canonicos antiquiores, tam in sedendo, quam in votando in Capitulo, seu potius habere locum destinatum suae Coadjutoriae, et dare votum in eodem loco.

Ad quartum. Affirmative ad primam, et negative ad secundam partem.

5 An Dignitates, et earum Coadjutores, sive sint, sive non sint Canonici, praecisa a functionibus Chori, et Processionum, in caeteris Congressibus extra Ecclesiam Cathedralem, ubi Canonici Capi-

Ad quintum. Idem ac ad quartum.

tularitèr solent concurrere, debeant Canonicos omnes præcedere, quamvis sint juniores, vel teneantur primum locum cedere antiquioribus, vel ab huiusmodi Concursibus se abstinere.

Ad sextum. Satis provisum in præcedentibus.

6 An Dignitates Canonici, et eorum Coadjutores, possint ab Ecclesiasticis oneribus sese excusare, sub prætextu, quod non eligantur in præcipuo loco eorum Dignitatis, et an possint compelli a Capitulo, ad dicta munera sabeunda, in proprio stallo, et turno Canonicali.

Super Dubijs Dignitatum.

Ad primum. Dilata.

1 An Dignitates Ecclesiæ Majoris, quamvis non sint Canonici, habeant locum, et vocem in Capitulo, in omnibus Congressibus bonum Regimen Ecclesiæ attinentibus, exceptis tantum, quæ concernunt fructus Mensæ Capitularis, et quatenus affirmative.

Ad secundum. Dilata.

2 An dictæ Dignitates, Canonicatus non habentes, debeant præcedere in stallo, et voto, omnes Canonicos in Capitulo.

Ad 3um. Affirmative ad primam; negative ad secundam partem.

3 An spectet ad Dignitates, gradatim justa eorum ordinem, vel potius ad Canonicos, ministrare Sacramenta Episcopo infirmo, eique defuncto Officia celebrare.

4 An nolente, vel impedito Episcopo celebrare, solemnitatibus majoris hebdomadæ, Paschatis, Pentecostes, et cæteris expressis in Cæremoniali Episcoporum, signanter cap. 34. lib. 2. prout etiam occasione Processionum Sanctissimi Corporis Christi, et similium, an dictæ functiones majores, expleri debeant per Dignitates gradatim iuxta illorum Ordinem, vel potius spectanda sint per Canonicos a Capitulo deputatos.

Ad quartum - Ut ad tertium.

5 An Dignitates cogi possint ad Evangelium canendum, celebrante Canonico, vel alio inferiori.

Ad quintum - Negative.

6 An mortuo Episcopo, ante electionem Vicarij Capitularis, spectet ad primam Dignitatem, et successive ad aliam gradatim, vel potius ad Canonicum antiquiorem, convocare Capitulum.

Ad sextum - Dilata.

7 An Sede Episcopali vacante, spectet ad primam Dignitatem, et successive ad alias gradatim celebrare functiones Ecclesiasticas, in majoribus festivitatibus, quæ Viuente Episcopo, ex dispositione Cæremonialis, faciendæ sunt per Episcopum, vel potius spectet ad Vicarium Capitularem, vel alium Canonicum, a Capit. eligendum

Ad septimum - Non proposituum.

76

Ad Octavum. Quoad expensas, Verum ipsum negative.

8 An liti expensæ pro hujusmodi causis possint per Canonicos accipi ex Massa communi, quam habet cum Dignitatibus, possidentibus Canonicatum.

Dubia pro parte RR. Dignitatum Majoricens. proposita, et decisa per Sacram Rituum Congregationem, sub die 20 Augusti 1712, et iterum die 26 Augusti 1713, Referente Eminentissimo Cardinali de Abdua.

Ad primum – Dilata in prima; in secunda, negative.

1 An Dignitates Ecclesiæ Majoricens. quamvis non sint Canonici, habeant Vocem, et Stallum in Capitulo, in omnibus concernentibus bonum Regimen Ecclesiæ, excepto tantum quæ concernunt fructus Mensæ Capitularis, et quatenus affirmative.

Ad secundum – Dilata in prima; in secunda, satis provisum in primo.

2 An Dignitates Canonicatum non habentes, debeant præcedere in Stallo, et voto omnes Canonicos in Capitulo.

Ad tertium = In prima affirmative quoad primam partem; negative quoad secundam. = In secunda, in decisis.

3 An spectet ad Dignitates gradatim juxta eorum ordinem, vel potius ad Canonicos, ministrare Sacramenta Episcopo infirmo, eoque defuncto Officia celebrare.

Ad quartum – In 1.a affirmative quoad 1.a partem; negative quoad secundam. = In secunda, in decisis.

4 An nolente, vel impedito Episcopo celebrare, in Solemnitatibus majoris hebdomada, Paschatis, Pentecostes, et cæteris expressis in Cæremoniali Episcoporum, signanter cap. 34. lib. 2.

prout etiam occasione Processionum Santissimi Corporis Christi, et similium: An dictæ functiones majores expleri debeant per Dignitates gradatim iuxta illorum Ordinem, vel potius explendæ sint per Canonicos a Capitulo deputatos.

5 An Dignitates cogi possint ad Evangelium canendum, celebrante Canonico, vel alio inferiori.

Ad 5.um = In prima negative; in Secunda in decisis.

6 An mortuo Episcopo, ante Electionem Vicarij Capitularis, spectet ad primam Dignitatem, et successive ad alias gradatim, vel potius ad Canonicum antiquiorem, convocare Capitulum.

Ad Sextum. In prima, dilata. In Secunda, spectare ad 1.am Dignitatem, quæ sit Canonicus, et deinde gradatim ad alias Dignitates, quæ pariter sint Canonici.

7 An Sede Episcopali vacante, spectet ad primam Dignitatem, et successive ad alias gradatim, celebrare functiones Ecclesiasticas in majoribus festivitatibus, quæ vivente Episcopo, ex dispositione Cæremonialis, faciendæ sunt per Episcopum; vel potius spectet ad Vicarium Capitularem, vel alium Canonicum à Capitulo eligendum.

Ad Septimum. In 1.a Non proposita. = In 2.a Spectare ad primam, et successive ad alias Dignitates, etiamsi non sint Canonici.

Dubia pro parte Canonicorum Majoricensium proposita, et decisa per Sacram Rituum Congregationem, die 20 Augusti 1712, et iterum die 26 Augusti 1713, quorum Eminentissimo Cardinali de Abdua.

1 An sit standum, vel recedendum a decisis

Ad 1.um = In 1.a recedendum a decisis sub die 16 Junij 1674. nempe, competere praecedentiam Dignitatibus habentibus Canonicatum supra simplices Canonicos, etiam antiquiores. In 2.a in ultimo loco decisis.

sub die 16 Junij 1674. =

Ad 2.um In 1.a recedendum a decisis sub die 20 Novembris 1677. ita ut turnus incipere debeat a Dignitatibus. In 2.a in ultimo loco decisis.

2 An sit standum, vel recedendum a decisis sub die 20 Novembris 1677. ita ut turnus incipere debeat a Canonicis antiquioribus, vel potius a Dignitatibus.

Ad 3.um In 1.a affirmative; in secunda, in decisis.

3 An idem in Coadjutoribus Dignitatum, et Canonicatuum in simul.

Ad 4.um In prima affirmative quoad 1.am partem; negative quoad secundam. In secunda, in decisis.

4 An Coadjutor Dignitatis, qui sit simul Coadjutor Canonicatus, praecedere debeat Canonicos antiquiores tam in sedendo, quam in votando in Capitulo, seu potius habeat locum destinatum sua Coadjutoria, et dare votum in eodem loco.

Ad quintum. Affirmative quoad primam, negative quoad secundam partem. In secunda in decisis.

5 An Dignitates, et eorum Coadjutores sive sint, sive non sint Canonici, praecisive a functionibus Chori, et processionum, in caeteris congressibus extra Ecclesiam Cathedralem, ubi Canonici capitulariter solent concurrere, debeant Canonicos omnes praecedere, quamvis sint juniores, vel teneantur primum locum cedere

antiquioribus, vel ab huiusmodi congressibus se abstinere.

6 An Dignitates Canonici, et eorum Coadjutores, possint ab Ecclesiasticis oneribus se excusare, sub pretextu, quod non clipant in proprio loco eorum Dignitati, et an possint compelli a Capitulo ad dicta munera subeunda, in proprio stallo et Turno Canonicali.

Ad Sextum. Sustinuit prima. Satis provisum in praecedentibus. In 2.a in decisis, et in omnibus amplius.

Supradicta Decreta Sacrae Rituum Congregationis, jussa fuerunt observari, Monitorio Ill.mi Auditoris Camerae Datt. Romae die 22 Septembris 1713. quod fuit notificatum Capitulo die Decembris 1713. et notificationi respondit, Capitulum paratum esse obedire Decretis Sacrae Congregationis.

Canonicus antiquior, lucratur distributiones sine residentia. cap. miramur 61. distinct. circa finem. Gonzalez ad Reg. 8. Cancellar. §. 3. proemiali n. 25. Cardin. de Luca de Canon. et Capitulo discur. 15. n. 2. Barbosa de Canon. et Dignitat. cap. 30. n. 9.

Capitulum, an, et qualem Jurisdictionem habeat in Canonicos, vide Allegationem pro Canl. D. Dalmatio de Copons par. 3. per totam, ubi plura de potestate oeconomica et correctionali. Habetur impressa in 2.o tomo Allegationum Cataloniae Aloysii a Cessa. = Vide etiam contrariam Allegationem pro Capitulo Barchinonensi cum dicto Canonico Copons puncto 4. per totam, ubi plene. Et an haec Jurisdictio correctionalis procedat tantum in levibus, an autem etiam in gravibus, vide dictam Allegationem pro Capitulo a n. 88. usque ad 113. cum tribus decisionibus Rotae, in quibus fuit declaratum, tantum in levibus locum habere Capitulum. An ab actibus capitularibus appellari debeat ad Episcopum, maxime quando intervenit Dignitas, an vero ad Metropolitanum. Vide dictam Allegationem pro Capitulo Barchin. a n. 197. usque ad 240.

28

Sponsalia et Coactio

Decisio Sacrae Rotae Romanae. De Censuris.
Coram R. P. D. Scotto, Majoricen. Censurarum Mercurij 16 Januarij 1715.

Constanter recusans Ioannes in executionem praecedentium Sponsalium, matrimonium per verba de praesenti contrahere cum Appolonia, semel, atque iterum institit apud Dominos pro absolutione ab Ecclesiasticis Censuris, quibus ad effectum mox dictum, vigore executorialium Rotalium, iam a longo tempore reperiebatur innodatus, semper tamen in casum ob dilatam primo, et deinde attenta suffragiorum scissura surgentem resolutionem, donec tandem in hodierna Propositione, suffragium ferentibus omnibus Dominis, voti compos effectus est, rescribentibus eisdem Dominis: Esse locum absolutioni, modo tamen inferius subnectendo.

Quemadmodum enim renuente altero ex sponsis, datam fidem in praecedentibus sponsalibus, per contractum matrimonij finaliter adimplere, hodie absolutum est, et in tribunalibus praesertim Ecclesiasticis receptum, quod per Censuras possit, ac debeat plecti, ac compelli, Lanimol. decis. 33. n. 22. cum alijs collatis nuper per Rotam, in illa Albanen. Sponsalium super Censuris 15 Decembris 1710. § Applicando, quoram R. P. D. meo Ansaldo: ita aeque absolutum, et communiter receptum est, quod ubi, et quatenus Censuris non obstantibus persistat in sua recusatione per longum tempus, et constanter renuat matrimonium contrahere, absolvendus sit, duplici illa, et aeque potenti ratione, quia sicuti matrimonia debeant esse libera, et coactiones difficiles, et infelices soleant exitus habere, ut temperando rigorem textus in cap. ex litteris de Sponsalibus, sancivit Lucius 3.us in cap. requisivit, tit. eod. ibique communiter scribentes, et signanter Ragoncius n. 2. et Cujac. litt. D. D. Thom. in 4. distinct. 27. q. 2. ar. 2. ad 2.um Eman. Rodriguez lib. 1. cap. 244. n. 1. et in dicta Albanen.

Sponsalium super Censuris, 15. Decembris 1710. §. Quemadmodum.
Longum vero tempus ad hunc effectum indulgendae absolutionis,
crediderunt Domini verificari in cursu fere viginti duorum men-
sium, a die primae publicationis Censurarum, vel 17. a die ultimae
publicationis, quibus Joannes illas sustinuit, constanter recusan-
do matrimonium Appoloniae, et multipliciter adeundo Dominos
pro absolutione, cuius etiam executio, attenta distantia
Regionis, magis erit protrahenda, cum alias simplex lapsus
sexdecim mensium, ad hunc effectum reputatus fuerit sufficiens.
Rota decis. 282. n. 12. coram Duran, signanter animadver-
tentibus Dominis, quod longe breviori tempore solius anni
quo quis Censuris innodatus, in illis insordescat, durior re-
sultat effectus, quod insordescens remaneat suspectus de hae-
resi, Sacr. Concil. Trident. de Reformat. sess. 25. cap. 3.
Navarr. consil. 7. de haeretic. Menoch. de arbitrar. cas.
416. n. 55. ac propterea tempus magis diuturnum videbatur
exuberans ad longe favorabiliorem effectum indulgendae
absolutionis supplicanti, et illam implorantis, ne alias fiat
error peior priore, et vertatur in perniciem quod inventum
est ad salutem. Sanchez de Matrim. lib. 1. disp. 29. n. 4.
in fin. Monacel. formul. 30. n. 7. lib. 3. et Rota decis.
610. n. 2. coram Manzanedo, et dicta decis. 282. n. 12.
coram Duran; et in his terminis, quod ubi excommu-
nicatio non proficiat, absolutio concedenda sit, etiam
non petenti, voluere Butr. in cap. ex litteris n. 12. Joan.
Andr. ibidem pariter n. 12. Mantic. de tac. et ambig.
lib. 3. tit. 17. n. 10. Adden. ad decis. 311. coram Burat.
num. 5.

Tantoque magis, quia in praesenti res non est de sponsa-
libus iuramento vallatis, de quibus dumtaxat loquitur
textus in cap. ex litteris, et cap. requisivit de sponsal.
sed de simplici, ac mera promissione nubendi, testibus com-

probata

Die 24 Aprilis 1723. in ter-
minis sponsali-
um, proposito in
sacra Congregatio-
ne supplici dubio
inter Antoniam
Massanes, et Docto-
rem Mathiam Roig,
scilicet. 1. An con-
stet de sponsalibus.
2. An sit locus co-
actioni, respondit:
ad 1.um affirmative,
Ad 2.um negative,
sed dictam Anto-
niam renuentem
monendam esse.

probata, quo casu licet in opinionum scissura, an possit, necne contra Renuentem procedi ad excomunicationem, ut patet ex collectis in dicta Albanen. Sponsal. super censuris, §. animadvertentibus, quoram bo. P. D. meo Anialdo, hodie communiter receptior videatur opinio affirmativa, nisi hominum non minori concordia, et communi Doctorum voto, receptum est, quod in sponsalibus juratis ad effectum compellendi renuentem, illique indulgendi absolutionem, mitius agendum sit, Abbas in dicto cap. requisivit n. 6. Giovagn. cons. 16. n. 36. et 39. Sanchez de Matrim. disp. 29. n. 3. lib. 1. et in Viennen. Sponsal. 12 Januarij 1703. §. Et quamvis, quoram R.mo Labacen.

Quamvis Copula sequuta — Quibus ita se habentibus, obstare etiam non fuit mordicus inculcatum objectum, diuturnæ Conversationis Joannis cum Appolonia, cum subsequuta etiam prætensa Copula, ex quibus macula diffamationis superinducta in mulieris perniciem deleri non posset, nisi per medium matrimonij ad quod ideo per finalem coactionem Joannes esset compellendus, ut in dicto Cap. ex litteris de sponsalibus; quandoquidem, neque Copula sufficienter probata censeri potest ex simplici, et serotina depositione mulieris, quamvis juramento vallata, quia socia Criminis pendente lite, et ad proprium commodum deponenti, non creditur. Sperel. dec. 136. n. 3.4. et 5. tom. 2. Lanimol. decis. 93. annot. 1. n. 1. tom. 2. neque ubi, et quatenus prætensa Copula dicenda esset sufficienter probata, exinde retardari poterat absolutio Joannis. Stante enim longa Carceratione per eundem, et proprium illius Lapsum ad instantiam Appoloniæ passa, ut ex datis testibus, et stante etiam nimis studiosa, et solemni publicatione Censurarum, pluries etiam reiterata, ex quibus Appolonia Sponso infensa visa est illum potius retrahere, quam allicere ad Conjugium, cum fuerint hinc inde subortæ simultates, et animi alienationes; infelix conjugium repromittentes suborta etiam dicitur justa causa dissolvendi sponsalia, et

abstinendi a Coactione, ut ad litteram eiusdem textus in cap. ex litteris, tradunt Rocci in praxi par. 2. resol. 413. n. 1. et in dicta Viennen. posterior. Sponsal. §. nec praemissa, et in Baren. Sponsalium 22 Junij 1711 §. quibus add. quoram R. P. D. meo Lancetta.

Exultante de caetero quacunque amaritudine, ex ponderatione illa, quod quidquid esset ante publicationem S. Concilij Tridentini, ubi Sponsalia mutuo consensu celebrata, per subsequutam Copulam poterant transire in perfectum Contractum matrimonij, in quibus terminis, et eo tempore procedere poterant firmata per Antonel. de Regim. Ecclesiae lib. 7. cap. 2. n. 8. et 9. Panimol. decis. 33. n. 22. in fine, Rota decis. 376. n. 7. quoram Greg. et alij, qui possunt in contrarium adlegari, cum hodie post publicationem Conciliaris Sanctionis, sess. 24. de Refor. matrim. cap. 1. sponsalia, etiam Copula subsequuta remaneant in linea sponsalium, et rem relinquant in iure absolutum est, quod post experimentum Censurae Ecclesiasticae, non possit sponsus renuens, finaliter cogi ad contrahendum matrimonium; tum quia resistit semper dupplex illa fundamentalis ratio, quod matrimonia libera esse debeant, et Coactio frequenter habeat exitum infoelicem, Dicastillo de Matrimonio tit. de Sponsal. disp. 1. dub. 10. n. 162. Navar. in Manual. cap. 16. n. 18.

Tum etiam quia damno illato mulieri per diffamationem, etiam per Copulam, abunde provisum remanet per alternativam illam communiter receptam, quod scilicet Stuprator, aut nubat, aut dotet, originarie desumptam ex dispositione textus, in cap. 1. et 2. de adulter. Raynal. obser. cap. 23. n. 4. et segg. Sperel. decis. 6. n. 14. tom. 1. Morla in Emporio Iuris par. 1. tit. 1. de legibus n. 23. Cardin. de Luca de Matrim. discur. 3. n. 23.

Cui quidem alternativae inhaerentes DD. ne eidem ulla praesenti resolutione inferri possit praejudicium, modum

Census.

Creditor, seu dominus census in Iudicio concursu non solum fructus vel redditus, sed etiam sortem iuste petere, et consequi poterit, Ut optime docet D. Salg. in Labyr. part. 1 cap. 17; et hoc iure utimur in Regnis Castellæ. Licet enim sors capitalis domortuum iudicet, et ex natura contractus Censualis, ad eius redemptionem debitor compelli non possit ex omnium Doct. sententia: tamen eo ipso quod debitor cessionem facit, et concursum format, sponte dicitur se astringere ad sortis solutionem. = Hoc intellige in censu perpetuo redimibili, vel irredimibili; secus vero in censu vitalitio, de cuius natura est, eius sortem Creditori solui non posse, quia in censuarij debitoris dominio irrevocabiliter est. D. Salg. ibi sup. Cap. 20.

Vide tamen D. Olean de Ces. jur. tit. 6. q. 10 n. 36 et seqq.

adjecerunt, qui fuit, quod refecti gravi per Ioannem omnibus et singulis expensis, tam judicialibus, quam extrajudicialibus in Causa facti, reserventur Appolonia omnia, et singula jura ad petendam dotem, quibus ex diffamatione, vel ex praetensa Copula cum suis necessarijs requisitis justificanda vigore antedicta Alternativa, in suo Congruo, et proportionato judicio poteret agere, ut fere in his terminis dixit Rota, decis. 610. n. 3. §. Minus, quorum Manzanedo.

Et ita utraque parte audita, et suffragium ferentibus omnibus Dominis, fuit decisum. – Roma 1745. Ex typographia Rev.dæ Cameræ Apostolicæ, superiorum permissu. Partes erant Ioannes Llompard, et Apolonia Mayol, et fer. ner.

Camera Apostolica, quæ succedit vice, et loco hæredes, tenetur ad debita per defunctum Spoliorum contracta. Azor instit. moral. par. 2 lib. 8. cap. 3. q. 3. Nauar. de spol. clericor. §. 10. n. 6. et 7. Gratian. discep. foren: par. 1. cap. 94 ex n. 30. ad 50. ubi latissime, et omnino videndus.

Census extinguitur per compensationem, non ipso jure, sed si a debitore fuerit opposita. Avendaño de cens. cap. 102. n. 2. Molina de contract. tr. 2. disput. 334. vers. Quintum dubium, Lugo de usuris commen. 2. §. 4. n. 115. Rota post Cencium dec. 516. n. 2. Idem Cencius de cens. q. 88. n. 6. Rebel. de obligat. lib. 10. q. 6. n. 22. D. Salgado labyrin. par. 2 cap. 28. n. 27. Gutier. de compensat. tom. 2. lib. 4. q. 22. a n. 18.

Carcer.

Carcer longus pro poena delicti computari debet. l. si diutina ff. de poenis, l. omnes C. eodem, Buriat. consil. 331. ad fin. ibi: cum et carcer, et expensa graues, in hoc judicio factæ, adhuc pro poena delicti, si quod esset, computari debeant. Farinacius in praxi, q. 40. Valenzuela consil. 164. n. 66. Solorzano tom. 2. de Iure Indiar. lib. 1. cap. 3. n. 32. et cap. 14. n. 100. Rathen controver. 67. et controuer. 21. n. 49.

Census.

Regia Pragmatica anni 1680. quæ habetur, tom. 3 fol. 320, cauet: Census impositos super Universitatibus, reduci debere ad pretium quinque pro centum, facta imputatione plus soluti ut ibi. = Postea vero, anno 1705. fuit publicata noua Pragmatica per quam taxatur censualium pretium, ad pretium trium pro centum facta reductione in excessu. Habetur in eodem tomo fol. 327.

Hæc Allegatio habetur tomo 1. fol. 269. Et nota, Curatorum in lite vertente in Regia Castelli Pastoris, anno 1726.

Ad validitatem contractus census, requiritur, quod in actu creationis interveniat pecunia, aut saltim, quod antecedenter eam, seu rem equivalentem perceperit onerans. Vide de hac materia, juris allegationem pro Curatoribus Nicolai Quint de Thorell, cum D.no Ant. Bamerto, et de Agones a n. 16. usque ad 20. ubi, quod subsequuta solutio non convalidat nullitatem contractus, ob eius defectum tempore creationis, cum in ea requiratur ex tex. in cap. 1. et 2. de emptione, et vendit. etiam seclusa Bulla Pij Quinti. Census. Motus proprius Pij V. non est usu receptus. Cancer. var. par. 2. cap. 1. a n. 275. ad 282. Aelican. de Censibus lib. 1. cap. 9. per tot. Hinc fit, ut possint creari censualia ut passim creantur ex pecunia antea debita, Cancer. citatus n. 276. et etiam eo pacto, ut pensiones soluantur in pecoribus, vinis, oleo, frumento, et alia qualibet re, justo pretio taxata, quæ valida declarantur in Senatu Cataloniæ, et fieri posse, tenet Nauarrus consil. 13. et in Coment. de vsuris n. 105. = Similiter creari possunt ex pensionibus census, quia considerantur, ut sors, Rodriguez de annuis reddit. lib. 1. q. 13. n. 42. et 43. Avendaño de Censibus cap. 38. a n. 11. Cancer citatus n. 280. ubi testatur de praxi Cataloniæ, Fontanella omnino videndus tom. 1. decis. 130. Castillo decis. 262. lib. 3.

Constat ex leg. 10. tit. 15. lib. 5. Recop. in quo leg. 12. et 13. vendi prohibentur census et tributa, quæ Iuros vocamus minori pretio, quam unius pro viginti, et fieri iubetur reductio ad veram iustitiationem, in censibus antea venditis pretio unius pro quatuordecim.

Census jam creatus, vendi potest, minori pretio, quam est constitutum, Cancer. par. 2. cap. 1. n. 281. quia consideratur sicut cætera bona immobilia, ibidem, et par. 1. cap. 17. n. 121. Vide omnino D. Olea tit. 6. quest. 10.

Cedens - Cessionarius.

Cessionarius non audit, quousque cessionem, et instrumentum crediti cessi exibeat. D. Olea tit. 1. q. 1. per totam, maxime ex n. 9.

Cedens nomen debitoris, tradere tenetur Cessionario instrumenta, ubi creditum continetur, et illius inclusionem. Probat late et docte D. Olea de cess. jur. tit. 1. q. 1. per totam. Itam sententiam verissimam testantur Ciriacus lib. 2. contr. 375. n. 11. Gratian. cap. 286. n. 17. Gurman de evictionibus q. 35. n. 38. et 90. Surdus consil. 46. n. 3. Amendola ad Franch. decis. 108. n. 3. Farinac. et Rota apud eum 2.a part. novissim. decis. 671. n. 4. Oliba de action. par. 2. lib. 1. cap. 4. n. 16. Cancer par. 2. variar. capite 6. n. 195. Cencius de Censibus q. 72. n. 23. versic. ultimam.

Cessio debet continere justi tituli et causæ expressionem, quam probata, Cessionarius nihil agit D. Olea ibidem tit. 1. q. 4.

Quaestio tamen est, an hæc traditio instrumenti realis, et vera esse debeat, an vero sufficiat, quod cedens ostendat, et indicat Notarium, apud quem instrumenta sunt. Rota apud Cardinal. Seraphin. decis. 1477. a n. 8. declaravit Cedentem, solum teneri declarare, et notum facere Notarium, de dicto instrumento rogatum. Sed tamen, Cedentem teneri ad instrumenta penes tradenda, firmavit eadem Rota, decis. 14. n. 3. part. 4. diversor.

Jura posita cedi nequeunt, et de effectibus inde resultantibus, vide infra fol. 320, et D. Olea tit. 3. q. 9.

Has contrarias sententias conciliat Cencius dicta q. 72. n. 32. versiculo quomodo autem, ut prima procedat quoties creditum cessum, justificandum est per publicum instrumentum, receptum per Notarium, nam tunc satis erit si illud indicetur, cum expressione diei, et nominis notarij. Secunda vero obtineat, quando de credito cesso constat ex aliqua scriptura, existente penes ignorum cedentem vel alibi, unde non facile haberi possit copia in forma probanti. Cui distinctioni convenit alia apud Pacificum citatum per Oleam ubi proxime n. 12. scilicet, quod hæres tenetur tradere legatario nominis, instrumentum ejus, si esset Chyrographum privatum; secus vero si esset publicum, quia sumptibus legatarij extrahendum erit. = De hac materia vide in alio libro Decisionum, verbo Venditio fol. 374.

Ceſſionarius.

Ut Ceſſionarius habeat regreſſum contra Cedentem, neceſſario tenetur excutere bona debitoris Ceſſi, adeo, ut non facta diligentia, excludatur, si adverſus Cedentem agere intendat. Caccius lib. 2. Controver. 324. a num. 28. et controver. 325. per tot. præcipue a num. 11. Fontanella decis. 124. et 125 per tot. Rodriguez de annuis redditibus lib. 2. q. 17. n. 33. Olea cum alijs de cession. jur. tit. 7. q. 3. n. 37.

Hæc bonorum debitoris Ceſſi excuſſio, adeo requiritur, ut si Ceſſionarius fuerit negligens in exactione nominis, ex quo debitor effectus fuit non ſolvendo, cedens ab evictione promiſſa liberatur, quia periculum nominis ad eum pertinet, cujus culpa deterius factum est, l. periculum 35. ff. si certum petatur. Docet Olea citatus dict. tit. 7. q. 3. n. 39. cum pluribus Doctoribus. Quando vero Moram, et negligentiam in petendo, Creditor contraxiſſe dicatur, arbitrio Judicis relinquitur. Fontanel. decis. 125. n. 17. et 18. Videndus Toro 2. part. Compen. decis. verbo Periculum decoctionis.

Nota tamen, quod ubi debitor ceſſus, a principio ſolvendo non fuit, non poterit Ceſſionario imputari, quod eum non exegerit; nec negligentia ſua impedimento erit, quominus regreſſum habeat contra cedentem. Salgado in Laber. 1. p. cap. 27. n. 58. Guzman de evictionibus q. 35. n. 35. Olea citatus n. 40.

Cedens ex cauſa lucrativa, non tenetur de evictione, nec ad eum ſpectat periculum nominis Ceſſi, quia jus tantum, quod habebat, ceſſiſſe intelligitur, l. qui tabernas ff. de contrahen. emptione, in terminis Guzman de evict. q. 35. n. 31. Oddus ad l. 3. C. de novation. q. 1. vers. quæro 13. Admiſſa tamen est distinctio; quod si donatio incipiat a traditione, non tenetur Donator de evictione; ſecus vero si a promiſſione incipiat, ut latiſſime probat Guzman

Vide Jul. Capon. tom. 4. discept. 314. ubi explicat, quæ diligentia sint facienda per Ceſſionarium, ut agere valeat contra cedentem.

Ceſſionarius.

Ceſſionario competunt omnia remedia, et Interdicta poſſeſſoria, ut optime docet D. Olea de ceſſ. jur. tit. 6. q. 5. ex n. 16.

citatus q. 25 per totam. Cancer variar. par. 3. cap. 6. n. 25. Olea dict. tit. 3. q. 3. n. 19. et 20.

Contra supra firmatam Doctrinam, quod nempe Cessionarius non aliter habeat regressum contra cedentem, quam post factam excussionem bonorum debitoris Cessi, ex Olea de Cess. jurium tit. 3. q. 3. n. 32. Fontan. decis. 124. et 125. per tot. cum alijs: obstare videtur Decisio hujus Regiæ Audientiæ, facta ad relationem D. Thir, 13. Novembris 1645, scriba Llenas, inter Fabium Orlandiz, et Joannem Baptistam Martí, num. 139. ~~in qua~~ in qua fuit declaratum, Cessionarium ad hoc ut posit habere regressum contra cedentem, sufficere obtinuisse relationem de non sunt bona, nec teneri bona intricata discutere, quando Cessio est facta in solutum quantitatis debitæ a cedente.

Cessionarius non habet regressum contra debitorem Cedentem, nisi facta prius diligentia contra nomen cessum, et in eo tantum, quod a debitore exigere non potest. Decisum 22 Junij 1648. referente D. Martorell, scriba Thir, inter Paulum Catany, et Juratos de Pollenza; et iterum 19 Decembris 1642. R.te eodem D. Martorell, scriba Marroig, inter Antonium Español, Curatorem hæreditatis Jacobi Rossiñol, et Antonium de Veri Domicellum, et Egregiam Comitissam de Formiguera. Videndus Olea dict. q. 3. n. 38.

Cessionarius tenetur personam cessam excutere, et interim donec est excussa, cedens remanet liberatus, et solum datur regressus, ubi non posit recuperari a persona cessa, vel quanto minus ab ea recuperari posit, l. si mandavero §. interdum ff. mandati, Vaicus decis. 62. Beccius consil. 105. Surdus consil. 22. n. 11. volum. 1. Scaccia de commerc. et cambijs §. 2. glos. 5. n. 255. Fontan. tom. 1. de pact. claus. 4. glos. 9. par. 5. n. 31. et 32. ubi refert plures Senatus Cataloniæ Deciciones, et tom. 1. decis. 125. n. 2.

Cessionarius non tenetur executionem facere, circa bona intricata debitoris, et retire posit contra cedentem. Dicunt autem intricata, quando omnia bona debitoris Cessi, sunt sequestrata. Decisum 4. Julij 1626. R.te Unguita, scriba Llorens, inter Michaelem Pisá, et Bernardum Sala, olim de Oleza.

Conclusio in Causa.

Post conclusum in causa, admitti nequit probatio, adhuc specialis ex instrumento, non interveniente consensu ambarum partium, et Authoritate Iudicis, qui renunciet conclusionem, et causam noviter aperiat. Paz de instrumentor. editione tom. 2. resol. 3. tit. 6. n. 6. et 63. cum segg. Pareia ad Covarrubias, practic. qq. cap. 20. n. 28. maxime non constito de noua notitia, ut docent citati DD.

Comparatio litterarum.

Comparatio litterarum, quam probationem faciat vide Allegationem juris pro Iacobo Degran §. 1. per tot. ubi plenissime de materia. Habetur tom. 2. Allegationum fol. 229.

Quid jure Castellae? Vide l. 114. et 119. tit. 18. part. 3.

Constitutum.

Licet clausula constituti operetur dominij et possessionis translationem, hoc tamen regula fallit, quando non constat, donatarium presentem fuisse donationi, eamque acceptasse, quia ad acquirendam possessionem, requiritur animus, et affectio. Decisum M.ce Socies et Sibert, scriba Thulet, nunc Somila, inter Hieronymum Planquer de Son Vives, et Catharinam Sarandell. Qua decisio fuit confirmata M.ce D. Santandreu, quoad solidditatem motiui, die 10 Ianuarij 1701. Quia tamen constitit, donatariam esse ~~pupillam~~ infantem tempore facta donationis, quo casu in fauorabilibus pro consentiente habetur: ideo decisum fuit, in ea transijsse possessionem, accedente stipulatione notarij. Vide originaliter in dicto processu fol. 38. et 184. Paz latissime in tractatu de tenuta cap. 68. per totum.

Lata fuit haec Sent.a 24 Iunij 1697.

Conditio.

An Conditio adjecta gradui caducato obstet sequenti substituto, ita ut bona libera maneant penes gravatum, juxta doctrinam D. Vicecancellarij Crespi, observat. 41. per totam, et decisiones, quas refert Sup.^mi Aragonum Consilij; an vero admitti debeat substitutus non obstante caducatione gradus intermedij, ita ut solum attendi debeat conditio adjecta gradui ex quo defertur successio, ad mentem Josephi de Sesse decis. 50. per tot. decis. 66. et decis. 238. 246. 247. et 262. Fontan. de pact. nuptial. tom. 2. claus. 5. glos. 10. par. 1. a n. 34 et decis. 160. 171. et 589. per tot. Amato var. resol. 40. Cancer var. tom. 1. cap. 1. n. 166: Vide Allegationem pro Dn Ferdinando Sual, et Thoix de Veri, cum Dn Raym.^do Veri, parte 1. per totam, ubi docte de hac subtili quaestione disserit Dr Dn Josephus Bassa, licet alieno nomine in lucem prodierit. Vide etiam decisiones huius Regia Aud.^a de quibus in alio tomo decisionum in additionibus, verbo Conditio, fol. 391.

Conditio alternativa favore liberorum, et descendentium, resolvitur in copulativam, l. generaliter C. de institution. et substit. non autem quando agitur de successione transversalium, Fontan. decis. 45. n. 16. Franch. decis. 150 per tot. Maynar. decis. 38. lib. 5. Cardin. Mantica dec. 249. n. 8. Oldr. cons. 189. Cardin. de Luca de fideicom. disc. 88. n. 5. et de successionib. discur. 18. n. 13. Vide D. Leon lib. 1. decis. 44.

Copulativa an, et quando resolvatur in

Disjunctivam.

Quid in Majoratibus. vide Rosal de incompatibil. par. 5. cap. 4.

Regia sententia lata Rte D. D. Francisco Amiller, a Consilijs S. C. R. Majestatis (Vivat in aeva) in Sup.mis Belli, et Castella, fuit ita dictum, ibi: Ulterius non obstat, quod praelibatae duae conditiones dicti pacti reversionalis, scilicet, si dictus D. Dalmatius decederet sine filijs, aut liberis, et in omni casu, quo defficeret eius descendentia, seu posteritas legitima, et naturalis, sint negativae, et copulativae seu copulatae per dictionem Et ad effectum ut ambae deberent adimpleri, ut locus esset pacto, et reversioni, prout etiam quamvis essent disjunctivae, cum una earum sit conditio si sine liberis propter favorem filiorum; nam ultra quod praeductae conditiones, non sunt modo negativo conceptae, sed potius affirmativo, dictio illa copulativa Et inter eas posita, non habet in praedicta clausula vim conjunctivae, sed resolvitur in disjunctivam, et alternativam, prout saepissime accidit in jure, praesertim quando ita suadet materia subiecta, et verosimilis mens disponentis, et remanerent alias verba superflua, et inutilia, et sine effectu aliquid operandi, et ubi conditiones respicientes diversos casus, eventus, et tempora, ita sunt ordinatae, ut una post aliam succedat, prout in praesenti; Dictio enim illa Et posita in initio clausulae, seu periodi secundae conditionis, ibi: I en tot cas que falte la descendencia, fuit adjecta augmentative, ad comprehendendum omnem alium casum, seu casus defectus descendentiae legitimae, et naturalis dicti Don Dalmatij, ultra casum, seu casus expressos in prima conditione immediate antea posita, ut de se, et sola illius lectura manifeste patet, ad providendum scilicet, ut non uno, aut alio tantum casu, in prima conditione expresso locus esset pacto reversionali, sed in pluribus, et in om-

omni

ni casu, quo posset contingere deficientia descendentiæ, et posteritatis legitimæ, et naturalis eiusdem D. Dalmatij, quo quidem voluit donatrix latius providere, et consulere potius sibi, ut facilius, et pluribus in casibus bona donata ad se, suumque hæredem revurterentur; quare si ita intelligerentur præfatæ conditiones, ut prima deffecta, seu non adimpleta, moriente D. Dalmatio cum filijs, aut liberis, resolutum remaneat, et extinctum pactum reversionale, quamvis postea illi filij, et descendentia seu posteritas legitima, et naturalis defficeret, evidenter resultaret contrarius effectus menti, intentioni, et fini peroptato à donatrice, et maneret etiam superflua, et inutilis adjectio secundæ conditionis deffectus descendentiæ, et posteritatis in omni casu, quia tota vis, et effectus dicti pacti reversionalis, penderet unicè a dicta prima conditione, si D. Dalmatius moreretur sine filijs, aut liberis, qua non adimpleta, utpote moriente cum liberis, extinctum etiam penitus maneret pactum reversionale, et esset unica, et eadem numero conditio prout supponit contraria intelligentia, quæ ei pretendit verbis tribuit, et non duæ conditiones copulativæ, seu copulatæ contra naturam dictionis copulativæ Et, quæ quamvis copulet, et operetur suis in casibus, quod ambæ conditiones adimpleantur, ut locum habeat dispositio, non tamen efficit, ut sit una, et eadem numero Conditio. = Partes erant Ill. D. Felix de Marimon Marchio de Cerdanola, et D. Fr. Josephus Despalau ac Marchio de Castellbell. Vide Leon tom. 1. decis. 44. per tot.

Conditio. — In eadem citata Regia sententia, dictum fuit, ibi: Tandem non obstat, quod altera ex dictis Conditionibus sit Conditio si sine liberis, qua stante debent resolvi in Conjunctivas, ut ambæ verificentur, etiamsi disjunctivæ essent concepta, ex celebri dispositione L. generaliter C. de institut. et substitut. et similium, quia illæ procedunt, et statuta fuerunt propter fau-

rem filiorum instituti, et dumtaxat in his casibus locum sibi vindicant, in quibus, nisi ab initio copulative intelligerentur, ita ut ambo deberent verificari pro admissione substituti, posset evenire, quod filij, seu liberi instituti superstites eorum patri, remanerent exclusi, et omni pene fructu paterno defraudati, succedente substituto illis extantibus, veluti si testator substituerit, si institutus sine liberis, aut sine testamento decesserit, vel ita, si filium, aut filiam non procreaverit, et in similibus; non autem procedunt, ubi tale inconveniens non valet considerari, nec favor filiorum, ex quo, sive ambo conjunctiones intelligantur conjunctive, sive alternative ab initio, nunquam liberi instituti superstites, dum vivunt, remanent privati, et defraudati successione paterna, etiam patre eorum intestato mortuo, quamvis non sint vocati, sed solum positi in conditione, prout cum in praesenti, cum substitutus solum sit vocatus in deffectum illorum, et sub conditione deficientiae talis posteritatis, et descendentiae donatarij, et non sub alia conditione diversa; sicut propter eandem rationem non verificatur praefata juris regula, et theorica, quoties datus est substitutus instituto sub his conditionibus: si moriatur sine filijs, aut cum talibus, qui non pervenerint ad aetatem testandi, vel ita, si moriatur sine filijs, et vel, aut eius filij sine filijs moriantur, quae semper alternativae sunt, et sufficit alteram ex ipsis verificari, pro admissione substituti.

Dicta Regia Decisio facta fuit in Regia Sagraiori [?] Juncta Justitiae Principatus Cataloniae, sub examine Ill. Dni. D. Francisci de Amiller, R. Consiliarij, publicata 28 Februarij 1716 per D. Salvatorem Prats Secretarium, inter dictas partes Marchionum de Cerdanola, et de Castellbell.

100.

Conditio.

Vide Antunez Portugal de donat. lib. 1. praelud. 2. §. 2. ex n. 126.

Deficiente conditione adjecta primae substitutioni, omnes aliae sequentes substitutiones caducantur, et euanescunt. Fuit expresse decisum in citata, sive antecedenti sente D. Ameller, ibi: Cum ergo defecerint isti casus, et conditiones, quia dictus D. Henricus postquam fuit haeres decessit cum sex filiabus, quae ad aetatem testandi pervenerunt, defecit conditio sub qua ordinatum fuerat fideicommissum, et substitutiones, sive ista intelligantur solum facta in casu quo filij, seu liberi dicti D. Henrici, succederent per vulgarem, patre praemortuo, sive etiam in casu, quo per fideicommissum, tacite, et ex conjecturis vocati censeantur, quamuis postea liberi istius sine liberis decedant; quia per existentiam filiorum, seu liberorum dicti D. Henrici, qui ad aetatem testandi pervenerunt, defecit conditio, et expirauit, aut caducata remanserunt substitutio immediate sequens illi facta, et omnes reliquae substitutiones subsequentes, tanquam dependentes a prima, et a conditione, sive conditionibus illius; primo namque gradu perempto, omnes alij, tanquam limitati deficiunt, et substitutionibus non est locus, quando non euenit conditio, primae substitutioni adjecta; ubi enim prima deficit, evanescunt omnes sequentes, quae a prima dependent. Et ubi sunt limitatae, et restrictae ad certos casus, et conditiones cum dictionibus restrictiuis, prout in praesenti, non possunt extendi ad alios casus, et conditiones, praeter expressos. Hactenus Regia Sententia, quae mihi videtur in celebri Oldradi Consilio 21. universaliter recepto.

Conditio si decesserit sine infantibus in substitutione fideicommissaria, comprehendit, non solum filios, sed etiam nepotes, et ulteriores descendentes. Vide Alligationem Dris. Bordils pro Catharina Garcia, Cererols, et Serra.

Constitutum

Constitutum operatur in contractu valido; non in simulato. Altimar. de nullitate Contract. tom. 3. rubr. 1. sect. 2. supplem. q. 32. n. 332. ex Gratiano capite 155. n. 3. Afflict. decis. 40. n. 17. Noguerol. alleg. 10. n. 12. Olea de cessione jurium tit. 8. q. 4. n. 3. Nota tamen quod hac doctrina non applicatur casui in quo non dubitatur de validitate donationis in principio sed solum praetenditur, ex post facto, ab ea communi voto recessum.

Clausula constituti, transit ad constitutarij haeredes, ut docet D. Olea tit. 6. q. 5. ex n. 7. videndus omnino in materia Constituti, ejusque effectuum.

Constitutum quid operetur in Donatione, late, et abunde tractat Riccolus, consult. 92. per totam, et melius Calderó decis. 101. et 102. tom. 2. et generaliter circa ejus effectus, D. Ritany tom. 1. decis. 30. a n. 5. ubi pulcre, et docte materiam Constituti pertractat; et quid operetur stante simulatione Contractus, et conjecturis eam inducentibus, idem Ritany magistraliter decis. 39. n. 11. et 22. tom. 2.

Constitutum. Vide notata infra hac eadem littera, in verbo clausula, fol. 81.

Conditio si liberos non habuerit, ex testatoris voluntate, referenda est ad mortis tempus, non secus ac si dixisset, si filios non habuerit tempore mortis. Hanc doctrinam late probat Costa in cap. si pater, 1 par. verbo absque liberis n. 19. de testam. et eam sequitur cum alijs Portugal de Donation. lib. 1. praelud. 2. § 2. ex n. 124.

Clausula.

Clausula, quæ in instrumento apponi consuevere, quoad vires, et effectum sunt, quod apud notariis omittuntur, quasi hij rogati tenentur eas apponere, certa in foro observatur, ut docet Arias de Mesa Var. lib. 2 cap. 33, asserens n. 4, hanc procedere doctrinam, in clausulis, quæ sunt de natura Contractus, non vero in illis, quæ de eius substantia dici solent. Et numeris seqq. tute disserit de diversis clausularum generibus cum casuum distinctione.

Clausula omni meliori modo &c. facit, quod donatio universalis sustineatur, in bonis præsentibus. Portugal de Donationibus lib. 1. præludio 2. §. 1 n. 31. ibi: limitatur tamen prædicta resolutio, ut non procedat, si in donatione adjecta sit clausula, ut valeat omni meliori modo quo de jure potest, et debet, quia tunc valebit quoad bona præsentia. Sabelli verbo Donatio n. 48. Fontan. de pactis claus. 4. glos. 21. par. 1. n. 42. ibi: tunc enim per huiusmodi clausulam, sustinetur procul dubio in bonis præsentibus, Gratian. et Auctores apud ipsum, Torre de pact. futur. succes. lib. 3. cap. 5. n. 16. ibi: procedit tamen opinio pro validitate donationis in bonis præsentibus, quando adest clausula omni meliori modo. Surdus cons. 450. n. 60.

Ea enim est vis huius clausulæ, ut faciat valere contractum, modo quo potest sustineri, Gratian. discep. forens. cap. 96. n. 7. ibi: quarto propter clausulam omni meliori modo, via, et forma, quibus de jure potest, et potuit, quæ facit, ut actus qui non potest valere prout fuit gestus, valeat alio modo, cum non restringatur ad specificata. Allegat plures, quibus adde Fontan. claus. 4. glos. 21. par. 1. n. 42.

Vide D. Leon tom. 1. decis. 60. n. 39. 40. et 41.

Clausula, a su libre voluntad, non est incompatibilis cum fideicommisso, nec influit pro libertate bonorum. Vide materiam hanc plene discussam in subtili juris Allegatione Dri. D. Josephi Bassa pro Dno. Raymundo Fortuny, cum Dno. Berengario Doms, et S. Juan a n. 12. cum binis decisionibus, alia senatus Cat., alia vero huius Regiæ Aud.ae refer. D. Comes, et Torró, 2 Junij 1678. super fideicomm. Michaëlis Sastre. Et nota, quod hac eadem causa fuit declarata in Curia sancti Officij per DD. Inquisitores, Prouribus Bordils, et Blanquer, et decisum 12 Maij 1722, locum esse fideicommisso,

predij de la Almudayna, in favorem dicti Antonij, non obstante dicta clausula, quæ tamquam expressio eius, quod tacite inest, nihil operatur.
Vide de eadem materia Adlegationem D. Bernardini Bauza, postea A.C.D. pro Anna Mesquida cum Ferdinando Sual, et thoro, juncto l. per dot.

Clausula constituti, juramenti, nunc pro tunc, et reservationis usus fructus, adjuta donationi, faciunt eam irrevocabilem, et operantur dominij, et possessionis translationem jam a tempore celebrati contractus, ac impediunt caducationem, licet donatarius præmoriatur Donatori. Docet magistraliter Fontanell. tom. 1. de pact. nuptial. claus. 4. glos. 3. per totam, omnino videndus, et eadem claus. 4. glos. 27. per totam, ubi de clausula cessionis jurium, et de requisitis, ad hoc ut constitutum operetur. D. Olea tit. 6. q. 5. ex n. 3.

Clausula constituti adjecta meliorationi, facta per contractum inter vivos, eam efficit irrevocabilem. Gomez in l. 17. tauri, n. 12.

Clausula, quam donationem facio tibi dicto filio meo et tuis perpetuo &c. est apposita de stylo Notariorum, et non potest ultra extendi, quia regulatur a prima substitutione. Decisum in terminis in Regia Audientia. Mc. Mag. Martorell, scriba Llorens, inter Antonium Mas, et Petrum Salva. Docent Ansaldus in observat. ad decis. 83. a n. 52. Cardin. Tuscus lit. C. concl. 227. Conciol. Adlegat. 31. n. 6.

Vide D. Olea tit. 1. q. 3. ex n. 10.

Clausula donationis, et generalium renunciationum potius ex notariorum stylo, quam ex partium voluntate apponi solent. Ita sinatur cum votis Regij, die 6 Junij 1705. in favorem D.n Antonij de Serralta contra Saluatorem Arnols, Castell de Moya, Mc. Alenaflor, scriba ubi; quia sent.a fuit confirmata in Aula Jur.o Sup.mi Castella Consilij 18 Februarij 1719.

Creditores

Imo major pars creditorum, minorem cogere potest ad moratoriam, vel remissionem concedendam, sive ut singuli, sive ut universi habeant interesse. D. Salgado in labyrint. par. 2, cap. 30 ex n. 53 ubi concludenter.

Major pars Creditorum, potest compellere minorem partem ad firmandam concordiam cum debitore, aut in aliquam remissionem faciendam, quando interesse ad eos spectat ut universos, vel in communi, tamquam universitatem, vel collegium; tunc enim sufficit consensus majoris partis; quando vero interesse spectat ad plures ut singulos, tunc requiritur omnium consensus, prout docte docet Salgado in laberint. Creditor. par. 2. cap. 2. a n. 76. ad 78. ubi docet quod in his terminis, dissensus unius Creditoris, sufficit ad impediendam concordiam, vel remissionem. Idem tenent Urceol. de transact. q. 25. a n. 37. Rota decis. 85. n. 6. par. 6. recent. et decis. 405. n. 12. par. 12. Bichius decis. 256. n. 13. et segg. = Vide omnino Bas in theatro Jurisprudentiæ tom. 1. cap. 19. a n. 34. ad finem, ubi magistraliter agit de hac materia, ita ut nihil desiderandum relinquat.

Communitatis Citatio

Citatio Communitatis, Collegii, Capituli &c. quomodo fieri debeat, vide magistraliter D. Cortiada tom. 3. decis. 123. ex n. 14. ubi docet, quod licet de jure debeat citari totum capitulum, sufficit tamen juxta praxim Cataloniæ citare Prælatum, Priorem, Priorissam, Abbatem, vel Abbatissam.

Creditor

Creditor = Authent. hoc nisi C. de Solut. et L. 3. tit. 10 part. 5. quibus cavetur Creditorem acceptare teneri addictionem immobilium debitoris in solutum propriis caerentis, locum habet in Judicio concursus, quia in eo cessat regula: aliud pro alio invito creditore, solvi nequit. D. Salg. videndus in Laby. par. 1. cap. 22.

Conditio.

Licet conditio si sine liberis, includat tam masculos, quam foeminas, et etiam ex foeminis progenitos, ut late probat cum juribus, et DD. Peregrin. de fideicom. art. 28. a n. 36: tamen si dictum fuisset, sine filijs masculis, foemina etiam sub tacita legali conditione non includerentur, de qua in l. cum avus ff. de condit. et demostr. cum concordantibus, ut docet cum alijs Peregrinus citatus n. 38. et art. 25. n. 10. et 11. ubi videndus, et tot. art. 25, Molina de Primogenijs lib. 3. cap. 6. n. 30. et 31. Covarrubias in cap. Raynaldus de testam. in principio n. 2. qui alios adlegant, et constat ex textu in dicto cap. Raynaldus, et ibi Glossa.

Conditio, et grauamen nominis, et armorum, an sit modus, vel conditio, et de differentia effectus inter utrumque casum, vide Decisionem relatam supra hac eadem lit. C. verbo Conditio, et ibi notata.

Conditio si sine liberis, quae regulariter solum supplетur in descendentibus testatoris, subintelligitur etiam in transversalibus, ex conjecturis, quae ex verbis testamenti eliciantur, et quaenam ad hoc sufficiant. Altogrado tom. 1. consil. 45. per totum.

Consignatio.

De materia consignationis annuorum redditum; an sonet dationem in solutum, aut solum jus pignoris; et de casibus in quibus consignatarius reddituus consignatos trahere debet ad concursum bonorum debitoris consignantis, ut regulariter contingit, videndus omnino D. Salgado in labyr. par. 1. cap. 10. Consignatio

Damnum infectum.

In materia interdicti de damno infecto, vide doctam Allegationem pro D.re Hieronymo de Abatella cum Petro, et Rosa Ioani, quæ habetur impressa in 2.o tomo Allegationum Cataloniæ Iosephi Bassa.

Datio in solutum

Debitor. Regula est, debitorem mole creditorum oppressum, nullo modo, nullave arte, posse præiudicare creditoribus, ut docet omnino videndus D. Salgado par. 3. labyr. cap. 13. per tot. ubi late explicat effectus ab hoc principio resultantes.

Datio in solutum, vim habet emptionis, et ius fit creditoris, quæ per pactum auferri nequit, etiamsi fiat a Iudice. Hoc autem procedit, quando fit pro vera quantitate debita; alias in totum corruit interdum, quandoque pro parte, ut late explicat Capon. tom. 3. dicept. 187. et circa eandem materiam dationis in solutum, an, et quando contractus dicatur fœneratitius, et quæ pacta sint improbata et ex quibus coniecturis usurarius præsumatur vide Capon. dicept. 188.

Debitor, qui præuia cessione, concursum formauit, non potest amplius pœnitere, ex recepta Tribunalium praxi, de qua testatur D. Salgado par. 3. labyr. cap. 16.

Debitor mole creditorum oppressus, si ex propriis bonis integre satisfacere nequeat, peccat mortaliter, si legatum, vel hæreditatem sibi delatam, in fraudem creditorum repudiauerit, licet valeat in foro externo repudiatio; et Aduocatus, qui in his terminis repudiationem consuluerit, peccat, et ad restitutionem tenetur, si repudiatio sit sequuta, ut late, et docte docet Iul. Capon. tom. 5. dicept. 393. videndus.

Dispositio

Dicitur stare de per se, principaliter, et dispositive, quando comprehendit alias personas ultra nominatas in substitutionibus antecedentibus, et verba perpetuitatem importantia. Ita Senatus Cataloniæ ad relationem D. Raphaelis de Rabona, scriba Thas, inter partes Josephi Elias, et Francisci Costa sub die 13 Novembris 1691. Et in terminis fidei commissi resultanti ex prohibitione alienandi, licet adsint dictiones restrictiva, et relativa, docent communiter Doctores. Menochius cons. 900. n. 18. vers. septimus est casus, Curtius junior cons. 43. colum. penult. vers. non obstat, Caphal. cons. 102. n. 11. et his citatis Suar. de subst. q. 683. n. 23. Carena resol. 163. n. 26. Ciarlin. controver. 219. n. 39. Sorbius consult. 121. n. 15. Cardin. Cerro dec. 65. n. 9. Rota diversor. decis. 133. n. 5. et seqq. Rocca selectar. jur. cap. 10. n. 12. qui plures adligat, Ramon cons. 91. n. 6. Medinach. cons. 29. n. 49. Videnda consultatio super successione Ducatus Cardona a n. 37. et Responsum pro D. Ludovico de Cordoua, la Cerda, Aragon, Folch de Cardona n. 84. et marginali 91. ubi transcribitur superior decisio Senatus Cataloniæ.

Decima

An decimæ jure Divino, an jure humano, et Canonico tantum debeantur, anceps est quæstio. Quod Eccl.co tantum jure debeantur, tenent communiter Theologi, apud Azor tom. 1. lib. 7. cap. 34. q. 4. et alij apud eum, optime D. Covar. var. p. 1. cap. 17. n. 2. 3. et 4. post D. Thom. 2. 2. q. 87. art. 1. aliosque magni nominis viros, plenissime Fontan. tom. 4. de pact. claus. 4. glos. 19. par. 1. per tot. qui num. 50. usque ad 60. docte probat, libertatem a decimis, et primitijs solvendis, per immemorabilem præscriptionem adquiri, jure communi, licet in Catalonia solum locum habeat præscriptio quoad quotam, ex Pragm.ca Caroli I. D. Covar. citatus n. 10. D. Solorzan. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 1. cap. 22. n. 25. Molin. de just. et jur. tom. 1. tr. 2. disp. 75.

Hoc unum certum est in omni sententia, decimas præscriptibiles esse quoad quotam. Vide D. Cortiada tom. 4. decis. 186. cum seqq. Crist. tom. 3. dec. 93.

Gutierrez omnino videndus Canon. lib. 2. cap. 21. q. 79. et 97. civilium cap. 14. cum seqq. Quid de jure decimarum in jure Castellæ, de Cirian Philippicam § Stiezo num. 5. et 6. Lagunez de fruct. par. 2. cap. 7. ex num. 44.

Decoctores.

De Decoctoribus, et fallitis; qui tales dicantur, et an et quando sint nullæ alienationes bonorum per eos facta, paulo ante diem Decoctionis, cum alijs in materia, vide Adlegationem Juris pro D. Sebastiano Cavero Infantione, et Eduardo de Silua, cum Magdalena Perez Caluillo, et Ascanio Sobregonbe, tom. 2. Alleg. fol. 471.

Depositum.

In materia depositi, an, et quando sit regulare, vel irregulare; et quando depositarius sit debitor generis, itaut de casu fortuito teneatur, vel speciei, ad effectum ut solum dolum et culpam prestare teneatur, et alia scitu digna, vide Adlegationem Juris pro D. Ant. de Landivar, cum Leonora de Landivar cap. 3. per totum.

Depositum.

Debitor census, nequit deponere ratam pensionis penes Depositarium Regium, et ad soltam scribæ Curiæ, imo eam solvere tenetur Creditori absque grauamine depositi, et soltæ; alias quitatio, seu redemptio est nulla. Ita fuit decisum per Regiam Audientiam tempore turbationum, inter Communitatem Presbyterorum Villæ de Campanet, et Franciscam Garcia ac D. Jacobum Serra, Rte Pleaflor, die 1. Junij 1707. Scriba Palet, quæ sententia fuit in gradu supplicationis confirmata, referente Sola de Guardiola 28. Septembris eiusdem anni.

Depositum qualiter sit faciendum ad impediendum cursum usurarum, latissime explicat Salibus Capon. tom. 1. discept. foren. cap. 11. per totum.

Depositum.

Depositarius ad quid teneatur, et an solutio facta tyranno, liberet debitorem.

Excelentissimus D. Gubernator, et Capitaneus Generalis in presenti Principatu Cataloniæ &ª. Visa in primis supplicatione oblata &ª.

Attento, licet ex partium confessionibus, et alias constet, Maginum Duró, Agricolam parrochiæ sancti Vincentij de Sarria, Diœces. Barcinonæ, deposuisse penes Ioannem Catá Mercatorem Civem Barchin. 17 Julij 1713. ex una parte 60. Duplas auri, monetæ Lusitanæ, vulgo Cruzados de Oro, et ex alia sexaginta duplas auri Hispani, valoris quinque librarum, et duodecim solidorum in moneta Cathalaunica currenti, unaquaque dupla recipienti, auri tamen Lusitani, valorem novem librarum in eadem moneta. Constet pro parte dicti Duró fuisse petitum, petitione verbali facta quondam Vicario dictæ Civitatis 20 Octobris 1714, memoratum Ioannem Catá condemnandum fore, et esse ad ei dandum, et solvendum vigore actionis depositi, relatas pecuniæ quantitates, una cum interesse, et expensis.

Cæterum attento in iure suis constat, in Deposito præstari dumtaxat per depositarium deponenti, dolum, et latam culpam, neutiquam vero levem, et levissimam nec casum fortuitum. Constat pro parte dicti Catá nec dolum, nec latam culpam interfuisse in Sequestro, seu apprehensione dictarum pecuniæ quantitatum, quam de his fecit 2 Februarij 1714 Iosephus Romeu Civis honoratus Barcinonæ, Alguazirius, qui dicebatur Ordinarius, præsentis Cataloniæ Principatus, vigore provisionis Sequestri, facta per intrusum Vice-

Depositum est duplex aliud regulare in quo depositarius, non quantitati, sed speciei debitor fit, manente penes deponentem dominio; aliud irregulare, et ad numerum facto in quo depositarius generis debitor est; in illum transfert dominium, tenetur de casu fortuito, et non tam depositum, quam mutuum appellatur. Hæc distinctio communiter aprobata explicat ab Olea tit. 6 q. 3 ex n. 15.

Depositum sortitur cum redditibus, an, et quando liberet debitorem censuarium. Vide notata tom. 1. Observat. verbo Pactum fol. 220. et D. Salgado par. 2. labyr. cap. 22.

Criminale Consilium, die 27 Januarij 1714, instante aserto
Procuratore Fiscali dicti intrusi Consilij in bonis omnibus, sive
mobilibus, sive immobilibus dicti Magini Duràs, tanquam existen-
tis in debita Obedientia D. N. Regis (quem Deus incolumem
servet) prout utrumque liquet ex meritis processus, nempe de dicta
provisione Sequestri, ex Certificatoria facta per Marianum
Ros Notarium publicum Regium Collegiatum Barcinonae
12 Junij 1715, et de apprehensione, seu sequestro dictarum
pecuniae partitatum, ex eodemmet actu apprehensionis re-
cepto penes dictum Ros, 2 Februarij 1714. Ideoque sive
dictum Sequestrum, seu relata apprehensio, casui fortuito
aut violentiae, quae ex alia causa, quam ex casu for-
tuito proficiscatur, annumerentur, de his teneri non po-
test memoratus Joannes Catà; non de primo, quia ut
superius fuit expressum, casum fortuitum non praestat
Depositarius, nec pariter de secundo, quia resistere non
potuit praehabitae violentiae factae per dictum intrusum
Vice-Criminale Consilium: Constat namque ex meri-
tis processus, et signanter ex actu apprehensionis, seu Se-
questri supramemorato, praehabitum Romeu requisivis-
se, seu interpellasse dictum Joannem Catà, quatenus
medio juramento, vigore praefatae Provisionis, re-
velaret, seu manifestaret quascunque pecuniae summas
quas haberet, proprias dicti Duràs, dictumque Catà
in vim juramenti praestiti in manu, et posse dicti Ro-
meu, revelasse, et manifestasse se habere, et tenere mo-
netam propriam dicti Duràs, sub papyro involutam,
absque eo quod sciret quanta erat ad numerum dicta
moneta, qua visa, et recognita, fuit compertum cor-
respondere praeexpressis pecuniae summis, seu quanti-
tatibus. Constat praeterea ex eodem actu apprehensio-
nis, dictum Romeu sequestrasse dictas pecuniae summas
proprias dicti Magini Duràs, subsequuto Mandato di-
recto dicto Catà, quatenus eas teneret in commendam

pro manifesto Curiæ, donec aliter foret provisum, prout eas tenuit vigore dicti mandati. Constat instrumento apocha recognitio penes Ioachimum Ros, et Marti, notarium publicum collegiatum Barchinonæ, 8 Februarij 1714. Nobilem Petrum de St. Menat, et Sorribas, suppositum Gerentem Vices Generalis Gubernatoris Cataloniæ, confessum fuisse, et recognovisse, motivis in eo expressis, se habuisse, et recepisse a dicto Catà, relatas pecuniæ partitas, prout videre est ex dicto apochæ instrumento, cui refertur. Constat, in iriam juris, depositarium sic solventem, seu tradentem pecuniam depositam liberari actione depositi, quam forsan contra eum, depositarius exercere poterat; ad paria enim in hac re judicantur secundum jus, depositarius, ac debitor ex testamento, seu ex stipulatu. Constat in jure, debitorem soltamento, seu ex stipulatu. Constat in jure, debitorem solvere coactum metu poenæ, aut aliàs, alteri quam vero Creditori, de mandato eius, cuius Iurisdictioni de facto subest, plenamq jure consequi liberationem: Ideoque dolus, et lata culpa abfuerunt a dicto Catà, in traditione, quam fecit de dicta pecunia, modo, et forma antedictis, non data copia recursus ad legitimum Superiorem, pro evitanda dicta praestatione juramenti, et in nihilo similiter proficere valentibus quibuscunque diligentijs per dictum Catà applicandis (si quæ ea tempestate applicari poterant, et de jure applicari deberent) pro illius recusatione, ob implacabile odium, quo aestuabant ij, qui tunc temporis in praesenti Civitate Iurisdictioni praeerant, erga eos, qui Regiæ suberant Dominationi.

Nec relevat, dictum Catà, in vim praehabiti juramenti, tamquam super re illicita praestito, et in praejudicium alterius vertentis, nullatenus teneri ad rei depositæ manifestationem, seu revelationem, praemaxime constito ex meritis processus, et signan-

ter ex depositionibus testium ministratorum pro parte dicti Duro, nempe primi, et quinti super 13. ex articulis per eum oblatis 6 Decembris 1712. deponentium, non obstante praestatione juramenti, neutiquam revelasse, et manifestasse dictos testes rem ullam, earum, quas habebant pro Commenda et deposito diversarum personarum, a praesenti Civitate absentium, et sto teneretur, incumbebat memorato Cata facere quantum posset, ne solveret, ad huncque effectum omnem diligentiam adhibere; neque enim licitum est depositario restituere ex quovis ordine superiorum, sed replicare tenetur, et denuntiare vero domino depositi, et procurare revocationem ordinis eorum, alias enim non liberatur, ad instar debitoris, (cui in hac re, secundum juris dispositionem, ut supra dictum fuit, aequiparatur depositarius) qui si solverit alteri, quam vero Creditori, ex solo Judicis praecepto, non consequitur pariter liberationem, nisi diligentiam adhibuerit pro evitanda solutione, etiam appellando, et resistendo usque ad Carcerationem. Idque cum dictus Cata, non ita processerit in restitutione depositi, salvum manet jus dicto Duro, ad illius recuperationem.

Quia ad excusandum dictum Cata a dolo, et lata culpa, per revelationem depositi, quam fecit praehabito Domino, in vim juramenti in posse, et manu illius praestiti, sufficiebat error communis, qui in hac parte jus facit, secundum quem, praesentis Civitatis Incolae, et externi, sibi persuadebant, seu persuadere poterant, arctare, et stringere ipsos juramentum, quod praestabant ad manifestationem, et revelationem earum rerum quas in custodiam habebant, illorum, qui ab hac Civitate, illa tempestate abfuerant, persuadendo sibi pariter ipsorum esse legitimum superiorem, qui si-

milia deferebat juramenta, respectu Jurisdictionis, quam de facto in praesenti Civitate exercebat. Constat, in diam juris, iuxta communem Interpretum sententiam, Debitorem solventem alteri, quam vero Creditori, vigore praeconij, Statuti, seu legis a Tyranno facta, non teneri Cruciatum, seu Carcerem subire, ad effectum consequendi a suo Creditore liberationem, cum non requiratur actualis Coactio, nec quod ad actum Coactionis fuerit devendum, sed sufficit potentia cogendi; qui enim vigore praeconij, seu mandati a Tyranno facti, solvit, juste timet, et hoc sufficit ad eius excusationem, praemaxime si debitor compellitur alteri, quam vero Creditori solvere, in odium et injuriam ipsius Creditoris, quo in casu periculum, et damnum ipsius est, non debitoris; imo respectu istius, remanet obligatio extincta et peremptta, prout similiter respectu depositarij, nec enim tenetur iste pecuniam occultare, nec resistere, ac periculo se exponere, et in omni casu omissio ista esset culpa levis, vel levissima, de qua non tenetur depositarius. Constat in praesentiarum, ex Certificatoria desuper relata, dictum sequestrum fuisse appositum super bonis dicti Duro, in eius odium, et injuriam quia Regia suberat Dominationi; ideoque liquet, memoratum Catá, virtute revelationis, seu manifestationis praecedente juramento, dictae pecuniae depositae, et traditionis ipsius factae dicto de Semmenat, remansisse liberatum ab actione depositi, memorato Duro contra eundem forsan competenti.

Nec pariter relevat, si non dolum verum, et realem saltim verosimilem, et praesumptum interfuisse pro parte dicti Catá ad manifestationem depositi, quem eliciare intendit, ex varijs facti circunstantijs, et praecipue ex decursu tanti temporis, quale effluxit a praeconijs publicari jussis, de mense Augusti 1713 in praesenti Civitate, usque ad praestationem ju-

101.

ramenti, quod fuit pene sex mensium, intra quod tempus, non obstante Proclamatum jussione, de manifestandi quibuscunque effectibus ab hac Civitate absentium, sub poena 500 librarum, de quibus deponunt testes ministrati pro parte dicti Catà super 3. ex articulis per eum oblati 7 Novembris 1712. dictus Catà non manifestavit, nec revelavit depositum dictar. pecuniarum.

Quia praeterquam quod praesumptione juris excluditur omnis dolus, sive verus, sive praesumptus, ita ut ipsum adleganti incumbat eius justificatio: Certum aliunde et secundum juris dispositionem, de dolo praesumpto constare, seu apparere debere, claris, conspicuis, et dilucidis probationibus, ita ut indicia, et conjetura, quae ad ipsum eliciendum concurrant, non aliam possint habere interpretationem quam de dolo inductivam, in quo defecit dictus Magnus Duró, imo ex non manifestatione dicti depositi, virtute Proclamatum supra relatorum, dignoscitur animus, seu intentio dicti Catà, de occultando memorato deposito, utpote quia exposuerit se discrimini incursus poenae 500 ll. ob revelationem non factam; et licet ex post, rigore juramenti, illud manifestaverit, hoc fecit communi errore ductus, qui eo tunc in praesenti Civitate vigebat, de revelanda omni substantia eorum, qui sub debita D. N. Regis obedientia degebant, virtute juramenti quod deferebant ij, qui in hac Civitate Potestatem Gladij de facto exercebant, ut superius fuit atactum.

Tandem non relevat, irregulare fuisse dictum depositum, tum quia pecunia fuit tradita ad numerum dicto Catà non in sacculo clauso, nec obsignato, ideoque cum tacita permissa ea utendi, et super ea negotiandi; tum quia dictus Catà in effectu relata pecunia fuit usus, eo quod ex confessionibus per eum factis in relata petitione

verbali, et in articulis per eum factis, et oblatis 7 Novembris 1712, dictarum Dupliarum auri in eius posse depositarum, tradidit dicto Duró tres Duplias, et dimidiam; tum et denique quia dictus Catà in praesenti Civitate, pro publico Mercatore et Negotiatore reputatur, quibus in casibus, praesentibus concurrentibus circumstantijs, depositum de jure irregulare est et factum dumtaxat contemplatione, et favore depositarij. Ex quibus infertur, quemcumque casum fortuitum, aut aliud, qui evenerit in peremptione rei depositae, cedere damno, et periculo dicti Catà, cum non speciei, sed generis, si irregulare est depositum, memoratus Catà debitor fuerit effectus, translatis Dominio, et possessione in eundem de pecunia deposita; ideoque dictus Catà, actione depositi liberatus non remaneat.

Quia praedictis faciliter satisfit; constat namque ex meritis processus, praesertim ex confessione facta per dictum Duró in dicta petitione verbali, dictum Duró commendasse praefato Catà, dictas pecuniae partitas, ad effectum eas custodiendi, ibi: per altres tantes, que ell agent, en lo any 1713, en lo dia 17 de Juliol encomanà a dit Reo, perque las hy guardàs &c.ª in quo consistit de jure, vera, et realis depositi substantia; quin constet, dictam pecuniam fuisse numeratam, imo contrarium liquet ex meritis processus; tum ex responsione facta per dictum Catà, tum ex actu apprehensionis desuper relato ideoque defuit nedum expressus, sed et tacitus permissus, ut memoratus Catà ea uteretur, et super eas negotiaretur. Constat similiter ex meritis processus et praecipue ex actu apprehensionis, instrumento apocha, et responsione verbali dicti Catà, desuper expressis, dictum Catà nihil consumpsisse de dictis pecunijs depositis favore dicti Duró, imo de eas

exburiasse dictas tres duplias, et dimidiam in eius utilitatem, occasione eius petiti, ut similis quantitas ipsi bonificaretur cum sequestrata fuit pecunia, et requisitum tradita dicto Nobili de Semmenat, cui petitioni annuit dictus de Semmenat, ob quod dictus Cata sibi retinuit dictas tres duplias, et dimidiam auri, pro consimilibus, quas consumpserat pro computo dicti Duro, ut videre est in dicto apocha instrumento, cui refertur. Constat ulterius ex eisdem meritis, dictum Duro tradidisse dicto Cata, dictas pecunias partitas, sub duobus involucris, quo in casu depositum pecuniæ regulare esse non desinit, quamvis non fuerit tradita in sacculo clauso, nec obsignato: Constat insuper, depositum factum in persona mercatoris pinguioris fortunæ, et substantiæ, qualis est dictus Ioannes Cata, quem non est verosimile, pecuniam acceptaturum ad mutuum, nec similiter ea usurum, si in ipso actu depositi fuisset ei data facultas, vel expresse, vel tacite, pecunia deposita utendi, (quod ultimum in præsentiarum decet) verum, et regulare illud censeri, ita ut dominium in accipientem non transferatur, ad differentiam facultati datæ pecuniæ usus, ex post facto, post celebratum depositi contractum, quo in casu, si depositarius pecuniam mouerit, aut ea usus fuerit, depositum transfertur in mutuum, quæ omnia in præsentiarum deficiunt; ex quibus apparet de exceptionibus oppositis per dictum Cata, quæ in reliquo non remanent elisæ, per deducta, et allegata pro parte dicti Magini Duro.

Hi igitur, et alijs meritis processus attentis, et alias sua Ex.a conclusionem in Regia Aud.a factam insequendo, sententiat pronuntiat, et declarat, silen-

tium imponendum fore, et esse dicto Magno Duró, in, et per eum petitis, uti eum presenti imponit, dictumque Joannem Cata absolvendum fore, et esse, prout eum presenti absolvit, reservato jure dicti Duró, si quod ei competit in alio judicio, contra quascumque personas, quas consliterit, sibi imbursasse dictas pecuniæ quantitates, pro quas dict. Duró et neutram partem in expensis condemnat, sed pro arbitrariis solitam executionem fieri mandat. = Vt. D. Antonius Calá de Vargas. = Vt. Barbastro. = Vt. de Miqu. Publicata per D. Josephum Picofet, et Matas, Regium Mandati scribam, Barcinonæ, die 18 Septembris 1717.

De materia hujus Decisionis, videndus omnino Vitaniy tom. 2. decis. 31. a n. 123. usque ad 155. ubi magistraliter. Vide etiam notata infra verbo Solutio fol. 354. in dorso.

Donatio facta a patre filiæ in patria potestate constitutæ est revocabilis. Videnda docta Allegatio pro Michaele Comer art. 2. per totam, quæ habetur tom. 2. Allegationum fol. 559.

Donatio = Donatarius. = Donatarius juris patronatus, sicut nec Successor universalis, possunt impugnare donationem juris patronatus factam a suo authore, a quo causam habent. Rota in Camerinen. fideicommissi 15. Junij 1708. § et similis fultate, coram Ill.mo D. Aldobrando, et in Auximana, Dotis 14. Januarij 1708. § non obstante, coram Ill.mo D. Lancett.

Donatio tertij, et quinti, et qualibet alia, an, et quando sit revocabilis? Vide D. Salgado labyr. par. 2. q. 19.

Donatio facta contemplatione certi matrimonij, quod ex casu causa finalis dicitur (idem in melioratione) est irrevocabilis. D. Olea tit. 2. q. 3. n. 9. Ita autem minus posit melioratio, ex causa æris alieni per patrem meliorantem bona fide contracti. Vide Oleam citatum ex n. 11. cum casuum distinctione, et ad hanc quæstionem d. recurre in quocumque casu donationis factæ contemplatione matrimonij, sive certi, sive incerti, sive jure majoratus, vel alio quovis modo.

Donatio.

Donatio non praesumitur simulata, ex quo donator remanet in dominio rei donatae, dummodo aliae non concurrant conjecturae, Bartolom. Silvany consil. 49. a n. 18. ubi ait, hanc conjecturam debilissimam extimare, quoties donatarius de fructibus rei donatae participavit, praecipue ad suam sustentationem, ibidem num. 11. adducens pro se Menoch. de arbitrar. lib. 2. centur. 1. cas. 39. n. 3. Sicuti non praesumitur simulata venditio, licet venditor continuaverit in possessione rei venditae, quoties emptori respondet de fructibus, tunc enim cessat omnis fraudis suspicio, idem Menoch. ubi proxime ex Bartol. et alijs. = Et in donationibus est extra dubium, quoties donator constituit se pro donatario possidere, donec acceperit possessionem, Bartolom. Silvat. ubi supra n. 12. et 13; Constitutum enim, parificatur traditioni l. certa § 1. ff. de precario, Boerius decis. 172. n. 12. in 1.a parte, quia donans precario nomine possidens, mutat sibi causam possidendi, et possessionem incipit tenere ex noua causa, quod tollit omnem simulationis suspicionem, Silvat. citatus n. 13. ex Cardin. et Innocent. in cap. illos vos, extra de pignor. Bald. in l. illud C. de sacrosanc. Eccles. Alexan. consil. 28. n. 4. et 5. vol. 5. Bartolus cons. 65. n. 2.

Donatio, quae apparet ex publico Instrumento, habet pro se omnem veritatis praesumptionem, nec sufficiunt leviores conjecturae ad eam infringendam, Sabelli verbo Donatio num. 68. et apud ipsum Surdus consil. 173.

Licet donatio de simulatione arguatur, debet primo constare de causa simulandi, et haec debet esse probabilis, vera, et verisimilis; alias conjecturae non recipiuntur, nec admittuntur ad eam infringendam. Rotat.

Donatio.

Romana, quondam Ottoboni, postea Alexandri VII, inter suas decisiones 238. n. 10. et quondam R. P. D. Zarate, inter suas decis. 118. n. 8. apud eandem Rotam, decis. 58. n. 3. in impressis post Escob. de ratiociniis, et in recent. decis. 218. par. 16. Et causa simulandi deficiente, non sufficiunt leves conjecturae, licet plures adducantur. Rota quondam R.di P. D. De Lena inter suas decis. 1290. et alij apud, et cum Escob. de ratiociniis q. 100. a n. 13. ad 16. Noguerol. adlegat. 20. n. 163. ibi: ad probandam simulationem, requiritur, quod causa interveniat, quae eam inducat, ex Bartol. cons. 65. et Farinac. de simulatione q. 162. n. 136. et Conjecturae ad probandam simulationem, debent esse ita clarae, et evidentes, ut concludant per necesse, Noguerol. adlegat. 20. numero 167. ex Ludovisio, decis. 195. n. 4. et ibi Beltraminus n. 17. et clarius Zarate, citata decis. 118. in Tudertina Donationis 4. Julij 1657, n. 6. ibi: Neque officit, quod prima donatio dicatur simulata, ad effectum excludendi Portium, communem fratrem; quia cessante causa simulandi, simulationis praesumptio nunquam admittitur. Rota apud Cavaller. decis. 13. n. 3. et decis. 406. n. 5. et in recent. decis. 263. n. 4. par. 3. apud Zarate ibidem, et idem Zarat. n. 7. ibi: Deficiente causa simulationis, conjecturae pro ea inducenda, non admittuntur, ex Ottobono decis. 238. n. 10.

Donatio facta ob causam ex quibus posset revocari, Caes. de Grassis Larrea tom. 2. decis. 66. qui n. 20. cum seqq. decisum refert in Granatensi Patronio, donatorem competere beneficium ne egeat taliter ut ex causa alimentorum, et propriis statu decentia, posse bona donata alienare, et donationem revocare.

Licet Donator post donationem remanserit in possessione, et administratione rerum donatarum, tamen ex hoc non oritur praesumptio simulationis, si donatarius de fructibus participavit, vel de illis correspondeat ei donator. Altimar de nullit. Contract. tom. 3. rubr. 1. sect. 2.

Vide contra haec D. Valenzuela consil. 69. ex n. 185. tomo 1.

Supplem. q. 32. n. 322. in fine, et apud ipsum Marinus ad Revertev. decis. 529. n. 3. maxime stante clausula Constituti Altimar ibi ex Stayban. resol. 161. n. 23.

Ex quibus arguatur simulatio vel excludatur Mascar. de probat. concl. 557 et 558. Gratian. cap. 252. n. 18. et cap. 255. et cap. 439. n. 59. Fontanella de pact. tom. 2. claus. 5. glos. 8. par. 6. n. 7. Altogr. controver. 96. a n. 154. Rocca disput. 46. – Et de praesumptione sumenda circa continuationem possessionis per donatorem, vide l. sicut § supervacuum ff. quibus mod. pig. l. qui sub imagine C. de distract. pignor. Muta decis. 28. n. 12. Castillo decis. 179. Novit. decis. 3. et ibi Altimar n. 11. Casanat consil. 28. n. 12. Capic. Latr. decis. 46. n. 5. 7. Rota post Torre de pact. futura succes. decis. 115. n. 10. Latro consult. 98. n. 26. Manfrella ad Latr. decis. 173. n. 7. Valenzuela consil. 109. n. 24. Marian. consil. 14 n. 7. lib. 1. quos omnes refert Altimar de nullit. contract. tom. 3. fol. 221. n. 322. et 370.

Donator, quoties accedit possidere rem donatam, nomine donatarij cum constituto, dicitur donationem incipere a traditione, ac si revera eo tempore quo fit donatio, res fuisset tradita. Altimar de nullit. contr. tom. 3. rubr. 1. sect. 2. supplem. q. 31. n. 53. et 54. folio 202. et apud ipsum Cifarellus rer. fiscal. 36. n. 4. Marcian. disput. 56. n. 21. et statim perficitur quoad omnes juris effectus, Altimar ibidem n. 72.

Donatio licet possit fieri sine scriptura, si tamen probari velit per testes, debent ij esse omni exceptione majores. Altimar. ubi supra n. 280. et apud ipsum Cardin. de Luca de Donation. discurs. 7. videndus ad effectum

inquirendi, quomodo revocatio per testes vel scripturam debeat probari.

Supposita Donatione, non praesumitur illius revocatio. Altimar ubi proxime n. 301. ex Altograd. consil. 8. n. 86. lib. 1. et in dubio Iudex non debet esse proclivior ad eam comprobandam Altimar ibidem, ex Mantica de tacitis lib. 21. tit. 10. n. 13. Gobbius consult. 19. n. 60. cum seqq.

Praesumitur donatio, si fiat in remunerationem Altimar ibidem n. 302. cum tunc dicatur ex causa, Altimar ibidem, et apud ipsum Hodierna controversia 21. numero 38.

De natura Donationis inter vivos est, quod perfecta non potest revocari, l. Donatio C. de Donationibus Altimar ubi supra n. 473. et ibi plures; sed potest fieri revocabilis, Fontanel. decis. 392. n. 4.

Circa materiam simulationis in Donatione, an scilicet admittantur conjecturae non constito de causa simulandi adducitur ab omnibus tanquam Magistralis Decisio Cardinalis Ludovisij 195 n. 4 et ibidem eius Additionator n. 17. videndus.

Summe ad hanc materiam videtur conducere Decisio Rotae Romanae Bononiensis, Bonorum 30 Martij 1607. quoram R. P. D. Lana, inter suas, decis. 1290. et in post. Farinac. tom. 2. Consilior. decis. 237. ubi fuit propositus casus, videlicet, quod Iulius de Comitibus, dum viveret, retinuit in domo sua Lucretiam de Comitibus, matrem Sebastiani, cui ex dispositione testamenti Paterni, alimenta ministrare tenebatur, ipsa tamen suas Dotes conferente, praesupponebantur etiam inter Iulium, et Sebastianum, et inter Sebastianum, et Lucretiam, plures extitisse lites,

et anno 1535. Lucretiam vendidisse Iulio, tertiam partem cuiusdam prædij de Arcoveggio, pretio 5120 £ ad quorum computum, ut in instrumento dicebatur, solutæ fuerunt 4416 £ residuum vero, nempe 706 £ tenebatur compensare Lucretia venditrix, cum fructibus, quos sibi durante vita reservaverat.

Hunc contractum Sebastianus de Monterenzi simulatum esse proposuit. Unde dubitatum fuit in Rota, an Sebastiano ad bona materna agenti, obstaret instrumentum venditionis prædij de Arcoveggio, et transactionis desuper initæ. Et utraque parte informante, Censuit Rota, non obstare, ex eo quod prædicti contractus erant simulati.

Et quia simulatio non præsumitur, nisi constet prius de causa simulandi, nec sufficit simulationem proponere, nisi doceatur etiam de causa simulandi, et non probata illa, conjecturæ non sufficiunt, licet plures adducantur. Ideo Domini, antequam conjecturæ ponderarentur, causam simulandi examinarunt, videlicet lites civiles, quæ inter Lucretiam venditricem, et Sebastianum filium vertebantur, in quibus etiam Iulius emptor, et frater Lucretiæ intervenerat, ita ut Lucretia, vel ad deterrendum filium, vel propter odium, quod ex litibus ortum erat, ut sic Sebastianus filius bonis maternis privaretur vel ad transferenda bona in potentiorem, in odium collitigantis, fecerit instrumentum venditionis de quo agebatur; et licet anno 1535. fuerit facta transactio, per quam dicebantur lites terminatæ, tamen in ea quædam fuerunt terminatæ et quædam reservatæ, signanter lis super prædio de Arcoveggio, ultra quod transactio fuit facta post venditionem scilicet die 22 Ianuarij 1535. quo tempore adhuc lites vigebant.

Hac causa simulandi constituta, ad conjecturarum exa-

O/181/121

men fuit deventum, ex quibus Rota urgentes reputavit sequentes.

1ª quia Lucretia, non obstante venditione, et transactione, usque ad mortem remansit in possessione prędij venditi.

2ª ex transactione, quę dicebatur facta prętextu litium ex eo, quod Lucretia fuisset lęsa, cum revera inter Lucretiam, et Iulium nullę fuerint lites, ex quo maxima arguitur simulatio.

3ª ex eo quod in instrumento dicebatur, pretium fuisse exburiatum per manus Pauli Rignani publici mercatoris, et tamen in eius libris, diligenter inquisitis, hęc partita non reperiebatur notata, cum tamen in eis computum eiusdem Iulij extaret, cum pluribus in debito partitis.

4ª et urgentissima deducebatur, ex duabus assertionibus et attestationibus factis a Lucretia in testamento, et Codicillis ideo, quod talis contractus fuerat nullus, et simulatus quibus erat multum deferendum, quia facta fuerant cum iuramento a Lucretia, morti proxima, et eas non revocavit, cum non sit credendum, immemorem salutis ęterna in peccato mortali velle decedere. = Quibus etiam plures alia adjungebantur conjecturę, ex quibus mota fuit Rota ad pronunciandam simulatam venditionem.

Hęc decisio confirmata fuit alia 20 Iunij 1668. quoram R. P. D. Peña quę extat inter suas, decis. 1375. ex supradictis conjecturis, et alijs in secunda instantia noviter adductis, scilicet, venditionem factam fuisse cum pactis insolitis, videlicet reservationis [illegible] fructus, et facultatis scindendi arbores. Item etiam ex alienatione facta per venditricem rei magni valoris, sine ulla necessitate. Item quia facta fuit, nullis adhibitis fidejussoribus, stante venditrice litibus involuta, et demum propter modicitatem pre-

tij; ex quibus omnibus simulatio arguebatur.

Attamen postea, prosequuta eadem causa quoram dicto D. Peña, fuit facta decisio, quæ inter suas est 1410. sub die 16. Novembris 1609. et in ea censuit Rota, ab antecedentibus Decisionibus esse recedendum, et quamvis plures conjecturæ simulandi urgerent, etiam fuit ad causam simulandi restringere disputationem, et videre, utrum constaret de sufficienti causa simulationis, tamquam inde pendens potissimum totius causæ resolutio.

Unde tandem in Rota, quoram eodem R.do P. D. Peña die 27 Julij 1611. inter suas decis. 1594. recessum fuit omnino a decisis in duabus prioribus Decisionibus, ex motivo ibi: quia de causa simulationis non constabat; nam cum causa simulationis debeat esse certa, idonea, et multum verosimilis, Bartol. consil. 65. n. 4. Albensis consil. 9. n. 1. et 7. et consil. 97. n. 24. lib. 1. Nata consil. 628. n. 17. lib. 3. Hondedeus cons. 41. n. 28. lib. 2.: Consequenter fuit dictum, lites civiles inter Lucretiam venditricem, et Sebastianum filium, agitatas cum interventu Julij, non fuisse sufficientes ad probandam causam simulationis venditionis. = Vide Ludovisium decis. 157. n. 21. et n. 27.

Donationis simulatio

Simulatio non præsumitur, nisi constet prius de causa simulandi Rota in citata decis. quoram Peña decis. 1290. n. 2. ex Baldo consil. 389. n. 1. lib. 4. Cravetta consil. 145; nec sufficit proponere simulationem, nisi etiam causa simulandi doceatur, Rota quoram Peña ibidem, et Archar. cons. 227. n. 2. ex vulgari Consilio Bartoli 65. n. 4. et non probata causa simulandi, conjecturæ non sufficiunt, licet plures adducantur. Rota, quoram Peña, ibidem, et inter suas decis. 215. n. 2. et in Romana Donationis 27 Apri-

Vide omnino D. Sig. in Labyr. par. 2. cap. 14 ex n. 122.

lii 1592 et ibi Durand. Donatio decis. 128. n. 10. et Rota Recent. par. 2. decis. 413. n. 1. Idem Peña decis. 323. n. 1.

Non colligitur simulatio, ex eo quod donator remansit in possessione, et administratione bonorum donatorum, quia ista praesumptio non est sufficiens ad fraudem praesumendam Rota quoram Peña, dicta decis. 245. n. 8. ex Iasone in §. item si quis n. 41. institut. de action. Riccius in l. post contractum n. 49. ff. de donationibus. Bartol. consil. 65. n. 5. maxime stante clausula Constituti, quae excludit omnem fraudis suspicionem, Rota quoram Peña ibidem n. 9. ex Bartol. in dict. consil. 65. n. 6. Roman. consil. 246. n. 1. Socin. consil. 264. lib. 2. n. 2. versic. sed dicit.

Simulatio non praesumitur, nisi constiterit de causa simulandi, Rota quoram Peña inter suas decis. 246. n. 2. et ibi Bald. consil. 389. et idem Peña decis. 530. n. 2.

Retrodonatio, seu renunciatio Donationis, ut sustineri valeat, debet esse facta cum eisdem solemnitatibus, quibus facta fuit donatio. Rota in Romana quorum de grandi 22 Junij 1592. quoram Peña inter suas decis. 239. n. 3. ex l. 2. C. si adversus donationem l. si ad resolvendum C. de praedijs minorum. Iason in l. cum filio familias n. 110. ff. de legat. 1. Anius Pinelus in l. 1. in 3a parte n. 60. circa finem versic. 6. C. de bonis maternis = taliter, ut ubi ex Statuto, vel Consuetudini non est remissa in donationibus necessitas insinuationis, non valiat retrodonatio sine insinuatione. Rota quoram Peña, ibidem n. 2. = Hoc nota ad causam Michaelis Rheus; nam supposita donatione facta solemniter per Rdum. Michaelem Rheus ...
... in eius favo-

rum, non potuit communi voto ab ea resiliri, sine eisdem solemnitatibus, maxime instrumenti, et testium; aut saltem dici potest, non constare sufficienter de retrodonatione, sive renunciatione donationis, per solam attestationem Notarij illam asserentis, scriptura privata.

Non sufficit probare simulationem, nisi etiam probetur legitima causa simulandi. Gratian. discept. seu cap. 252. a n. 18. et cap. 255. a n. 9. ibi: Quia deficiente causa simulationis, deficit etiam simulatio, ita ut allegatio causæ debeat esse certa sufficiens, et verosimilis, adeo, ut neque sufficiat probare causam simulationis simpliciter, nisi etiam probetur, quod ab initio contractus intervenerit; non enim satis esset, si ex post facto id ageretur n. 10. = et n. 25. dicit, quod per contestationem, excluditur simulatio quoties non constat de causa simulandi.

Donatio non præsumitur simulata, ex eo quod Donator in possessione rei donatæ remanserit, si donatarius fuerit de fructibus responsum. Altimar in observat. ad decis. 3. Ausitii n. 12. ex Riccio in praxi par. 2. resol. 431. n. 2. Paul. de Montepicco in l. post contractum n. 21. in fine ff. de donationibus.

Simulatio non præsumitur, l. pacibus 18. C. de probationibus l. cum proponas 5. C. si quis alteri, vel sibi. Vazol. Controver. 9. n. 28. Unde qui eam allegat, tenetur concludenter probare, dicta l. cum proponas C. si quis &ca. Magon. decis. Florentinæ 37. n. 10. Burat. decis. 141. n. 4. &ca. et cum Scaciolo ibidem n. 29; et probata nunquam dicitur, nisi prius in actis legitime probatum sit, de antecedenti causa simulandi, vera, seu verosimili, et de tem-

fore celebrati contractus irrita. Ita Ticcol. ibidem n. 30. plures pro se adducens, praecipue Sene, decis. Aragonia 78. n. 13. et Mantica de tacitis lib. 13. tit. 35. n. 8.

Simulatio excluditur, si non adsit necessitas. Rota ad opera Cardin. de Luca decis. 4. n. 10. tom. 4. et in Mantica decis. decis. 11. n. 10. tom. 8. = Et ex qualitate personae, decis. 1. n. 11. tom. 2. = Ex quibus excludatur dec. 11. n. 11. et 12. Mantica tom. 8. et est concludenter probanda, decis. 23. n. 6. Mantic. tom. 8. = Ad materiam simulationis Contractuum, maxime Donationum, vide omnino Lolium Altogradum consil. 21. per tot. tom. 2. et an stante clausula Constituti, hac operetur; et an, et quando admittantur conjecturae, et quales esse debeant ad probandam simulationem, vide Tritany tom. 2. decis. 39. n. 11. et 22. cum sequentibus.

Donatio Universalis valida est, etiamsi Donator sibi unice usumfructum reservaverit. Rota decis. 9. n. 16. ad opera Cardin. de Luca tom. 7. = Vide in verbo Notarius, Instrumentum, Constitutum.

Contra conjecturas ex adverso ponderatas in causa Michaelis Reus.

Ottobon. decis. 38. n. 16. ibi: Possessio vero donantis post donationem, ex qua regulariter deducitur conjectura simulationis, non probatur, nisi ex simplici enunciativa &c. et propterea cum versemur in donatione facta a patre filiae, ac uxori, actus possessorij a patre, et a marito respective gesti, si probarentur, referri possent ad titulum familiaritatis,

ne inducerent conjecturam simulationis. Curtius Junior consil. 110. n. 4. et 6. Rota coram Gregorio Decis. 401. n. 16. et in Florentana praedij 1. Julij 1641. coram R. P. D. Bicchio.

Donatio universalis non praesumitur simulata, ex quo modica quantitas sit ad testandum reservata. Ottobon. ibidem n. 13. ibi: quia sic de jure fieri potuit, ut in l. si totas S. C. de inoff. fiuos. donation. Rota in Romana, locor. montium 25 februarij 1641 coram R.mo Decano.

Summe ad intentum Donationis simulatae, et exclusionis conjecturarum, simulationem suadentium, facit Decisio 238. Ottoboni per totam, praecipue n. 4. 5. 6. 9. et 10.

Filius licet post emancipationem, socium habuerit patrem in possessione bonorum, praesumitur jure familiaritatis patrem possidere, ex Surdo, consil. 260. n. 1. et seqq. lib. 2. Rota decis. 321. n. 1. tom. 1. part. 4. recentior.

Promissio donandi

Promissio donandi, dotandi, et meliorandi, regulariter donationem, dotationem, et meliorationem importat, dicta com. DD. plaudum, apud Oleam ... videndum sit. 1. q. 6. An autem ex hypothesi quod promissio meliorandi favore matrimonij facta impliciter contineat liberam promittentis facultatem imponendi promissario gravamina, et substitutiones, iuxta ordinem praefixum in leg. 22. tauri: licet in genere iuris disputabile sit, in praxi tamen, pro hac facultate est respondendum, ex Olea citato num. 23. qui ibi addit. ad num. 15. docet patrem qui maioratum irrevocabilem instituit, in filij, eiusque descendentium favorem, si verba ambigua sint, posse illum ad masculos restringere alias secus: quia supposita maioratus irrevocabilitate, nova esset dispositio, faciens maioratum irregularem, in praeiudicium iuris vocatorum.

Donatio.

Donatio universalis cum reservatione tantum quinque librarum, et charitatis necessariae pro 150 missis celebrandis, valida est. Ita fuit decisum per hanc Regiam Audientiam ad relationem domini Canet in graduatione bonorum Antonij Juralles scriba Coll. sent.a publicata 30 Junij 1657. ... Non obstante nullitate contra eam opposita, ob modicam reservationem quinque librarum dumtaxat; quoniam quamvis in eadem donatione solum fuerint reservatae quinque librae ad testandum, constat tamen fuisse etiam reservatam charitatem pro 150 missis, et alijs operibus pijs, et reservatum ad dictum effectum sit favore reservantis, et potest ei renunciare, alias, quod de eo libere potest donator disponere; et attentis dictis reservationibus, non videtur modicum reservarum. Erat facta donatio universalis 3 Martij 1656. per Margaritam Juralles, Francinam Ribes, et Juralles sorores suas penes Bonaventuram Thomas nottarium.

Vide Fontan. tom. 1. clausul. 4. glos. 23. n. 5. ubi refert plura exempla Senatus, in quibus donationes cum modicis reservationibus fuerunt validae declaratae. Cancer var. par. 3. cap. 2. ex n. 125. et Fontan. tom. 1. claus. 4. glos. 22. par. 1. fol. mihi 485.

Donatio simplex, licet maximi valoris, nunquam imputatur in Legitimam. Ita Senatus ad relationem D. Jacobi Canet R.C. die 5 Decembris 1674. scriba Olives, inter Dn. Hieronymum de Salas, et Canonicum Togores cum alijs. Vide Legitima.

Donatis per patrem bonis filio, et ejus filijs, an donatarius possit inter ejus filios disponere? vide Cancer var. par. 1. cap. 8. de donation. ex n. 101. ubi docte disputat quaestionem, et pro utraque sententia Senatus decisiones refert. Molin. de hisp. primog. lib. 3. q. 10. ... Olea, tit. 2 q. 6 ex n. 34 ubi plene.

Donatio Juris patronatus.

Confirmatio donationis juris patronatus fieri nequit per Vicarium, sed debet praecise fieri per Episcopum. Sul. Capon. videndus tom. 2. discep. 73. ex n. 33. Majoricis tamen adest contraria consuetudo, et V. G. ab immemorabili tempore, has donationes confirmat.

Si non fuerit ab Ordinario approbata, nulla est, et invalida. cap. illud 8. de jure patron. Barbosa de jure Ecclesiast. lib. 3. cap. 12. n. 246. Rota coram Coccino dec. 2166. n. 11. in recent. decis. 327. n. 4. par. 2. Haec regula procedit etiam in donatione juris patronatus facta filio, nam adhuc in his terminis requiritur Ordinarij consensus ad illius validitatem, Lambertin. de jure patron. par. 2. lib. 1. art. 2. q. 6. ea ratione quia quamvis in donatione facta Compatrono, non requiratur consensus Ordinarij, secus tamen est in filio, qui vivente patre, praesentare non potest. Neque ex lapsu temporis, Ordinarij assensus praesumi valet, quando deficit pacifica observantia, quae ad hunc effectum cum lapsu temporis copulative requiritur. Gratian. disceptat. 303. n. 22. cum alijs. Vide in materia doctum juris Responsum Josephi Liganti, Romanae Curiae Advocati, pro Gaspare Poquet, et Net, ubi etiam plura de jure patronatus gentilitio. Habetur in sexto tomo Allegationum fol.

Optime D. Olea de cess. jur. tit. 2. q. 7. ex n. 42. Cujus doctrinam secutum fuit Supremum Castellae Consilium favore D.na Antonij, et D. Mariae de Salas, contra D.num Hieronymum de Salas, anno 1724. in lite super praedio Son-Salas, et in judicio supplicationis 21. Novembris 1725.

Donatio. = Bona donata sponso, contemplatione certi, ac determinati matrimonij, competunt omnibus filijs, et non solum procreatis ex illo matrimonio, cujus intuitu, et contemplatione donatio facta est. Rota plenissime apud Ottobonum, decis. 99.
Contrarium firmatur per eandem Rotam in Melevitana donationis, 12. Decembris 1653. et 14. Maij 1657. coram Cerro, quae habentur par. 12. recent. decis. 230. et 408. ubi dicitur, quod citata decisio coram Ottobono procedit, quando agitur de donatione facta sponso, non vero illius filijs, habentibus tantum jus secundarium successionis in spe, ac dependenter a patris dispositione; secus quando filij primo, ac determinati matrimonij sunt vocati, et habent jus de per se. Cardin. de Luca de fideicom. discur. 136. n. 9. 10. et 11.
Vide Larream decis. 33. Molinam de Rit. nuptiar. lib. 3. q. 11.

Dotis Constitutio = Bona Vinculata = Dos.

Bona ab ascendentibus vinculata, et fideicommisso supposita, obligata sunt dotationi omnium descendentium, Authent. Res quae C. Commun. de legatis, et ibi omnes, Gratian. tom. 2. cap. 331. per tot. Peregrinus de fideicom. art. 42. n. 5. Molina de primogenijs lib. 4. cap. 7. n. 36. et alij apud ipsos, prout ita plures declaravit Senatus Majorum ut constat ex alio libro Decisionum illius, verbo Bona, ubi vide. Et licet loquantur in terminis restitutionis dotis, idem procedit in illius constitutione, ex aequalitate rationis. Docent in terminis Gratian. citatus n. 8. Peregr. ibidem n. 5. ~~Molina~~ Marcus Ant. Eugen. consil. 54. n. 23. Surdus de subsistent. q. 532. n. 38. de Luca de Dote discurs. 145. n. 83.

Quod procedit licet pro parte mulieris, vel ab ea causam habentium, probatum non fuerit, non adesse bona libera; quia licet talis obligatio sit subsidiaria in bonis fideicommissi suppositis ab ascendentibus, in defectum scilicet bonorum liberorum, ut fatentur omnes, et docent citati DD. tamen onus probandi, talia bona libera non extare, pertinet ad fideicommissi possessorem, taliter ut agens intentionem habeat fundatam, allegans solum, talia bona libera non adesse, ut intret dicta obligatio subsidiaria, prout constat ex traditis a Molina de primogenijs lib. 4. cap. 7. a n. 32. ex Bartol. Antonio Gabrielio, Decio, Curtio Seniore, Socino, et alijs.

Hoc idem docet Cancer variar. par. 1. cap. 9. ubi

Dos = plura de dote, eiusque hipoteca, et praelatione vide apud Ream tit. 3. q. 5.

Dispositio huius Authenticae non procedit in Majoratibus Castellae, in vim hujus Regni consuetudinis, ut docet D. Salgado in labyr. par. 1. cap. 24. n. 67. D. Molina de primog. lib. 4. cap. 6. ex n. 17. ad 22. et ibi Addentes, Cardin. de Luca de Dote dis. 145. n. 6. et 7. Quod intellige, seclusa Regia facultate, ut Doctores Regnicolae docent.

postquam probavit a n. 164. usque ad 174. quod bona fidei commissata ab ascendente, sunt obligata, tam pro constitutione, quam pro restitutione dotium omnium descendentium, docet cum gravissimis Doctoribus, et inter alios Surd. consil. 196. in fine. quod eo ipso, quod allegatur, non esse alia bona praeter subjecta fideicommisso, habet quis fundatam intentionem, et dicenti alia bona extare, incumbere onus probandi, et dicta bona ostendendi.

Ius competens mulieri ex authent. Res quae, ut pro dote habeat hypothecam in bonis fideicommisso subjectis, competit eius haeredibus etiam extraneis. Docet Cancer citatus dict. 1. par. cap. 9. n. 175. cum aliis, Menoch. de praesumption. lib. 4. praesum. 189. n. 154. seu verius a n. 141. usque ad 154. quem vide. Olea de cessione jurium tit. 6. q. 2. n. 24. ubi ex Doctorum sententia docet, quod licet regulariter dotis privilegium tanquam personale, non transeat ad Creditores, nec ad haeredes; fallit tamen in filiis, et nepotibus, aliisque descendentibus, ad quos omnes dotis privilegia transeunt. Allegat Cancer, Fontan. Rodriguez Ripoll, Fabrum, Schifordiger. Surdinum, et alios.

Haeres gravatus, pro constituenda, vel restituenda dote, non solum potest bona fideicommisso subjecta alienare, sed etiam potest pro illo capitali, pro quo poterat talem alienationem facere, imponere dicto fideicommisso censuale, et pro eo bona fideicommissi obligare, in praejudicium successorum in eo. Docent in terminis Cancer 1. p. cap. 9. a n. 185. Molin. de Hispanor. primogen. lib. 4. cap. 5. n. 5. Gratian. tom. 1. cap. 43. n. 32. et 33. Barzius decis. 108. licet indecisum relinquat Peregrinus art. 42. n. 96. = Videndus Cancer citatus; praecipue autem Dr. Gonzalez in Allegat.e pro Confraternitate Sanctorum Petri, et Pauli §. 5. ubi late, et docte disserit de materia onerationis censuum in bonis fideicommissi, ex causa dotis, et interesse dotalis. tom. 1. f. 242.

An, et quando debeat precedere excussio, immo, et excussio bonorum liberorum, ad hoc ut subjecta fideicommisso, obligata sint in subsidium, et contra ea procedi valeat, Vide D. Ludouicum de Molina de primogen. lib. 4. cap. 7. in fine. = Illum tamen nota, quod huiusmodi questio non intrat, quandiu non constat de bonis liberis, quorum probatio pertinet ad fideicommissi possessorum, iuxta supra adductas doctrinas, quae tamen dubie viddi videntur ex traditis a Molina citato, ubi utramque opinionem, earumque fundamenta refert, et tandem distinguit. Sequitur Gratianus d. tom. 2. cap. 331. n. 22. Vide infra in verbo Fideicommissum, quo ad Dotem. fol. 130.

Dos. Iura dotalia habent eandem cum dote prelationem in graduationibus. Ita Senatus in Graduatione bonorum Ioannis Bennasser a Beniatio, ad relationem D. Mora, 17. Septembris 1665. scriba dicto pro Matheo Garcia notario, in qua sententia fuit datus 2us gradus Georgio Bennasser, uti filio, et haeredi Elisabethae Serra pro residuo dotis, et juribus dotalibus matris suae; constabat tamen de vera solutione.

Dos, quoad interesse. = Vide notata infra in verbo Iura Dotis

Dos congrua. Vide in materia Allegationem pro Dno Nicolas Dameto per totam cum Dno Petro Descallar, et Da Ioanna Dameto, in qua agitur de sequentibus questionibus. 1a an filia nubens digno, vel indigno, sine consensu parentum, privetur Dote, legitima &c. 2a an indigentia patris, illum eximat a filia dotatione. 3a an idem procedat in matre. 4a Quid de his juxta Regionis consuetudinem. 5a an iura dotales debeantur, non constito copulatione de dotis promissione, de matrimonio, et quod maritus eius onera subierit. Hoc allegatio est opus D. Bernardi Ferrer. = In contrarium est videnda Allegatio Dni Bartolomei Bordils pro Dno Petro Descallar, et Da Ioanna Dameto per totam.

Dos, et donatio propter nuptias facta a parentibus, constante matrimonio, solui debet ex bonis lucratis, quae gananciales vocamus; eis tamen deficientibus, ex propietate bonorum communium. Si vero solus maritus donationem fecerit, aut filiam dotauerit, ex propiis eius bonis solui debet, l. 8. tit. 9. lib. 5. Recopil. l. 53. tauri, et ibi Gomez.

Donatio.

Si sint donata bona sine particula universali, intelligitur facta tantum donatio de praesentibus. Peregrin. de fideicom. art. 51. n. 32. Cancer. var. lib. 1. cap. 8. n. 130. Menoch. lib. 6. praesump. 4. per tot. Jaut tex. in l. si ita D. ff. de aur. et argent. legato. Quod procedit licet facta fuerit donatio bonorum cum particula Universali, Torre de pact. futur. succes. lib. 3. cap. 5. n. 63. et clarius n. 75. ibi: Quando donatio est universalis omnium bonorum, sed sine expressione futurorum, tunc enim verissimum est, quod restringitur ad praesentia, et non comprehendit futura. Molina, Gratian. et Andreol. apud Torre.

Et in dubijs semper sumenda est interpretatio, ut actus potius valeat, quam pereat, l. quoties 12. ff. de rebus dubijs l. quoties 80. de verbor. obligat. l. 3. de militar. testam. Menoch. lib. 3. praesump. 29. n. 45. et lib. 6. prae. 4. per tot. Fontan. de pact. nuptial. clau. 4. glos. 9. par. 4. n. 5. ibi: Cum enim non possit donatio aliter valere, quam si id praesumatur, cum reprobata sit, quae in Universum fit de omnibus bonis donatio, et praesumptio sumenda sit pro validitate actus; inde fit a primo ad ultimum, quod de necessitate ita erat interpretandum, ut scilicet huiusmodi donationes censerent facta de bonis praesentibus, non de futuris. Et claus. 4. par. 2. glos. 21. n. 23. Petra de fideicom. q. 4. in addit. post n. 8. vers. secundo declarator, qui pro veritate eam tenet. Surdus decis. 233. per totam.

Adde, quod donatio non existentium, nulla est. l. 128. de regul. jur. l. 55. eodem, Thesaur. decis. 299. per tot. et signanter n. 3. ibi: In donatione, futura non comprehendi, quia illa tempore donationis non extant, et non existentium donatio nulla est. = Et in dubijs, semper praesumendum est, quod donator de futuris non cogitavit, ex tex. in l. 10. C. de donat. Thesaur. dict. decis. 299. n. 3. ibi: In dubijs enim dicendum est, de futuris donantem non co-

gitasse. = Hoc ipsum amplexus fuit Rota Florentina apud Magon. decis. Floren. 64, ibi: Post mortem autem voluit, et mandavit, quod dicta portio, et omnia alia eius bona, iura, actiones, debitorum nomina, ad eum quomodolibet spectantia, et in predictis partibus non expressa, nec nominata, nec specificata, dividantur inter duos eius filios... et dicto casu, eis donat. et tamen licet universalissima videretur hec donatio, et comprehensiva bonorum præsentium, et futurorum, non obstante, post multas altercationes, censeri per illam solum donata bona præsentia, ibi n. 4: ex his itaque donatio fuit præsentium bonorum reputata, ut futura non comprehendat. Ruinus cons. 158. n. 3. lib. 1. Alexan. in l. fin. C. de pact.

Pronomen *meum* in donationibus, eas restringit ad bona præsentia, ita ut non comprehendant futura, l. si ita §. ff. de aur. et argent. legato, ibi: hac demonstratione *meum*, præsens, non futurum tempus ostenditur. Menoch. lib. 4. præsum. 27. n. 35. ibi: ob vim illius pronominis *meum*, quod significat tempus præsens, Gratian. discep. for. cap. 98. n. 4. Surdus cons. 450. n. 44. ubi cum aliis tenet, pronomen meum, appositum donationi, restringi ad præsentia. Ratio est, quia hoc pronomen de sui natura indicat possessionem. Idem Menoch. dict. præs. 27. n. 35. et cons. 106. a n. 130. Gratian. dic. cap. 98. n. 4. ibi: dictio mea, et similia, restringunt dispositionem ad præsentia, sive sit ex significatione istorum pronominum, sive quia subintelligitur verbum existens, tamquam sint nomina possessiva. Allegat Rotam, Surdum, et Cevallos.

Idem operatur dictio *sua* in donatione, nam eam restringit ad sola præsentia. Gratian. Surdus, et Menoch. locis citatis.

Donatio. Licet donatio hæreditatis, sumpta pro successione, non valeat, l. ult. C. de pact. Peregrin. art. 51. n. 32. cum aliis: si tamen facta fuerit donatio hæreditatis simpliciter, censetur facta de bonis præsentibus tantum. Torre de Majorat. Dec. 14.

n. 8. et dec. 72. n. 4. 5. et 6. Urcol. consult. 98. n. 13. Cancer var. cap. 8. n. 128. et n. 132. Fontan. de pact. claus. 4. glos. 9. par. 4. n. 38. ibi: Donatio autem hæreditatis valet, quia interpretatur facta de bonis præsentibus, improprijando sic verbum hæreditas. Pignatel. controver. foren. cap. 82. n. 26. cendur. 1. Quod sine dubio procedit, quando apparet, contrahentes voluisse gerere actum inter vivos, et nullo modo curarunt de successione post mortem donantis. l. quæsitum §. ult. de leg. 1. et ibi glos. Torre de pact. futur. successio. lib. 1. cap. 4. n. 24. Sherlin. et Ottobon. apud Torre.

Hæc non solum procedunt in donatione hæreditatis, sed etiam in promissione faciendi aliquem hæredem, si caret dictione universali, quia verbum hæres, sumi potest pro domino. Torre dict. dec. 71. n. 16. et dec. 72. n. 4. ibi: tamen hoc non obstante, potius censetur facta promissio de præsenti, per viam contractus validi, ad hoc ut actus sustineatur. Late Fontan. dict. cl. 4. glos. 9. par. 4. a n. 4. Urcol. consult. 98. n. 13. Cancer var. lib. 3. cap. 7. n. 128. Cyriac. contr. 88. n. 8. Rota post Sherlin. de legit. decis. 182. n. 3.

Donatio. An, et quando sustineatur ex clausula omni meliori modo, vide in verbo Clausula.

Donatio omnium bonorum præsentium, nulla est ex dispositione legis 69. Tauri, licet jure communi teneret. Valet tamen data aliqua reservatione, puta usus fructus, vel si fuerit juramento vallata, aut favore piæ causæ. Non tamen fieri potest causa mortis, ut probat Gomez omnino videndus in commentarijs ad dictam legem.

Donatio favore Matrimonij, an et quando facta dicatur ex causa finali, vel impulsiva, et de effectibus inde resultantibus, late explicat D. Olea abdendus tit. 2. q. 7.

Donatio. Dos. &c.

Donatio simplex facta a patre filio in potestate habet vim meliorationis ex L. 26. tauri; non tamen statim valet, quia revocabilis manet usque ad mortem patris, ut docet, et iure quidem, Antt. Gom. in L. 29 tau. n. 29. vers. item etiam

Donatio sive ob causam, sive simplex sustinetur usque ad legitimam, tertium, et quintum, quia in ea quantitate censetur pater filium meliorare, prout ex mente L. 26 tau. docent communiter Regnicolæ, et præ cæteris Ahendaño omnino videndus in L. 29 tau. Glo. 3. per tot. maxime n. 5. ubi hanc esse receptissimam regulam tradit.

De donationibus contemplatione matrimonij, omnino videndus est D. Olea tit. 2. q. 2. per tot. ubi ante omnia præmittit distinctionem inter donationem factam ex causa certi matrimonij, et incerti, et deinde selectiores in hac materia quæstiones magistraliter resolvit.

Donatio inter virum, et uxorem, regulariter prohibetur. ut constat ex l. 1. et tot. tit. ff. de donat. inter. Sunt tamen plures casus in quibus valet, videndi apud D. Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 6. disput. 3. et 4.

Donatio remuneratoria an inter coniuges valeat, et an requiratur probatio meritorum, ancepsque est quæstio, de qua D. Sanchez de matrim. lib. 6. disput. 6. ubi explicat requisita ut talis donatio sustineatur.

Dos nedum ante matrimonium, sed etiam eo jam contracto, constitui potest ab uxore marito; non tamen e contra, quia dotatio mariti post nuptias secutas esset donatio inter coniuges a iure improbata, ut docet Sanchez d. lib. 6. de matrim. disput. 2. ubi hoc limitat in casu, quo inæqualitas esset vel in ætate, vel qualitate, vel nobilitatis, ut præfatus Author explicat ibidem. tunc enim sustineretur ad compensandum defectum ætatis

De Dote, juribus dotalibus, hypotheca, et prælatione vide D. Covar. var. lib. 1. cap. 2. et ibi plene Fasia in additionibus.

Dos a marito ignobili, vel sene constituta sponsæ nobili, aut juveni ante matrimonium, minuit filiorum, vel ascendentium respective legitimam, et de universo patrimonio detrahitur, tamquam ob alienam contractum ex dotatione, quæ tunc dicitur, usque ipsa est contractus

innominatus Do, ut facias. Si tamen dos a marito ignobili, vel sine constituatur constante matrimonio, non minuit legitimam, sed ex quinto, vel tertio respective detrahitur, quia est donatio remuneratoria. Ita cum aliis D. Sanchez de matrim. lib. 6. disput. 8. Avendaño de exequen. mandatis par. 2. cap. 29. n. 14. versic. Quarto infero.

Donatio causa mortis inter coniuges valida est iuxta commune DD. placitum, apud Sanchez de matrimonio lib. 6. disp. 10. qui num. 3. docet, quod si coniuges mutuo sibi donent, ex lege, ut post alterius obitum, superstes ipsius bonis fruatur durante vita, valet donatio, tanquam causa mortis facta, ex Gutier. de iuram. p. 1. cap. 3. n. 26, et 27. Gomez in leg. 52. taur. n. 66. Ideo et ea donatio reciproca, praeiudicet ascendentium legitimae. Unde licet lex sexta tauri, quae habetur compilata in l. 1. tit. 8. lib. 5. Recop. disponat, non posse descendentem in praeiuditium ascendentium disponere ultra tertiam bonorum partem limitanda est in hoc casu, quia solum procedit prohibitio, quando ex mera liberalitate donatio fit; non vero dum per pactum reciprocum, ut superstes coniux fruatur bonis praemorientis ut probe quivis Sanchez ibidem omnino videndus.

Vide in comprobationem Palacios dubios in rubr. de donat. inter coniuges n. 13. 18. et 19. Gutierrez de juram. par. 1. cap. 3. n. 26. cum segg.

Donatio inter coniuges licet iure prohibita, iuramento tamen confirmatur. Licet enim iuramentum quando apponitur in contractu contra bonos mores naturales, valet tamen licet sit contra bonos mores civiles, quibus tantum opponitur donatio inter coniuges, ut ex communiori sententia docet P. Sanchez de matrimonio lib. 6. disp. 11. quibus consequens est, donationem praesumptam, resultantem ex non numeratae dotis confessione, iuramento firmari, ut recte docet Sanchez d. lib. 6. disp. 12.
Vide Cardin. de Luca de Dote dis. 159.

Regula est à nemine controversa, Donationem inter coniuges, morte naturali confirmari. Sanchez ubi proxime disp. 14. Requiritur tamen, donatorem in eadem voluntate perseverare usque ad mortem et quod nec tacite, nec expresse donationem revocet. Dicitur autem tacite revocare, si divortium factum sit. item propter inimicitias subsequutas item si coniux donatarius mores mutaverit in prœiuditium donantis, eiusque honoris. Sanchez d. lib. sexto disp. 15.

Donatio remuneratoria, nisi ex debito justitiæ fiat, non minuit legitimas filiorum, et ascendentium, ut contra aliquos probat Sanchez lib. 6. de matrim. disput. 36.

Donatio, seu sponsalitia largitas.

Sponsalitia largitas est Donatio inter sponsos de futuro, ex causa futuri matrimonij. Haec cum nullo iure Regiatur prohibita, valida est, et statim adquiritur Donatario, si non adsit in contrarium pactum. Ratio est, quia Reputatur donatio simplex, de cuius natura est dominij translatio. Cum tamen ex causa matrimonij fiat si id culpa sponsae donatariae, non sequatur, Restituere tenetur donanti, quidquid ex donatione acceperit. leg. Cum veterum. C. de donat. ante nupt. = Notandum tamen, hodie in Regno Castellae, ex causa sponsalitiae largitatis non quamcumque quantitatem donari posse, sed tantum octauam dotis partem, ex leg. 4. tit. 2. lib. 5. Recop. Sanchez lib. 6. disp. 24. de matrim.

Similiter notandum est, iuxta leg. 52. tauri, quae est 4. tit. 2. lib. 5. Recop. siue osculum praecedat, siue sequatur iocalium donationem, dummodo post inita sponsalia praestitum sit, sponsam dimidiam iocalium partem lucrari; per copulam autem omnia Retinere, et sibi quaerere. = Aliud tamen est, si ante sponsalia, osculum, vel copula intercesserit, quia tunc nihil conquiritur sponsa. Videndus P. Sanchez de matrim. lib. 6. disp. 18.

Sponsa ut consequatur sponsalitiam largitatem, non sufficit, quod matrimonium Ratum, et de praesenti contractum sit, nec traductio in domum mariti, sed amplius Requiritur matrimonij consumatio, ut ex verbis leg. 52. tauri, et plur. DD. authoritate, probat P. Sanchez de matrimonio libro 6. disp. 19. contra Greg. Lopez, in leg. 3. tit. 11. part. tit. 4. verbo Besado.

Donatio Arrarum.

Arræ iuxta communem usum loquendi praxis, et leg. Castellæ nihil aliud sunt, quam donatio, quæ regulariter fit ab sponso sponsæ, vel a marito uxori, in præmium dotis receptæ, vel nobilitatis, vel pudicitiæ sponsæ; quam donationem ipsa lucratur soluto matrimonio. Gomez in leg. 52. tauri num. 12. P. Sanchez de matrim. lib. 6. disp. 1. num. 1. qui soluto matrimonio ad uxorem eiusque hæredes pertinere docent. Et Gomez citatus cum alijs DD. tenet, solum valere hanc propter nuptias donationem, quam Arras vocamus infra decimam bonorum mariti partem, quia ita cavetur in leg. 1. tit. 2. lib. 5. fori, quæ approbatur in leg. 50. tauri, quæ ut in ea exprimitur, renuntiari non potest, ut optime explicat P. Sanchez de matrim. lib. 6. disp. 22. per totam. Et quod Arræ iure dominij pertineant ad uxorem eiusque hæredes, etiam extraneos, constat ex l. 51. tauri.

Pro arrhis competit mulieri hypotheca, non tamen prælatio. D. Olea videndus tit. 6. q. 8. n. 31. et seqq.

Licet communiter in capitulis matrimonialibus dicant tabelliones Arras donari, aut promitti in præmium virginitatis: id tamen nullo iure probatur. Unde infert Sanchez eod. lib. disp. 28. Arras restituendas non esse, in utroque foro ab ea quæ virgo non erat, dum matrimonium contraxit licet talis a marito crederetur.

Arræ non solum dari et promitti possunt ante matrimonium, sed etiam eo constante, quia sunt donatio remuneratoria, virginitatis, nobilitatis, vel pudicitiæ uxoris, illiusque dotis, ut plene probat Sanchez disp. 28. d. lib. 6. contra Gregor. Lopez in leg. 1. tit. 11. partit. 4. verbo En España

Certum est, ~~quod~~ si mulier nubat possessori maioratus non sortem, aut proprietatem æstimandam esse, sed fructus

maioratu, ad sciendum, an Harris debeantur, si promissæ fuerint, et in qua quantitate, ut probat Sanchez dicto lib. 6. disp 31. Difficultas tamen est, circa modum computandi valorem horum reddituum. DD. communiter docent attendendam esse regulam. l. Hæreditatum 68. ff. ad leg. falcid. ex Sanchez ibid. num. 2. Covarrub. lib. 2. Var. cap. 9. n. 8. versic. Hinc deducitur, et Gutierrez. lib. 2. pract. quest. 17. n. 8. ita esse intelligendam volunt, ut pendeat a futuro eventu effectiva computatio. Quare si Uxor pauciores annos vixerit, quam computati sunt, iuxta præsumptionem ex d. leg. resultantem minus habebit in Harris, è contra vero, si plus vixerit, ei incrementum addatur: et certe æquissimum id videtur, licet P. Molina, et alij apud Sanchez citatum censeat estimationem d. leg. Hæreditatum, non pendere a futuro eventu, sed semel legitime factam, servandam esse, quidquid rei provenerit eventus. Vide omnino Maldonado de secunda supplicat. tit. 3. q. 11. n. 52. 53. et 54.

Decima pro Harris promissa, computanda est iuxta valorem bonorum, quæ maritus vere dominij possidebat tempore factæ promissionis, ex leg. 1. dotaui ibi: No pueda dar mas de la decima parte de sus bienes, quæ verba proprietatem denotant. Hanc oppinionem tenent Gutierr. lib. 3. pract. quest. 42. ex num. 12. Ayora de partition. 1. p. cap. 7. n. 22. 23. et 24. — Contrariam sententiam, ut scilicet non solum attendi debeat valor bonorum, quorum proprietas ad maritum pertinebat, sed etiam eorum quæ bona fide possidebat tenent Rodericus Suarez, Antonius Gomez, Baeza, Matienzo, Azevedo, et P. Molina, qui omnes moventur, ex leg. Bonorum 49. ff. de verbor. signif. ubi dicitur, in bonis nostris

esse, non solum, quæ dominij nostri sunt, sed etiam ea quæ à nobis bona fide possidentur. Sed eos merito impugnat Pater Sanchez lib. 6. disp. 30. et præfata legi respondit, bona nostra dici quæ bona fide possidemus, quoad aliquos iuris effectus, puta ad habendum actionem publicianam, et ad præscriptionem, non tamen ad effectum de quo agimus.

Donatio Arrarum ultra decimam, iuramento non confirmatur, ut probabilius deffendit Sanchez lib. 6. disp. 34. Ratio est, quia non posse promitti Arras ultra bonorum decimam, non solum introductum est fauore ipsius promitentis, sed etiam ipsius consanguineorum, quibus competit ius petendi eversum, leg. 1. tit. 2. de las Arras. lib. 7. fori ibi: Si por ventura mas diere, los parientes mas propinquos del marido lo puedan demandar; ser tum autem est, in textij prouiditum, non fir maxi iuramento contractus. Cap. Quamuis pactum, de pactis in 6. = Contrariam tamen sententiam tenent Castillo in leg. 50. tauri num. 4. Segura, Perez, Gomez Arias, et alij apud Sanchez citatum num. 1. Anton. Gomez in leg. 52. tauri num. 13. Ayora de partition. 1. p. cap. 7. num. 19. Mouentur ex eo, quod in leg. 12. tit. 1. lib. 4. Recop. permittitur apponi iuramentum in Arrarum contractu. Et cum seruari possit absque interitu salutis æternæ, validum est, et operativum esse debet.

Onus probandi Arras promissas non excedere decimam bonorum mariti partem, pertinet ad maritum, eiusque hæredes non vero ad Vxorem; quia cum Vxor Arras simpliciter promissas petat, et maritus, seu eius hæredes excipiant, alle

gantes esse ultra decimam, probare tenentur quia Reus, in suis exceptionibus est actor, et docere debet de sua exceptionis fundamento. Hanc tenent sententiam Covarrub. 2. Var. cap. 6. num. 7. Gutier. lib. 3. pract. quest. 40. n. 45. et 46. alijque quos refert, et sequitur Sanchez lib. 6. disp. 35. num. 4. contra Roderic. Suarez. Ant. Gomez, et alios.

Arrhæ promissæ per maritum, habentem ex priori matrimonio filios, detrahi debent, non ex toto hereditatis acervo, sed solum ex quinto juxta legem taurinam 7. Ratio est, quia donatio arrarum, quamvis remuneratoria, non debetur obligatione justitiæ, sed ex liberali, et spontanea mariti promissione. Unde non potest filiorum legitimas minuere. Ita Sanchez lib. 6. disp. 36. q. 3. contra Azevedum in l. 2. tit. 2. lib. 5. Recop. n. 30. Royzam de partit. par. 2. q. 44.

Quid tamen si arrhæ promissæ sint ab sponso, vel marito, nullos liberos habente, si ij postea nascantur? Azevedo in l. 12. n. 6. lib. 5. Recop. affirmat, hoc casu tantum ex quinto arrhas deberi; quia cum hæc promissio sit donatio remuneratoria, per liberorum nativitatem revocatur, ex l. si unquam C. de revocan. donation. Gutierrez tamen lib. 3. practic. q. 43. n. 18. et 23. et alij quos sequitur Sanchez d. l. 6. disp. 36. q. 3. n. 16. tenet ex universo promittentis patrimonio deducendas esse arrhas promissas. Et hæc ultima sententia verior est, et praxi recepta, ex Gutierrez, qui ita in Pinciano Senatu decisum testatur.

• Arrhæ non debentur a marito, nisi sibi fuerit dos soluta. Unde si vel omnino non soluatur, vel tantum in parte, vel in æstimatione bonorum dotalium deceptus sit maritus, minime ad arrhas tenetur, nisi in concurrente quantitate dotis solutæ. Tum quia non implenti contractum, impleri non debet, et frangenti fidem, fides servanda non est; tum etiam quia potest maritus compensare debitum arrharum cum debito dotis. Ita L. Sanchez cum alijs (nullo allegato contradictore) lib. 6. de matrim. disput. 3). Idem est in augmento dotis. Fontanel. de pact. claus. 7 gl. 2 p. 2 n. 30 et seqq. Cancer par. 1 cap. 9. n. 146.

Minor potest intra decimam arrhas promittere, aut donare, dummodo in bonis immobilibus non consistant, tunc namque indiget decreto. Ratio est, quia prudenter facit. Unde deficit læsio, quæ est restitutionis fundamentum. Ita communiter DD. apud Sanchez d. lib. 6. disp. 38. q. 3. Idemque militat in filio familias ex citato Authore, disp. 39. n. 11. hoc intellecto, quod nisi aliter convenerit, poterit uxor eligere tempus in computatione bonorum.

Mulier, quæ secundo non nupsit, potest de arrhis disponere, et in eis meliorationem tertij, et quinti facere, ac tandem ex illarum quinto legare. Ratio est, quia sunt eius patrimonium, prout cætera bona absque ulla differentia, non obstante l. 1. tit. 2. lib. 3. Fori, quæ usu recepta non est, ut contra alios tenet Sanchez d. lib. 6. disp. 40. et hæc est magis communis Regnicolarum sententia, ut ibi. Ac propter eandem rationem solum de arrharum tertio disponere potest, si descendentibus careat, et habeat

ascendentes, quorum legitima est bes jure Castellae, ut docet istemet Author ex num. 6.

Si vero mulier ad secundas convolaverit nuptias, dubitant DD. an reservare teneatur filijs primi matrimonij arrhas, inter eos aequaliter dividendas; an vero possit unum ex filijs prioris, aut secundi matrimonij meliorare. Vera resolutio est, arrhas esse filijs primi matrimonij reservandas pro virili inter ipsos dividendas. Ratio est, quia ex l. foemina C. de secundis nuptijs, quae correcta non est jure Regio, uxor cogitur filijs primi coniugij reservare, quidquid ab eorum patre praemortuo quaesivit titulo lucrativo, et aequalitatem inter eos servare; certum autem est arrhas ex actu voluntario, et sic ex titulo lucrativo procedere, ut optime ex alijs probat Sanchez l. 6. dis. 41. quidquid contrariae sent.ᵃ Authores affirment. Itaque Regni Castellae idem omnino sunt, aut saltem maximam habent similitudinem cum donatione propter nuptias, sive augmento dotis, quam Creix appellamus in Aragoniae Regno. Unde sicut pro augmento dotis competit tenuta foralis cum beneficio faciendi fructus suos in Cathalonia, Valentia, et Sardinia, ita etiam pro arrhis, ut late probat Berdoya in speculo vero iurisprudentiae lib. 1. dis. 1. per tot. ubi vide. Hoc falsum est; quia mulier usufructuaria augmenti tantum est.

De arrhis, earumque materia vide Antunez de donat. lib. 1. praelud. 2. §. 6. per tot.

Donatio.

Donatio inter sponsos, ac conjuges, potest mul-
tis modis contingere. Primo per sponsalitiam
largitatem, cujus naturam, explicat Antonius
Gomez in comment. ad l. 50. tauri ex num. 1.
ad 8.

Secundo propter nuptias, in præmium virgini-
tatis, et compensationem dotis, ætatis, aut nobilitatis
quam alibi dotis aumentum communiter vocant.
Eam explicat Gomez citatus ex num. 9. ad 12.

Tertio fit inter sponsos, aut conjuges donatio, aut pro-
missio Arrharum, quæ decimam bonorum viri partem
excedere non potest, juxta leg. fori, confirmatam per
leg. 50. tauri; de ea videndus Gomez, ubi proxime
ex num. 12. ad 15.

Quarto contingere potest donatio ex causa dotis, de
cujus natura, et privilegiis, tam iure communi,
quam Regio Castellæ late disseruit Gomez citat.
ex num. 15. ad 64.

Quinto fieri potest donatio simplex, et inter vivos
quæ prohibita est, licet morte confirmetur. De
ea vidend. Gomez in d. l. 50. tauri, ex n. 64. ad
69.

Tandem fit inter conjuges reciproca donatio mi-
nisterio legis: et hoc nil aliud est, quam societas, in-
ter conjuges, et bonorum communio, quam lex in-
ducit in bonis super lucratis, ob mutuum, et pro-
miscuum laborem in adquirendis, et conservan-
dis bonis: de cujus materia vide citat. Gomez ex
num. 69.

Donatio.

Donatio omnium bonorum præsentium, nulla est jure Castellæ. Ita cavetur in L. 69. Tauri, et ibi omnes. Cætera in materia donationis vide tom. 1. ex fol. 53. et tom. 2. obser. fol. 88. cum sequentibus. Nota tamen, valere donationem omnium bonorum præsentium, si intervenerit juramentum, ut docet Gom. ibid. n. 4. et etiam valet si donator aliquid reservaberit ad testandum, puta usufructum bonorum per tempus vitæ suæ, quia tunc de fructibus, vel eorum valore disponere poterit, ut ipsemet Gom. docet, n. 3. Vide Card. de Luca, de fideicom. discur. 213.

Dominium Directum = Utile.

De diferentijs inter Utile, et directum dominium, et quinam iuris effectus ex utroque sequantur, vide notata infra fol. 291. verbo Proprietas.

Dos confessata.

Regula est, Dotem confessatam non esse veram dotem neque solam viri confessionem probare Dotis veritatem, in praejuditium ejusdem viri confitentis vel haeredum, adeo, ut licet maritus exprimat se hanc confessionem facere ad exonerationem conscientiae, nulla est, nulliusque roboris et effectus, imo licet accedat iuramentum, ut plenissime docet Card. de Luca Discurs. 153. de Dote, Cancer part. 1. cap. 9. num. 53. cum seqq. Fontanella tom. 2. de pactis claus. 19. et fin. glos. unica part. 2. per tot. maxime ex num. 23. Castillo de alimentis cap. 36. § 6. num. 34. Ferrer aquo dictum Castillo, et communiter DD.

Ex hac regula inferunt scribentes, quod licet promissio praecesserit in capitulis matrimonialibus, non tamen potest mulier agere soluto matrimonio ad dotis restitutionem et solutionem, contra haeredes mariti, nisi aliter probet veram et realem numerationem, ut optime docet Cancer dict. p. 1. cap. 9. num. 53. et seqq. Fontanella d. claus. 19. glos. unica p. 2. ex num. 33. Seraphin. Decis. 487. Bossius de Dote cap. 10. num. 87. 88. et 89. quos sequitur Card. de Luca Discurs. 75. de Dote, et d. Discurs. 153. num. 46. ubi obtime respondet D. Castillo aliter sentienti.

Ex eodem principio inferunt hanc dotem confessatam nisi constet de vera numeratione, non habere privilegia dotis, Cancer ubi proxime, et iterum in eod. cap. 9. num. 182. et seqq. qui hac ratione defendit, non gaudere uxorem privilegio tenutae in vim constitutionis hac nostra, tit. soluto matrimonio, nec beneficio Auth. Res quae. Cod. Commun. de legat. ac per consequens alienari non posunt bona fideicommisso

Nota quod licet dos confessata per maritum in testamento, habeat vim legati favore uxoris: tamen quando ista transit ad secundas nuptias, reservanda est filijs primi matrimonij. Bart. in L. Lucius, § maritus, ff. ad trebel. Bald. consil. 114 volum. 2. consil. 262 volum. 3. Alexand. consil. 122 n. 3. volum. 7. Rojas in L. femina, n. 50. Cod. de secund. nupt. Rolandin. de lucro dotali, quaest. 80, n. 9. Sanutius, in eodem tract. glo. 10 n. 35. Cephalus, consil. 101. n. 16. Rot. decis. 285. n. 1. et consil. 169. n. 10. Ratio est, quia ita expresse decidit in L. femina, Cod. de secund. nupt. ut explicat Vellonus, cons. 59 n 18

subiecta ad soluendam dotem confesatam. Castillo d. cap. 36. de alimentis §. 6. — Nota tamen dotem confesatam à marito in testamento habere vim legati Fontanella de pact. tom. 2. claus. 14. glo. 6. Inica p. 2. ex num. 23. Cancer Var. lib. 1. cap. 2. ex n. 53. Surd. Decis. 285. Mantica de tacit. et ambig. lib. 11. tit. 10. n. 22.

Dos quoad Usuras

Vide D. Oleam tit. 6. q. 2. ex num. 33. et Leotardum de Usuris q. 30. ex num. 30. et iterum Oleam tit. 4. q. 8. n. 41

Certum est, marito deberi fructus rei dotalis, et Usuras quantitatis in dotem constitutae, et promissae, propter onera matrimonij, quae sustinet, licet nulla conuentio, mora, aut interpellatio praecesserit, quia ipsamet onerum supportatio stat loco morae, et operatur, ut dotans dicatur in ea constitutus, iuxta tex. expres. in Cap. Salubriter de Usuris. Fontanella claus. 6. glos. 2. p. 6. Castillo de alimentis cap. 50. Card. de Luca de Dote Discurs. 161. ex num. 7. ad 55. Hae tamen Usurae omnino cessant soluto per mortem matrimonio, adeo ut licet illius reliquiae superSint in filijs, et conuentio praecesserit inter partes, minime debeantur Usurae quia cessat ratio supportationis onerum matrimonij, quo nititur rigoriro praefati Cap. Salubriter, ut ex Veriori sententia resoluit Castillo de aliment. cap. 51. quem, et alios sequitur Card. de Luca ubi proxime num. 60. et segq. Et generaliter certum est, cessante praefata ratione onerum matrimonij, resolui causam dotis in purum creditum pecuniarium, nullosque fructus, seu interesse deberi, licet filij superSint, dummodo non constet de requisitis lucri cessantis, aut damni emergentis, prout in quocumque alio credito contingit. ut cum alijs docet Luca Discurs. 35. de Usuris num. 3.

An autem mulier soluto matrimonio contra heredes Viri dotem restituere debentis exigere pos-

sit usuras ob retardatam restitutionem, quæstio est inter DD. Communior tamen, et receptior sententia est negativa, quam docent Dom. Covarrubias lib. 3. Variar. cap. 1. n. 3. versiculo sexto. latissime Castillo de alimentis cap. 42. per tot. Larrea Decis. 34. num. 27. Card. de Luca d. Discurs. 161. num. 66. qui num. 60. recte monet cum Fontanella de pactis claus. 7. glos. 3. p. 6. n. 60. et seqq. id nullam habere difficultatem, ubi mulier fuit tutrix hæredum viri vel alias hæreditaria bona administravit, ita ut sibi potuerit satisfacere. Ratio est; quia tutor, curator, et quilibet administrator, præsumitur sibi solvisse, non solum in usuris, sed etiam in sorte, ut communiter docent DD. quos refert, et sequitur Sabelli §. Manter num. 16. et §. Administrator num. 1. cum tribus sequent. = Et in specialibus terminis matris tutricis filiorum, quod sibi satisfecisse præsumatur in dote, aliisque creditis docet plenissime Gracian. tom. 1. cap. 129. ex num. 21. ad 33. et tom. 2. cap. 214. num. 1. et seqq. Rota post Merlin de Pignorib. Decis. 102. n. 17. et post D. Salgado ad materiam Laberenthi Creditor. Decis. 24. per tot. ubi plene firmatur, quod etiam in casu quo mater tutrix proprij filij cum eo transactionem iniuit super administratione bonorum filij, quorum inventarium non confecit, non solum rescindi debet transactio propter enormissimam læsionem, sed etiam satisfacta in dote præsumitur mater, donec redditis rationibus aliter constet. Et notandum est, in hoc casu maritum rationes uxori remisisse, et inventarij confectionem, quod tamen non valet, tanquam præbens ansam delinquendi, iuxta doctrinas notatas tom. 2. observat. fol. 42. et quod administrator sibi satisfecisse præsumatur de credito quod habebat in bonis, quæ administravit docet Tullius Capon. tom 3. discept. 152. per tot. Vide Bas. tom. 2. cap. 43. per tot. maxime ex num. 18.

Damna = Interesse

Omne damnum per iniuriam datum solui debere à delinquente simul cum lucro cessante, et damno emergenti. Grotius de iure belli, et paci, lib. 2 cap. 17. D. Thom. 2.2, q. 62 art. 1 et ibi Cajetan. Sotus de Iust, et Iure, lib. 4 q. 6. art. 5. Lessius eodem tract. lib. 2 cap. 12. dubio 16 et seqq et plenius cap. 13. per tot. et ita Cabitur in L. Et certo tit. ff. ad Legem aquiliam. Notandum tamen in hac materiâ per iniuriam fieri omnia, quae non iure fiunt, ut explicat Consultus in L. 5 ff. eod.

Constat ex cap. fin. de injurijs, et damno dato.

Licet qui alterius iussu damnum dederit, de illo tamen tenetur, nisi constet, mandantem ius imperandi habuisse. Constat ex expresso text. in L. liber homo 37 ff. ad Legem aquil. ibi: Liber homo, si iussu alterius iniuriam dedit: actio Legis aquiliae cum eo est qui iussit, si modo ius imperandi habuit. Quod si non habuit, cum eo agendum est qui fecit.

Dans operam rei illicitae, tenetur de omni eo quod sequitur, etiam casu fortuito, praeter illius intentionem, et voluntatem. Farinat. in prax. q. 126 par. 2 per tot. Et generaliter in furtis, et delictis, damnisque datis, non solum tenetur delinquens ad damna, sed etiam ad expensas, et interesse. Idem Farinat. q. 167 par. 1 n 18, qui quest. 126 par 2 per tot. late probat, quod semel constito de delicto, seu furto, aut depraedatione in genere, admittuntur in odium delinquentis leves, et imperfectae probationes ad iustificanda damna, et interesse, adeo ut simplex iuramentum damnum pass. ad hunc effectum sufficiant.

Hinc fit quod cum socij communes, seu amici, quos neutrales vocamus, omnia possint libere commercare, in dominijs utriusque partis bellum gerentis praeter hostilitatem, iuxta magistralem doctrinam Grotij de iure belli lib. 3 cap. 17, et aliunde certum sit, depraedationem neutralium actum esse privatae hostilitatis, quae omni iure prohibetur, L. Uni. cod. ut armor. usus inscio Principe interdictus sit, lib. 11. Authent. Navigia

Vide D. Salcedo de contraban. cap. 14.

Cod. de Fluat. quorum texuum authoritate docet ex aliis Roccus de Officio Praef. Classis, § 2. ex n. 32. huiusmodi piratas publicos hostes esse, et crimen lesae Maiestatis committere: consequens est, ut de omni damno, et interesse lucri cessantis, et damni emergentis teneantur, ut optime ratiocinatur Card. de Luca, pro veritate scribens, disc. 135 de Regal. motus praecipue ex praecitata doctrina Farinacii, q. 126 par. 2, et q. 176 par. 2, quod scilicet, dans operam rei illicitae, tenetur ad omni eo, quod sequitur etiam casu fortuito, imo ad expensas, et interesse, ex levibus coniecturis, imo et ex iuramento partis probando

Et nota quod in hoc casu non solum debetur interesse a die litis motae iuxta regulam tex. in L. certum 22 Cod. de rei vindicat, ~~imo~~ et passim de qua testatur Peguera decis. 178. Fontanel. tom. 1. decis. 206. et tom. 2 decis. 538 n. 3. Cancer var. par. 3. cap. 16 ex n. 81. Sarban de interesse quaest. 21 per tot; sed etiam a tempore commissi delicti; nam licet verum sit, regulariter solum intrare interesse ex mora a die iudicialis interpellationis: speciale tamen est in obligationibus, quae ex delicto proveniunt, ut in eis semper mora ipso iure committatur. Farinac. dic. q. 176 par. 2 Giballin. de Usur. compensat. lib. 2 cap. 6 art. 1.

Diœcesani quoad Decimas.

Diœcesani compellere possunt Religiosos etiam exemptos solvere decimas Parrochialibus Ecclesijs, si non agatur de rebus exemptis, iuxta expressum tex. in cap. 2. §. Diœcesani de Decimis in sexto, ibi: Diœcesani vero, Parrochialium Ecclesiarum ad requisitionem rectorum earumdem de ipsis Religiosis super decimis, quas habent, vel eos habere continget: quæ quidem alias ad ipsas spectaverunt Ecclesias (nisi de rebus exemptis agatur) exhibeant justitiæ complementum.

Dispensatio

Quid valeant Dispensationes contra sacros Canones, et qualiter concedi possint, constat ex Concilio Tridentino sess. 25. de reformat. cap. 18. Vide Thomasin. de Veter. et nova Eccles. Disciplina tom. 2. lib. 3. cap. 28. et 29. per tot. Natal. Alexan. tom. 1. saeculo 1. Dissert. 4. n. 11. pag. 117. et in Schol. 4. pag. 119. ac tandem Constantin. Roncagliam in Animadversion. ad hanc Dissertationem fol. 128. cum sequentibus, ex quibus omnibus plenissime demonstratur Canonum Authoritas, ac simul Sedi Apostolicae ex justa causa, et Ecclesiae necessitate Potestas ad dispensandum, non tamen pro libito voluntatis, et ex mero, ac absoluto arbitrio. Quid in impedimentis matrimonium dirimentibus? Vide Natal. tom. 2. Theol. tractatu de matrim. cap. 4. art. 13. per tot. fol. 125. et sequentibus. Et in Historia ecclesiast. tom. 3. seculo 2. Dissert. 16. §. 18. Vers. Denique Romani Pontifices, ac demum tomo 9. cap. 7. art. 2. n. 13. fol. 227. Notanda etiam est distributio, quae ex Pontificum mandato fit pecuniarum, quae ex matrimonialibus Dispensationibus procedunt. Non enim exiguntur a Papa tamquam pretium, nec conceduntur lucro alicujus concedentis, sed deponuntur in Monte pietatis, et jussu Pontificis erogantur in Opera pia, Sanctitatis suae arbitrio, ut ait Pallavicinus in Histor. Concilij Tridentini libro 23. cap. 8. n. 11. 12. et 13. tomo 3. Thomasin. par. 3. de Eccles. Disciplina lib. 1. cap. 74. n. 15. qui causas afferunt cur ita fiat contra literam Concilij Tridentini, sess. 24. de reformat. matrim. cap. 5. At Thomas Sanchez tom. 3. lib. 8. disputat. 19. n. 35. haec habet: Posterius est, solere quandoque Pontificem dispensare, absque alicujus causae allegatione quando consanguinitatis gradus aliquantulum est remotus; at non dispensare tunc absque causa. Tunc enim ~~pe~~ copiosior pecuniaria compositio exigitur ab eo, cui est Dispensatio

Vide Gratianum in cap. finali 25. q. 1. Fleury tom. 10. lib. 45. num. 42. Fagnan. in cap. nimis de filiis Presbiteror. per totum. Vanespen tom. 4. Dissert. de Dispens. cap. 2. et per totam fol. 234.

Vide D. Covar. de matrim. par. 2. cap. 6. §. 9. Azor tom. 1. Instit. lib. 5. cap. 15. fol. 426. Lessius de Justitia et Jure lib. 2. cap. 34. dub. 28. Bossuet, in Defensione Declarationis Cleri Gallicani, par. 2. lib. 11. cap. 16. 17. 18. et 19. ubi de Dispensationibus sine causa.

indulgendo: atque ea est ad sumptus publicos. Quæ utique sufficiens, atque justa causa reputatur dispensandi in gradibus non ita propinquis. Sicut Indulgentias universas in Diplomatibus concessas, quæ secundum omnes, justam causam expostulant, justas reddit eleemosina pecuniaria contributa per accipientem Diploma, convertenda in belli contra impiissimos Turcas, ac alios Infideles subsidium, aut alios sumptus publicos; id enim valde bono communi confert. Ita tenuis Sanchez, quem sequitur Pyrrhus Corradus in praxi Dispensationum lib. 8. cap. 2. ex num. 111. Vide supplicem libellum D. Joannis Chumacero Carrillo ad SS. Urbanum VIII. n. 95. et seqq. et Sanchez d. lib. 8. disput. 19. per tot. ubi explicat, quæ sint justæ causæ dispensandi in impedimentis matrimonium dirimentibus.

Delegatio et quoad literas Cambij

Delegationis naturam, et quatenus differat a cessione, pulcre explicat Carol. Anton. de Luca in Spicileg. ad D. Oleam de cess. jur. q. 59. per totam ubi probat delegationem tria precise requirere. Primum, quod debitor cessus, sit vere debitor delegantis. Secundum quod ipsemet debitor cessus promittat solvere ei, cui facta est delegatio de mandato delegantis. Et tertium, quod creditor principalis, delegatum acceptet debitorem, ex l. 1. et 3. C. de novationibus. optime Acosta omnino videnda de privileg. creditor. reg. 2. ampliat. 6. ex n. 51. ad tot.

Vide D. Salg. in Labyrintho p. 3. cap. 2. per tot. maximè ex num. 15.

An autem in contractu Cambij localis, realis, seu per literas, vera delegatio fiat, ita ut per acceptationem literarum, factam à mandatario, seu delegato, contra quem scribunt, liberet scribens, anceps quaestio est, in qua licet plures et magni quidem nominis DD. apud Acostam cit. n. 71. 72 et 73. defendant, et praxi admissam tradant affirmativam sententiam: ipse tamen Acosta negativam nervose tuetur, et post ipsum cum pluribus D. Olea tit. 7. q. 3. n. 25 et 26. ex duplici ratione. Prima est, quia implicat veram delegationem fieri absque novatione, cuius species delegatio est, et cum contrariae sententiae assertores fateant. creditorem, seu adjectum, cuius favore litera scripta fuerunt, regresum haberent contra scribentem, quoties absque ipsius creditoris culpa, mora, aut negligentia non solvuntur: per necesse fateri debent, novationem factam n. fuisse, per quam ipso iure precedens actio extincta fuisset, quae semel extincta non reviviscit. Rursus: post constitutionem Justiniani in L. fin. cod. de novat. non aliter facta dicit, aut fieri potest novatio, quam si id inter partes expresse convenerit; nihil autem per acceptationem literarum fit, ex quo animus novandi exprimatur. Secunda ratio est, quia acceptatio non est novus contractus inter acceptantem, et creditorem, cui facienda est solutio, sed executio, et pars contractus literarum Cambij, quarum acceptationem cum desiderat dominus, non eo animo facit, ut mandatarij fidem sequatur nisi casu solutionis, eiusque spe, in vim suscepti mandati de exigendo.

Hoc maxime comprobantur ex L. 3. tit. 14 par. 5. qua expresse cavetur, non aliter novationem fieri, quando debitor vice sua alterum reum deligat creditori, etiam consentienti, quam si hoc agatur, ut prior debitor liberetur; qd. si id actum non sit, ambos obligatos manere. Ibi vide, et Greg. Lop. in glo. verbo: <u>abiertamente</u>. Rosa Consultat. 67. ex num. 8.

Donator an donatarius fideicommisso gravare valeat?

Licet pater qui donationem fecit filio contemplatione matrimonij, vel filiæ ex causa dotis, non possit eos in testamento gravare onere fideicommissi, in casu quo decedant sine liberis, quia perfecta donatio non recipit pactum, gravamen, vel conditionem, leg. Perfecta donatio cod. de donat. quæ sub modo: tamen si ab initio actum esset, ut sine liberis decedente filio, vel filia donatio, vel dos ad patrem reverteretur, fideicommissum valeret. D. Olea tit. 1. q. 6. num. 12. qui id recte probat ex leg. finali §. Filiæ ff. de legat. 2. cuius verba sunt: Filiæ fideicommisit in hæc verba: Peto à te filia mea, ut dotalem cautionem post mortem meam mutes, & ita renoves, ut fratres tui dotem stipularentur hoc casu, ut si sine liberis uno, pluribusve in matrimonio morieris, dos ad eos perveniat. Post mortem patris decessit maritus antequam renovaretur cautio dotalis, et postea alij nupta decessit, nullo liberorum relicto, vivo adhuc Titio uno ex fratribus. Quæsitum est, an Titius petitionem haberet rerum, quæ in dotem fuerant. Respondi, posse fideicommissum ab hæredibus sororis peti, si per eam stetit, quominus dotem frater stipularetur. = In quo textu pactum

Veneritiuum Testatorem sibi stipulatum fuisse docet Glosa videnda.
Ratio esse potest, quia hoc pactum iure proba tur, ut constat ex leg. 2. cod. de donat. quae sub modo, et illius Vigore redeunt ad donatorem bona donata, quoties donatarius sine liberis decedit superstite donatore, immo eo iam mortuo ad eius haeredem transeunt, quamuis tempore euenientis conditionis mortuus iam sit, et nihil de haeredibus cautum fuerit, sed solum quod bona donata ad donatorem reuerterentur; quia contractus conditionalis transmittitur ad haeredes §. ex conditionali institut. de Verbor. obligat. in terminis Sonta nella videndus claus. 4. glos. 24. ex num. 22.
Nihil igitur mirum quod stante pacto reuersiuo, possit donator onerare donatarium fideicommisso, quia grauamen adiectum censetur in tempus quo bona donata in donatorem, seu eius haeredem reuertantur. Sicut enim quando Unicus haeres instituitur, et fideicommisso universali grauatur, tenet grauamen, licet haeredi praelegatum relictum fuerit, quod quidem haeres deducere posset eueniente casu fideicommissi, quia in eum casum relictum censetur, ne Testator actum frustratorium fecisse dicatur: ita pariter donatator in proposita superiori specie, fideicommissum imponit haeredi, non absolute, sed tantum

conditionaliter, et in eum casum, in quo vigore pacti reuersiui in donatione appositi de bonis donatis disponere potest. Quibus additur, quod cum huiusmodi ius ex pacto reuersiuo resultans, liberum sit, et in donatores bonis conseruetur, potest de eo ad libitum disponere in testamento, illudque fideicommisso vniuersali subijcere, ut transeat cum vniuersitate bonorum, et iurium, primo in hæredem directum, et postea in fideicomissarium substitutum. Quæ res efficiet, ut verificata conditione, bona donata reuertentur ad hæredem testantis, cum onere, et qualitate in testamento adiectis.

Rursus, quamuis controuersum sit, an pater possit (secluso pacto reuersiuo) post factam donationem, filium in bonis donatis hæredem instituere, eique vincula, et substitutiones apponere: certum tamen est, quod si testator nominatim et expresse donata, fideicommisso vniuersali subijcit, et donatarius simpliciter acceptat, vel adit hæreditatem, tenet grauamen, ut constat ex expresso textu in leg. Sequens quæstio 68. ff. de legatis 2. ibi: Sequens quæstio est, an etiam quæ viuus per donationem in vxorem contulit, in fideicommissi petitionem veniant. Respondi, ea extra causam bonorum defuncti computari debere, et propterea fideicommisso non contineri, quia ea habitura esset etiam alio hærede existente. Plane

nominatim maritus Uxori fidei committere potest, ut et ea restituat. = Cujus textus autoritate hanc conclusionem probant Peregrin. de fideicom. art. 6. num. 47. et 48. Fontanella de pactis claus. 4. glos. 5. ex num. 28. tum, quia ex quasi contractu aditionis adstringitur hæres ad fideicommissi prestationem; tum etiam ex regula leg. cum à matre. Codice de rei vindicat. Inde solum quæstio versatur circa testantis voluntatem, nam si deea constiterit, et quod bona donata fideicommisso subjicere voluerit in testamento, sequuta aditione, tenet gravamen. Mayner. lib. 5. Decis. 34.
Aliud est donationem fieri filijs ut filijs; aliud vero, ut hæredibus. Quando filijs, ut filijs fit, ipsi ius quæritur tanquam filijs, quibus pater, cedendo, alienando, retrocedendo, nec alio quoquumque modo præiudicium facere potest, quippe, qui proprio iure succedunt in bonis donatis. Quando vero non ut filijs, sed ut hæredibus donatio fit, eatenus ius adquirunt, quatenus hæredes fuerint, non aliter, nec alio modo. Inde facto patris læduntur, qui in eorum præiudicium quod libuerit facere potest. D. Olea tit. 2. quæst. 7. ex num. 33. Quibus consequens est, quod cum qualitas hæredis, sit iuris atributiva, et in se contineat Universitatem, ex bonis, et iuribus

actiui, et passiui resultantem, non aliàs pote-
rit filius, qui simul hæres sit, ius ex donatione
prætendere, quam cum onere, et qualitate
a donatore adiecta. Neque enim ferendus
est is, qui lucrum quidem amplectitur,
onus autem ei adiectum contemnit. leg. unic.
ca. §. Pro secundo ff. Cod. de Caduc. tollend.
Vide in comprobationem prædictorum præter
Fontanell. citat. [glosa n. 51] usque ad finem Glossæ, Cancer
Variar. part. 3. cap. 1. ex num. 340. et alios apud
ipsum maxime Roderic. Suarez. = Vide Fontanel.
tom. 2. de pactis claus. 3. glos. 3. par. 3. ex num. 36. ubi mor-
dicus tenet, ac post acerrimam disputationem decisum re-
fert in supremo Aragoniæ Consilio, heredem, aut verius substi-
tutum in testamento facto ab eo, qui semel bona cum pacto
reversiuo donaverat, concepto in sui fauorem si viveret, sin
minus, heredis, quem scripsisset in testamento, ex donatione
succedere, non vero ex testamento.

Ducata auri de Camara.

Ducata 24. auri de Camara iuxta praxim, et communem aestimationem tribunalis Ill.mi et R.mi D. Nuntij Hispaniarum, valent 369 Regalia, ac 32 marapetina monetae regis Castellae.

Jesuitæ quoad Decimas.

In Regnis Castellæ, et Legionis Religioni, et Collegia Societatis Jesu Decimas solvere tenentur ex fructibus ~~adquis~~ bonorum adquisitorum post indultum Leonis XI eodem modo, ac de iure solvere tenebantur, non obstantibus privilegijs à Sede Apostolica prefatæ Religioni concessis. Ex fructibus autem bonorum per eam possessorum ante prefatum indultum, Vigessimam partem loco Decimæ solvere compelluntur. Ratio est, quia post longissimam litem inter Castellanas Ecclesias, et Societatem super exemptione Decimarum, partes concordiam inierunt compromitentes ad invicem stadiam iudicio Clementis 8. Summi Pontificis, qui causam pro arbitrio decideret, vel componeret. Etcum Clemens morte preventus Resolutionem nõ capisset, eius successor Leo XI. in vim arbitrij et pro summa tanto Dignitatis facultate, Societatem damnavit ad prestandam Vigessimam omnium fructuum bonorum, quæ dicta Religio possidebat, integram vero Decimam ex cæteris bonis, quæ postea adquireret, ut docet Card. de Luca omnino videndus Discurs. 29. de prehemiment. ubi optime probat, prefatum Leonis indultum, et Decretum, non comprehendere Regnum Navarræ, tanquam quid diversum à Regnis Castellæ, et Legionis, quorum appellatione non continetur, et quibus æque principaliter unitum fuit = Nota Leonem XI. electum fuisse 1º Aprili 1605. et infra paucos dies obijsse.

Decimæ iure Divino Sacerdoti debentur, ita tamen, ut hoc procedat quantum satis est ad eius sustentatio-

rem. Licet enim in veteri lege solui iubeantur ex omni terræ fructu: hoc tamen præceptum mere judiciale fuit; quia si morale fuisset, tenerentur Sacerdotes decimas percipientes dimitere patrimonium, ut probat Belarmin. tom. 2. de clericis lib. 1. cap. 25. ex num. 15. Inde præceptum hoc, a quo ad quotam, iuris tantum Ecclesiastici est, ut citatus Autor probat dict. cap. 25.

Hinc D. Thomas, quotlibeto 2. art. 8. docet, in provintijs ubi adest consuetudo decimas non solvendi, eas minime deberi, ibi: In terris ubi non est consuetudo communis, quod decimæ dentur, et Ecclesia non petit, videtur Ecclesia remitere dum dissimulat; et ideo homines in terris illis non peccant decimas non dando. Durum enim esset dicere, quod omnes homines Italiæ, et Orientalium partium damnarentur, qui decimas non solvunt. Unde non bene facerent Rectores Ecclesiæ, si in terris illis decimas exigerent, in quibus non est consuetudo dari, si probabiliter crederent, quod ex hoc scandalum nasceretur. Vide D. Ioan. Luis. Lopez. in Discurs. pro Regia jurisdict. cap. 10. num. 72. Fleuri par. 2. Institut. Iuris Ecclesiastici cap. 11. fol. 337. Thomasin. de Eccles. Disciplina par. 3. lib. 1. cap. 9. n. 13. ubi D. Thomæ doctrinam sequitur, et illustrat. Adde Cardin. de Luca de decim. dis. 9. ex n. 7. ubi testatur de Italiæ praxi, maxime Regni Neapolitani.

Novæ Decimæ=

Ratio est, quia cum non aliter Recursui locus sit, quam constito de consuetudine non decimandi ex certo fructu: eo ipso quod detur Res Iudicata, declarans huic remedio locum esse, constat de consuetudine, quæ canonico et Regio Iure servari debet, in cuius præjuditium, novitas fieri prohibetur.

Novarum decimarum recursus, introductus ex leg. Reg. 6. tit. 5. lib. 1. Recop. talis est naturæ, ut Sententia, et res Iudicata, quæ per Senatum Regium recursui locum esse declaratur, omnino absorveat, et extinguat litem, quæ coram Iudice Ecles.co vertebat, et impedit illius prosecutionem immo et introductionem etiam in Iuditio petitorio, ut unanimiter dixerunt Iudices supremo Senatu in Aula Iustitiæ, me presente, die 29. Iulij 1744. Iudices erant D. D. Ricos= Alfaro= Enzinas et Calderon. Vid. D. Castro Araujo Discept.

Ecclesiae, et oecumenici Concilij infallibilitatem solidissime, ac late demonstrat Adamus Contzen lib. 9. Politicor. cap. 35. et sequentibus. 1º. ex sacra Scriptura, d. cap. 35. = 2º. ex perpetuo Ecclesiae more, Divina traditione, et sanctis Patribus, cap. 36. = 3º. ex ipsorum Haereticorum confessione, et consensu, ut cap. 37. = 4º. Id ab Heterodoxis cogi non posse, ut cap. 38. ac 39. = 5º. probat, formam Concilij desumi debere ex veteri Ecclesiae consuetudine. cap. 40. = 6º. Nihil catholicos pertimescere Synodi decisionem, ut cap. 41. = 7º. Concilium tridentinum a Sectarijs suscipiendum esse demonstrat, cap. 42. Ac tandem, exceptiones contra Concilij authoritatem inanes esse omnino probat: Opus sane doctum, pium, eruditum, et immortali laude dignum in quo nostrae Fidei veritas demonstratur et Haereticorum omnium insania ad apicem convelluntur.

Eucharystia.

Realem Christi Domini praesentiam, ac panis et vini transubstantiationem in substantiam corporis, ac sanguinis Domini; prout etiam Missae Sacrificium a Christo institutum, ab Apostolis praeticatum, et in Lyturgijs Apostolicis traditum optime probat P. Contzen lib. 6. Polit. cap. 5. contra impios Sectarios, eorumque argutijs convincenter respondens. Natal. Alexan. tom. 1. Theologia Dogmat. lib. 2. cap. 2. art. 1. et 2. ac iterum Dissert. 12. in Histor. Eccles. saeculo 11. et 12. tom. 7.

Ecclesia

Ecclesiae regimen esse Monarchicum, licet Aristocratia temperatum, docet, ac probat Cardinal. Bellarmin. tom. 1. lib. 1. de Romano Pontifice cap. 5. fol. 283. Natal. Alexander Histor. Ecclesiast. tom. 3. saeculo 1. dissert. 4. §. 2. fol. 99. post D. Thom. 4. contra Gentes cap. 76. Turrecremata lib. 2. de Ecclesia cap. 2.

Ita Plurim. Bossuet. V.^r cap.^r Fleur. Febron. innumer.

Ecclesiam Catholicam toto Orbe diffusam, insignes etiam peccatores continentem; nunquam eorum vitijs violandam; nunquam defecturam, ut revera nunquam defecit, contra Donatistas, Calvinistas, et Lutheranos, invicte probat Natalis tom. 4. Histor. Eccles. saeculo 4. dissert. 41. ex sacris literis, et Sanctorum Patrum testimonijs; ex quibus proinde ostendit, tam veteres illos, quam recentiores haereticos, sacrilegi schismatis reos esse, vel ex uno isto capite, quod se ab Ecclesia praeciderunt. Idem probat Belarmin. tom. 2. de Eccles. Militan. lib. 3. cap. 11. et seqq. Canus de locis Theol. lib. 4. per totum. Vide Natal. tom. 9. dissert. 4. ex n. 40. et per totam.

Infallibilitas (et in quibus) Ecclesiae in Concilio Generali.

Alia est fidei ratio, in cuius controversijs definien-
dis Concilia errare non possunt, iuxta promissio-
nem Spiritus Sancti, et Christi Domini, qui Verita-
tis spiritum Ecclesię suę promisit, ut cum ipsa ma-
neat in ęternum: alia vero, ratio legum, quę nec
fidei substantiam, nec moralem Christianam tan-
gunt, sed solum externam politiam, gubernatio-
nem, seu regimen, et disciplinam, in quibus errare
nonnunquam posse Concilia, aut leges statuere,
quę minus aptę sint, defendit Didacus Payva de
Andrada, insignis Theologus Lusitanus, qui ma-
xima laude Tridentinę Synodo interfuit, lib.
1. de Concilior. General. authorit. apud Natalem
tom. 9. Saeculo XV. Dissert. 12. num. 43. Versiculo
Alterum porro, ubi observat, triplex esse Canonum
genus. Unum eorum, qui Christianę Reipublicę
adeo necessarij sunt, ut sine ipsis optimus illius
status retinere nequeat, aut collocari. Alterum,
quod in rebus levioribus versatur, et quę Ecclesię
venustati, et gubernationi utilia esse videntur. Ter-
tium, quod positum est in praeceptis, non universę
Christianę Reipublicę, sed particularibus quibus-
dam Ecclesijs, aut personis accomodatis. In priori
genere Canonibus, Conciliorum iudicium certissi-
mum est, et infalibile, non minus quam in fidei
Dogmatibus. In eo vero Canonum genere, qui Eccle-
sięs saluti necessarij non sunt, quamvis ipsius deco-
ri convenientes, errare Concilia posse, prefati Theo-
logi docent: non ita, ut statuere quidquam possint
Divinę legi, eiusque ęquitati repugnans; sed quia
dum severa nimium, aut humana, austera, aut

indulgentiá esse volunt, a prudentię moderatio-
ne deflectere fortasse queunt. In tertio autem
Canonum genere, quod in particularibus Eccle-
siis, aut personis moderandis versatur, errare
item posse Concilia docent, ut evenisse, aiunt,
in Calcedonensi Synodo, quę Constantinopoli-
tanam Ecclesiam Alexandrinę, et Anthio-
chenę pręferendam duxit, contra septimum Ca-
nonem Niceni Concilij; qua de causa, repro-
bata fuit, quo ad hoc caput, et in coteris omni-
bus probata. Ex quibus principijs constat, Decre-
ta meram disciplinam spectantia, non semper
universam Christianam Rempublicam obliga-
re, ut contigisse videmus in Gallia, ubi quam-
vis Concilium Tridentinum in respicientibus
fidem, et mores, summa Religione veneretur,
et statim a tempore publicationis receptum
sit: in pluribus tamen Decretis, externam po-
litiam tangentibus, admissum non est, vel quia
juribus Regis, et Regni derogare visum est, vel mo-
ribus, et privilegijs Ecclesię Gallicanę, ut prore-
quitur Natalis dict. Art. 16. per tot. maxime
num. 43.

[illegible]

[illegible] 116 [illegible]

[illegible] par 2 [illegible] 50.

[illegible] par 1 [illegible] 23 [illegible]

[illegible]

[illegible]

indulgentias [illegible] quorumque [illegible]
in defectus [illegible]
Canonem Ecclesiae quod in [illegible] Eccle-
siae [illegible]
[illegible] Concilio [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] Nicaeni [illegible] approba-
tum fuit, quod [illegible] omni-
bus probatur. [illegible]
ta [illegible] disciplinam spectantia, [illegible]
[illegible]
[illegible] in Gallia, [illegible] quam
[illegible] Concilium Tridentinum [illegible]
fidem, et mores, summa Religione veneratur
et [illegible] a tempore publicationis receptum
[illegible] pluribus tamen Decretis, externam po-
litiam tangentibus [illegible] non est [illegible]
[illegible] Regis, et Regni [illegible]
[illegible] et privilegiis Ecclesiae Gallicanae [illegible]
[illegible] Natalis Alex. Hist. [illegible]
[illegible] 42.

Electio

De electione, et majoratu electivo, vide quae diximus tom. 2. Obser. fol. 34. 111. et 115. pag. 2. cum sequenti; Sonduitum de praeventione par. 2. cap. 50. et St. Torre de Majoratu par. 1. cap. 27. qui latissime explicant plures quaestiones in materia electionis.

Electio Sancti Patroni.

Ex dispositione constitutionis 74. Sixti V. et Decreto Sacrae congregat. Rituum edito iussu Urbani VIIJ. die 23 Martij 1630, non aliter fieri potest electio alicuius Sancti Patroni, Regni, Provinciae, civitatis, vel Universitatis, quam accedente consensu omnium incolarum, quin sufficiat assensus Decurionum, Magistratus, aut Comitiorum generalium Regni, Provinciae &c., quia eorum repraesentatio ad politica, et civilia tantum negotia extenditur, non autem ad spiritualia. Rursus requiritur Sanctum Patronum canonizatum fuisse, nec sufficit in Beatorum numero relatum esse. Tandem in dicto Decreto cavetur, omnes causas super huiusmodi electionibus deduci debere in Sacra Rituum congregatione, ab ea examinari, ac demum causa cognita ab eadem congregatione approbari, et confirmari, ut docet Pignatelli tom. 4. consult. 78. ubi ad litteram affert praefatum Decretum, illud que explicat consult. 79. et 80.

Episcopus

Episcopus ab ineunte Ecclesia est ordinarius Collator omnium beneficiorum sua Diocesis, ut latissime probat Thomasinus de Ecclesiæ Disciplina par. 2. lib. 1. cap. 33. 34. 35. et 36. Postea vero introduci cœperunt Mandata de providendo, reservationes, affectiones, et Regulæ Cancellariæ, tempore, occasione, et formas expositis ab eodem Authore d. par. 2. lib. 1. cap. 43. 44. et 45. Vide Pragmaticam Sancti Ludovici Regis christianissimi, latam anno 1268. apud Fleuri tom. 18. Histor. lib. 86. n. 1. Marcam de Concordia Sacerdot. et Imper. lib. 2. cap. 12. ex n. 8.

Episcopus
quoad Ecclesias Edificandas = et de ejus Authorit.

Certum est Episcopum posse licentiam conce dere nouas ecclesias ædificandi ex text. in cap. Ad audientiam de ecclesi. ædific. ubi Pagn. qui ibidem; et in cap. Non amplius de institution. num. 82. et seqq. docet, Vicarium generalem Episcopi, non posse absque speciali mandato ecclesias de loco, ad locum transferre, nec Beneficia antea erecta supprimere, neque etiam nouas Parrochias erigere, quia earum erectio ad Episcopi potestatem pertinet. Cap. Nullus omnino 16. quæst. 7. ubi tamen notat Glossa littera C. posse id fieri autoritate Capituli, sede Episcopali Vacante. Et de materia erectionis nouæ ecclesiæ Parrochialis, quando antiqua diruta est, ad præscriptum Sancti Concilij Tridentini Sess. 21. de reformat. cap. 4. et Sess. 24. cap. 4. videndi D. Salgado in Reg. protect. part. 3. cap. 5. D. Larrea tom. 2. Decis. 97.

Licet autem Episcopus possit prefatam licentiam concedere, nequit tamen Parrochiam de una, in aliam ecclesiam transferre, neque in filiali ecclesia Sacrum Baptismi fontem ponere, quia hæc omnia reseruata sunt Summo Pontifici, et Sacræ Rituum Congregat. iuxta varias ejus declarationes, quas refert Pignatelli tom. 4. consult. 230. ex num. 17. ubi aduertit, nec etiam in actu Visitationis posse Episcopum, tanquam sedis Apostolicæ delegatum

hanc translationem Parrochiæ ex una in aliam ecclesiam facere (licet nouam posset exigere) inconsulta sacra Congregatione;

Episcopos jure Divino Presbyteris esse superiores, dogma Catholicum est; cujus veritatem ex Scriptura, traditione, ac sanctis Patribus probat Natal. Alexander tom. 4. sæculo 4. Dissert. 44. per tot. fol. 563. hæreticorum objectionibus satisfaciens. An autem et quo sensu Jurisdictionem habeant immediate a Deo, explicat idem Author tom. 3. sæculo 1. Dissert. 4. in respon. ad 4.am objectionem fol. 112. et in scholion. fol. 118. et seqq. Vide tamen Ronsagliam ibidem in Notis, et in Animadversionibus pag. 122. et sequentibus. Fleuri tom. 32. Histor. lib. 160. ex n. 94. et iterum ex n. 106.

Episcoporum Jurisdictionem a Romano Pontifice, tamquam ex fonte manare, non vero immediate a Deo, acerrime propugnavit P. Lainez in Concilio Tridentino, ut in illius historia refert Palavicin. tom. 3. lib. 18. cap. 15. ubi eius ad Patres Oratio ad literam habetur. Videndus idem Palavicin. d. lib. 18. cap. 14. ex n. 5. et cap. 16. n. 1. et seqq. Bossuet in Defens. par. 2. lib. 12. cap. 14. et lib. 13. cap. 11. 12. 13. 14. et 15.

Episcopus dispensare potest in omnibus irregularitatibus, et suspensionibus ex delicto occulto provenientibus, iis tantum exceptis, quæ propter homicidium voluntarium incursæ fuerint, vel ad forum contentiosum deductæ. Potest etiam absolvere per se, aut Vicarium specialiter deputatum in omnibus casibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ reservatis, in foro conscientiæ, imposita poenitentia salutari. Et licet possit etiam ab hæresis occultæ crimine absolvere: hæc tamen facultas personalis est Episcopi, et eius Vicariis non conceditur. Constat ex Concilio Tridentino sess. 24. de refor. cap. 6. et ibi Barbosa. Vide Pagnanum in cap. quoniam de constitutionibus ex n. 29. et in cap. dilectis de tempor. ordin. ex num. 25.

Iuxta Canones 14. et 15. Concilii Antiocheni, Sardicensis Canone 3. 4. et 7., Constantinopolitani 1. Canone 6. Calcedonensi Canone 9. et alios, Episcoporum causæ in concilio Provintiali cognosci, et decidi debent. Hocque est Gallicanæ Ecclesiæ disciplina teste Natali tom. 3. Sæculo 1. Dissert. 4. Scolio 5.

Episcopus.

Episcopus tamquam Sedis Apostolicæ Delegatus, non solum Vicarios perpetuos, aut temporales, sed etiam Rectores Ecclesias habentes in titulum, et ex collatione Canonica potest novo examini subjicere, et ex causa imperitiæ, vel alia justa, ipsis Vicarium, vel coadiutorem dare, provisionaliter durante impedimento, vel imperitia, non autem in titulum. Itaque procedit licet examen, vel concursus præcesserit, atque ad id procedere potest ex prudenti suspitione, vel alio justo motivo, ad cujus tamen formalem justificationem non tenetur. Et Vicario, seu Oeconomo deputando, assignare debet congruam sufficientem, ut docet Cardin. de Luca in Annot. ad Concil. discur. 32. n. 37. D. Salgado de Reg. Protect. par. 3. cap. 2. ex n. 42. Pagnan. in cap. de Rectoribus de Cler. Egrotan. ex n. 9. Monacell. qui praxim explicat tom. 1. tit. 10. form. 15. Et quod Episcopus possit denuo examinare Parochos, qui per concursum Curata Beneficia obtinuerunt, late probat Cardin. de Luca de Parocho dis. 16. Pignatel. consult. 132. ex num. 18. Hæc congrua arbitrio Ordinarij relinquitur ex Decreto Concilij Tridentini, sess. 21. de refor. cap. 6. et alijs. Hodie vero ex Bulla Pij 5. centum Ducatos monetæ Regionis excedere nequit, nec minor quinquaginta esse potest, ut docent citati DD. præcipue Pagnanus n. 9. Luca in Annot. ad Concil. dis. 9. n. 7. et 8. Salgado d. cap. 2. n. 57. ita tamen, ut in ea computari non debeant incerta emolumenta, quæ ratione personalis laboris, vel ex mere voluntaria Populi devotione procedunt, licet contrarium quoad hoc innuere videatur Piana Constitutio, ex Salgado d. n. 57.

Vide Bullam Innocentij 13. incipientem Apostolici Ministerij. §. 10. et 11.

A datione Coadiutoris Vicario insufficienti, et á congrua assignatione, datur appellatio devolutiva tantum: ut ex declaratione Sacræ Congregationis, probat Pagnanus in Cap. de Rectorib. de Clerico ægrotante, n. 8. cum trib. segq. Card. de Luca, in adnotation. ad Concilium, discur. 32 n. 37. D. Salg. de Reg. protec. par. 3 cap. 2. ex n. 42 usque ad 62 et merito, quia Concilium Sessione 21 de reformat. cap. 6. Rectoribus impeditis, vel illiteratis, Vicarios, aut Coadiutores assignare iubet, omni appelatione remota.

Episcopus.

Oeconomus in Ecclesia, seu beneficio vacante per Episcopum poni debet, si praesentati institutio, et beneficij collatio ex aliqua causa suspenditur, iuxta expressum textũ in cap. cum vos de offic. Ordinarij, ubi plenissime Pagnanij. Et huius Canonis dispositio procedit, cum de iure patronatus quaestio est inter Episcopum, et Patronos, vel quando Patroni non concordant de praesentanda persona, vel indignum praesentant, ut explicat ibi Glossa, verbo Oeconomos.

Episcopo residenti conceditur iurisdictio in exemptos regulares extra claustra degentes, non solum in actu visitationis, sed etiam extra illam. Constat ex Bulla Pij quarti, quae incipit De salute. apud Scortiam epitome 73.

Tota Episcopi Potestas, in Lege Iurisdictionis, et Dioecesana consistit. Difficile tamen est distinguere quid ad utramque Legem pertineat. Vide de hac materia Pagnan. in cap. Dilectis de Off. Ordinar. et plenius Lother. de re benef. lib. 1. cap. 24. per totum.

De Episcopis, eorumque iure, et potestate, quatenus Delegati sunt Apostolicae Sedis, tam iure communi, quam post Concil. Tridentin. latissime disserit Thomassinus in tractatu de Veteri, ac nova Ecclesiae disciplina. parte 1. lib. 1. cap. 60. per tot. ubi num. 8. ad amussim recenset casus Delegationis concessae a Tridentino, cuius Decreta sigillatim enumerat, et numero 9. explicat quo tempore, et qua data occasione coeperint Episcopi inscribere se Dei, et Apostolicae sedis gratia Episcopos.

De Episcopi, eiusque Vicarij Generalis potestate, eiusque transitu in Capitulum Sedevacante, alijsque circa Visitationem Capituli, et Regularium selectissimis, optime disserit Natalis in Append. ad tom. 1. Theolog. Dogmat. Epistol. 10. Ireggis qui etiam videndus est in Histor. Eccles. tom. 9. saecul. 15 et 16. Dissert. 12. art. 16. n. 41. circa Apostolicas Delegationes a Concilio Tridentino Episcopis concessas, quibus Regularium, aliorumque exemptorum privilegia moderantur.

Executio contra tertium.

Regula est, executionem contra tertium possessorem fieri non posse, ut ex communi docet Carleval de judic. tit. 3 disp. 11. Limitatur tamen 1º si debitor principali, capto contra ipsum judicio, rem alienet, aut in fraudem parata executione in alium transferat. D. Salg. de reg. protec. par. 4. Cap. 8. ex n. 168 = Limitatur 2. si in instrumento contractui adiiciatur pactum de re aliqua non alienanda, adjecta etiam hypotheca speciali; tunc enim fieri potest executio contra tertium habentem causam à debitore. Ratio est, quia alienatio facta contra pactum est nulla, et sic res alienata non censetur exiisse à patrimonio debitoris. Idem Carlev. cit. n. 3. qui ex hac doctrina infert in Regno Castellae, possessorem hypothecae censualis, posse directe conveniri, licet eam acquisierit titulo particulari emptionis, donationis, legati &. quia ex communi praxi in omni istrumento census aponitur pactum de non alienando rem censui suppositam, quae coniuncta cum speciali ipsius census hypotheca, habent hunc efectum, ut tertius posit directe, et executive conveniri. An vero ad impediendam alienationem necesaria sit speciali hypotheca simul cum pacto de non alienando, vel potius generali sufficiat, quaestio est non modica, in qua probabiliorem judicat Carleval sententiam requirentem specialem. videndus omnino D. olea tit. 1. q. 1. n. 36. ubi latissime disputat, an quando pactum non fuit absolute conceptum, sed restrictum ad casum specialem, vel prohibita alienatio in certas tantum personas, locum habeat via executiva, vel sit via ordinaria procedendum. Et licet verissimum esse fatear

ex pacto de non alienando rei limitato, et res-
tricto, locum non habere executionem: id tamen
intelligendum esse docet, quando tertius non est
comprehensus in limitatione, vel non est ex per-
sonis, in quas alienationem fieri non posse, con-
ventum fuit, ut ibi exempli demonstrat.
Tertio limitatur iure regio in causa fiscali,
iuxta L. 27. cap. 11. tit. 11. lib. 9. Recop. secundum
quam potest fiscus uti via executiva contra ter-
tios possessores bonorum obligatorum in conduc-
tione regiorum reddituum.
4.º limitatur quando in instrumento adest clau-
sula constituti, et precarii, quia tunc potest credi-
tor, non facta excussione, executive procedere
contra tertium, ut cum aliis prosequitur Car-
leval dicto tit. 3. disp. 11. n. 7.

Executor

Executor Literarum Apostolicarum, licet illas iam executioni mandaverit: si tamen pars cuius interest, aut Regius fiscali coram eo compareat, et praesentaverit decretum retentionis à Senatu provissa, petens executionis repositionem, et à eius denegatione apellans, tenetur apellationi deferre, alias vim facit. D. Salg. videndum de Suplicat. ad SS. par. 1. cap. 10. ex n. 89.

Executor = Executoriales

Executor sive Gratiarum, sive executorialium, duplex est, scilicet merus, aut mixtus. Merus est ille, cui nudum factum exequendum committitur. Mixtus dicitur cui rei judicatæ executio per executoriales Literas, nulla facta discussione juris, et exceptionum, quæ in executionis discursu incidere possunt committit. Unde executor datus ad rei restitutionem cum fructibus, cum liquidationem facere teneatur, mixtus est, et Judicis partes tenetur assumere, in quo differt à mero executore, qui nullam habet causæ cognitionem, et prorsus caret jurisdictione. In hoc tamen conveniunt, quod uterque executor mixtus, et merus sunt delegati, et vices gerunt mandantis, ut optime docet D. Salg. de Reg. protec. p. 1. cap 3. ex n. 1 ad 15. subdens quod licet regulariter ab executore, et executione appellari non possit, tamen si excesserit, locus est appellationi, et item facit executor, si in casu excessus appellationi non detulleret, ut prosequitur ex n. 15 ad 35.

Excessus in hac materia est nobum gravamen extra limites mandatæ potestatis per executorem illatum. Non enim procedit is per suum jurisdictionis ordinariæ, sed veritur delegatæ, ac per consequens tenetur strictissime servare fines mandati. Unde eo ipso quod tenorem suæ commissionis excesserit, nulliter operatur. Salg. citatus ex n. 36 ad 15. Notandum tamen, aliud esse gravamen simplex, seu injustitiam, aliud vero excessum. Primum tunc fit cum executor intra limites suæ potestatis, et jurisdictionis sibi mandatæ, injuste procedit, quo casu locus non est appellationi, quæ licita non est ab executore, et executione, ut supra diximus. Secundum, scilicet excessus, gravamen dicitur qualificatum, quod cum contineat nullitatem ex defectu potestatis, et jurisdictionis, appellabile est, ex Salg. n. 15 cum seqq.

Contra hujusmodi excessus tria a jure competunt remedia, appellationis, scilicet, querella, et nullitatis. Primum proponi debet infra decem dies coram Judice executore, alias locus non est recursui per viam violentia. Remedium autem querella, et nullitatis, coram Superiore, et quocumque quidem tempore. Ratio est evidens; quia cum executor in excessu careat potestate, mandato, et jurisdictione, certumque sit, nullitatem provenientem ex defectu mandati, etiam post mille annos proponi posse: hinc fit quocumque tempore locum esse huic remedio nullitatis, ut optime docet Salgado, dict. p. 1 de Reg. protec. cap. 3. ex n. 81, qui n. 125 optime infert, quod licet jure Regio caveatur, agi non posse de nullitate sententia post 60 dies, limitari in illa nullitate, qua ex defectu jurisdictionis procedat.

Executoriales. Littera executoriales, seu ut vulgo dicimus Carta executoria, post rem judicatam conficiunt, prout moribus introductum est, et nihil aliud sunt, quam quoddam publicum instrumentum à Notario confectum summam Actorum, et Processus continens, victori parti tradendum, ut exequatur. V. Salg. qui omnino videndus est, de Reg. protec. p. 1 capt. ex n. 39.

Executorialium expeditio in necessarium antecedens praesupponit parti victa, seu condemnati citationem, quod adeo verum est, ut si citatio omitatur, locum habeat appellatio, cui ut licite Judex deffere tenetur, Salg. citat. n. 12. qui n. 15 et 16. hoc ampliat, etiamsi constaret, parti victa nullam defensionem competere. Deinde continere debent Sententias, de quarum agitur executione, mandatum procuratorium de verbo ad verbum quin sufficiat enuntiatio, seu narratio Notarii

nec eius atestatio, in qua dicat à se Instrumentum mandati confectum fuisse. Idem Sag. ubi d. ex n. 51.
Similiter inseri debet libellus actionis, et exceptionis, et aliquando oportet ut etiam inserantur interrogatoria, et probationes, ex Salg. cit. n. 66.

Praxis autem Romanae Curiae, non eadem est, ac styllus Hispaniae. Si executoriales Litterae à Romana Curia emanaberint, eius praxis servat, ut ante executionem intimentur parti; deinde in Rota producuntur simul cum intimatione, et exequi mandantur, et hic styllus adeo viget, ut executio vel posesio capta ante huiusmodi intimationem executorialium, atentata sit, ut docet citatus D. ex n. 82, subdens n. 85, quod si in executorialibus à Romana Curia expeditis, hic styllus fuerit omissus à subexecutore in partibus: appellatio locum habet, cui si non deferat, vim faciet executor, prout decisum refert in Pinciano Senatu, ex Gutierrez, Canonicar. cap. 4. n. 28 et 29. Cevallos, com. contra com. lib. 4 q. 1. n. 415. et ratio est, quia omnia ab executore gesta, quando non praevenit parti citatio, et reproductio in Rota, nulla sunt, et atentata.

At in Hispania hic Romanae Curiae styllus in expediendis executorialibus, à Iudicibus Ecclesiasticis non servatur, sed solum atenditur Jus Comune, ac reproducto processu per partem victricem petunt executoriales, quae petitio parti condemnatae intimatur, et successivè expediri iubentur modo, quo supra, ut explicat Salg. ibid. n. 86 cum seqq.

Duo tandem notanda sunt. 1. quod sententia absolutoria, non indiget executorialibus. Ratio est, quia secum trahit absolutionem, et executionem, absque nobo Iudicis facto. Secundum, quod non expediuntur, neque expediri possunt executoriales vigore sententiae nullae, quando nullitas per inspectionem actorum apparet, quia sententia nulla notoriè, nullam meretur executionem. D. Salg. dict. p. 4. de Reg. protec. cap. 1. n. 98 et 99.

Executor Apostolicus.

Executor Dispensationum Matrimonialium, quid facere debeat, et quid oporteat coram eo probari ad Gratiæ executionem, late explicat Rosa de Executor. par. 1. cap. 12. videndus. Et nota, Nuncium Hispaniarum, licet potestatem Legati de Latere habeat, non tamen posse se intromittere in Executione Dispensationum Matrimonialium, quæ tum ex Concilio Tridentino; tum etiam ex Constitutione Pij V. in forma Dignum expediuntur, et solum Ordinario committuntur. D. Salgado de Retent. Bullar. par. 2. cap. 24. ex num. 23. Garcia de Benef. par. 6. cap. 2. ex n. 58.

Excommunicandi potestas

Quid intersit inter Excommunicationem, et Anathema, optime explicat D. Joannes Chrysosthomus apud Fleurium tomo 4. Histor. lib. 19. sub numero 9. pag. 581.

A Deo datam esse Ecclesiæ potestatem excommunicandi, et sic jure Divino, non autem humano inductam esse de fide est, ut constat ex Evangelio Mathæi 18: Si peccaverit in te frater tuus, vade et corripe eum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum; si autem te non audierit, dic Ecclesiæ. Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, et publicanus. Quod idem est ac si dixerit, nullam proxsus habeto communionem, quoniam communio cum infidelibus est Christianis interdicta, ex Apostolo ad Corynthios 6. ibi: quæ pars fideli cum infideli? Item Joannis 2.1: Si quis venit ad vos, et hanc doctrinam non habet, nolite recipere eum in domum, nec nec Ave ei dixeritis; qui enim dicit ei Ave, communicat eius operibus. Item 1. ad Corinthyos 5: judicavi tradere huiusmodi hominem Satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini. Item 1. ad Tymotheum: quos tradidi Satanæ, ut discant non blasphemare. Item 2. ad Thesalonis. 3: quod si quis non obedit verbo nostro per Epistola, hunc notate, et ne commiceamini cum illo, ut confundatur.

Hæc est Divina, et Apostolica traditio, quam secuta est Ecclesia à primis Apostolorum temporibus, ut constat ex Sanctis PP. et ex Conciliis Oecumenicis Niceno, Ephesino, Calcedonensi, Constantinopolitano, cæterisque omnibus nationalibus, Provincialibus, et Synodalibus Ecclesiæ Græcæ, et Latinæ, in quibus omnibus semper

usi sunt Patres hoc anathematis mucrone Apostolorum vestigiis inhærentes, contra hæreticos, Schismaticos, aliosque rebeles, et contumaces, ut constat ex Ecclesiastica historia, ex Patrum scriptis, Conciliorum thenore, et ex Quarti tract. de Ecclesia militante per tot. Vide inter hornatum Franciscum Monacellum in praxi fori Ecclesiast. tom. 3. in præludio 2. § 5. qui ex num. 12. enumerat omnes casus, et delicta pro quibus infligitur pœna excomunicationis maioris Papæ reservata, præter expressa in Bulla Cenæ, prout etiam differentiam inter censuram a jure, et ab homine, ac inter latam et ferendam.

Episcopus.

Sacra Congregatio Cardinalium, Concilij Tridentini Interpretatium ad dubia proposita, videlicet:

1. An licitum sit Episcopo Majoricensi, et eius Officialibus, salaria percipere pro exequutione legatorum piorum, videlicet pro judicatura, et Decreto.

2 An Officialibus, et Ministris Episcopi, sit percipere salaria pro sententijs in causis Criminalibus, in causis beneficialibus, et matrimonialibus, et an circa huiusmodi sit attendenda Consuetudo percipiendi certam ratam.

3 An Consules Iurati Ciuitatis, et aliorum locorum Dioecesis Majoricen. Administratores operum piorum, per fundatores deputati, possint per Episcopum, vel per eius Visitatores, contra ordinata a fundatoribus remoueri, et mutari.

4 An supradicti Consules Iurati locorum Dioecis. Adm.^les operum piorum in fundatione deputati, a Ciuitate Majoricen. absentes, possint compelli ad exhibendum libros Administrationis ad Ciuitatem Majoricen.

5 An Episcopo, et eius Ministris, seu Visitatori liceat exigere penas in visitatione antecedenti comminatas, ob non adimplementa Decretorum tunc factorum, easque sibi ipsi vel Episcopo applicare.

Die 15 Martij 1636. dubia praedicta declarauit ut sequitur:

1 Ad primum, non posse Episcopum, eiusque Officiales recipere salaria pro Iudicatura, seu decretis executionis piorum operum et legatorum. An autem danda sit executio Decreto Synodali, particulariter videndum erit. Vide de hac re D. Cortiada, tom. 5. Decis. 280. per tot.

2 Ad secundum, non posse Episcopum, eiusque Officiales, de jure salarium accipere pro sententijs in causis Criminalibus, beneficialibus, et matrimonialibus; an autem ex consuetudine possint, particulariter esse videndum.

3 Ad tertium, Administratores piorum operum, a fundatoribus

ribus deputatos, non posse ab Episcopo nisi ex causa removeri. =

4 Vide Cortiada tom. 5. Decis. 281. n. 11.

Ad quartum, Adm.^{tes} piorum operum, teneri quoram Episcopo in domo ipsius Episcopi, rationes, seu libros Administrationis exhibere, non tamen extra locum, scilicet Civitatem, vel oppidum in quo administrarunt.

5 Ad quintum, posse Episcopum exigere poenas, in visitatione praecedenti comminatas, si non fuerint adimpleta Decreta, in eadem visitatione facta; illas tamen non debere in usus proprios convertere, sed teneri eas locis piis applicare. = Cardinalis Verospius, Loco + Sigilli. = Franciscus Paulutius S.C.C. Secretarius.

Huius Decreti executio jussa fuit per Ill.^{mum} D. Marcum Ant. Franciottum, Auditorem Camerae Apost.^{cae} et Protonotarium, qui Monitorium expediri fecit manu sua subscriptum, die 20 Junij eiusdem anni, quod fuit notificatum Illmo Episcopo D.^{no} Joanni Santander, instantibus Illustribus Juratis Regni 30 Octobris 1636. et die subsequenti, D.^{ri} Marco Falledo V.G. et D. Joanni de Dicido Piorum Operum Provisori. = Habetur hoc Monitorium impressum, cum insertione Decreti S. Congr. Concilij Tridentini.

Episcopus

Episcopus

Episcopus, seu eius V.G. absentibus Inquisitoribus, habet cognitionem causarum fidei in sua Diocesi; Vicarius autem Generalis Exercitus, nullam habet jurisdictionem in causis fidei, etiam absente Episcopo, et inter Militares, quamvis exteros. Vide Adlegationem in defensionem Jurisdictionis Ordinariae Ecclesiasticae Barchinonae, D.^{ri} Josephi Romaguera, Vicarij Generalis illius Dioces. per totam. - Habetur in tom. 1. Adlegat. Cataloniae.

Contrarium totis viribus probare nititur Adlegatio pro D.^{no} Antonio Oloni, V.G. exercitus Caesarei, seu Colligatorum Cataloniae, quae habetur in dicto libro; sed meo videri, non concludit, et tutior est prima sententia.

An, et quando possit procedere contra familiares Sancti Officij, imo, et Inquisitores, et e contra, an isti valeant contra Episcopum procedere.

Votum.

En la Ciudad de Mallorca, a 7 dias del mes de Julio, año de la Natividad de N. S. Dios Jesu-Christo, mil seyscientos sesenta, y siete. Hallandose congreg.os en la Sala superior de la Aud.a deste Palacio Episcopal el Ill.mo y R.mo Señor D.n D. Pedro Manjarres de Heredia, por la Gracia de Dios, y de la S.ta Sede Ap.ca Obp.o de Mallorca, del Consejo de S. Mag. &a el D.r Lor.º Carreras, Arcediano de la Iglesia Cathedral de Mallorca, V. G. y Ofi.l que ha sido m.os a.os desta Diocesis, y Exam.or Sinodal, el D.r Ju.º B.ta Laforteza, sacrista, y Can.º V. G. y Ofi.l que ha sido tambien desta Diocesis, y Ex.or Sinodal, el D.r Ant.º Asger, Can.º Decano, el D.r Ant.º Barcelo Can.º Ex.or Sin.l el D.r en ambos D.os D.n Ramon Sureda Can.º y Canciller G.l Ob.n en este Reyno de Mallorca, Ex.or Sinodal, el D.r Jayme Ballester Can.º y Juez Subcolector Apostolico Ex.or Sin.al el D.r Ant.º Pujoll Can.º Ex.or Sinodal el D.r Ju.º Martorell, Can.º Lectoral, Ex.or Sinodal el D.r en ambos D.os Guillermo Rossiñol Can.º el D.r en Sagrada Theologia, y ambos D.os Fran.co Llompart Can.º el D.r D. Pablo Ximenez de Alexandre, Can.º de la Insigne Igl.a Colegial del S.to Monte de Granada, Cathedr.co que ha sido de Theol.a y sagr.a Escriptura en dho Monte santo, el d.e Fr. Miguel Viny de la Orden de S.n Fran.co de la observ.a L.r Jubilado, Calificador del S.to Oficio, y Prov.al desta Prov.a el d.e Fr. Mig.l Cerdá, de la orden de los Minimos, L.r Jubilado y Provincial desta Prov.a el P.e M.ro Fr. Alberto Estre

153.

de la Ord.n de N.S.ra del Carmen, y Prior de su Convento, el Padre Present.do Fr. Jul. Garcon, Com.or del Conv.to de N.S. de la Merced el D.r Fr. Migl torres de la orden de S. Fran.co de la observancia, Lector Jubilado, Calificador del santo Officio, y D.or de Provincia, el D.r Mro Fr. Bart.me Mora, de la orden de S.to Domingo Cathedr.co que ha sido en Sacra theologia por muchos años en el Colegio de Orihuela, el D.r Mro Fr. Cirilo torres de la orden de N.S.ra del Carmen, Exo.r Sinodal, el D.r Mro Fr. Ant.o Barcelo, de la orden de Predicadores, Cat.co de Prima en esta Universidad, el D.r Present.do Fr. Domingo Orpaz, de la misma Orden, Cath.co que ha sido en la Univ.d de Huesca, el D.r Fr. Sebastian Guayta de la orden de los Minimos, L.r de prima en Sacra theol.a y Defin.r actual de la Prov.a y los DD. en ambos Dros Bart.me Pareto, Federico Sancelonj, Ant.e Palou, y Miguel Ruis: Presidiendo dha su Su.ma y Ill.ma Del S.or Obpo, propuso a la dha Junta de theologos, y Letrados, que por lo mucho, que deseaua el mayor acierto en servicio de Dios N. S. en las cosas tocantes a su Officio Pastoral, y para poder obrar con mas seguridad de conciencia, q.e delante de Dios, y satisfacion del Mundo, deseaua tener el Parezer de tan Doctas personas, y Junta tan graue, sobre la justificacion de las Censuras promulgadas, y demas procedim.tos por dha Su Su.ma y Ill.ma hechos, assi contra Jorge Dameto Prell. Cau.ro familiar del S.to Officio, por razon del notorio delito de sacrilegio, y violacion de la Iglesia de San Fran.co que quedó polluta, como contra el D.r D. Geronymo de Escobar, Sobremonte, y Cisneros, Inq.r Apostolico en este Reyno, y el dig.do D. D. Balthasar de Prado, Promotor Fiscal del S.to Officio, por defensa de la Jurisdicion Ordin.a Eccles.ca y de sus Clerigos, y Ministros, exemptos de la de el S.to Officio en los casos, que no son de Fee, ni dependientes de ella, segun Breues Apost.cos de la Santidad de Urbano Octauo, de buena memoria, y por defensa de la Jurisdicion Ap.ca al dho Ill.mo S.or Obpo cometida en dhos

Breves, y sobre la Nullidad, y Nullidades de los que el dho Inquisidor a instancia del dho Promotor Fiscal del S.to Offizio, ha promulgado, hecho, y cominado, assi contra dha su S.ma y R.ma como contra sus clerigos, y Ministros, en consequencia de estar obrando dha su Ill.a en sus casos de una, y otra Jurisdiccion, Ordinaria y Apostolica, segun se contenia en una peticion presentada por el Promot.or Fiscal de la Curia Ecclesiastica, la qual mando se leyesse, cuyo thenor, es el que se sigue:

Ill.mo y R.mo Señor = Jesus = El P. F. de la Curia Eccles.ca dize, que en 9 de Mayo proximo passado, a su instancia fue citado en pena de Excomunion mayor lata sententia trina monitione premissa, Jorge Damets Drillo para estar a Dro, y dar razones, si las huviere, para no ser declarado incurso en las Censuras statuidas, y que proceden de Dro contra los Violadores de la Iglesia, y sacrilegos de su Catidad, por haver pegado con una Chuleta el dho dia a Dn Joseph Valonga Cav.ro de la Orden de Santiago dentro de la Iglesia de S.n Fran.co estandose actualm.te celebrando los Divinos Officios con solemnidad, quedando la Iglesia polluta por la mucha efusion de sangre, que huvo, y con grande escandalo del mucho concurso de fieles, mandada luego reconciliar por V. S. I. a peticion de los Religiosos, y Devotos de la Imagen del S.to Christo, a la qual se dedicava la celebridad de aquella fiesta con musicas, y haviendo comparezido el dho Damets Drillo por Pro. curador oponiendo Declinatoria de fuero, por familiar del S.to Officio, y por ella diziendo de Nullidad de dha citacion, Mandato, y Monitiones, y apelando a cautela, le fue acusada la contumacia, y concluida la Causa, y notificado a dia, y hora cierta ad audiendum sententiam, que fue promulgada a 12 del mismo mes, y declarado el dho Damets Drillo incurso en la dha pena y Censura cominada de Excomunion mayor, no

obstante la dha Declinatoria de Fuero; porque ademas, que no constava de la Familiatura, el Delito circumscribia la Jurisdicion Ordinaria de V.S. Illma y la apelacion no procedia, quia a Citatione, et a nullo gravamine, non datur apellatio, y ya publicado por las Yglesias desta Ciudad. Despues a instancia del Dr. Ft. del S.to Officio, se dexaron en el zaguan deste Palacio Episcopal, unas letras del S.or Ynquisidor, en que pretende inhibir a V.S.I. del Conocim.to de la Causa de dho Dameto Frill, alegando muchas razones de incompetencia de Jurisdicion por la exemcion del dho Familiar, por la qual dice, que privativam.te toca al Tribunal del S.to Officio, por Sacros Canones, Bullas Pontificias, y Ordenes de los Superiores, exhortando a V.S.I. se diese por inhibido, y mandasse cassar, revocar, anullar, y reponer los authos, y procedim.tos referidos, y no innovasse otros, con cominacion de proceder a lo que fuere de Derecho en caso de no lo hacer assi; y assimismo despachó Monitorio el dho S.or Ynq.or a la misma instancia, en que con penas, y Censuras pretende mandar a Juan Thomas Go P.or de la Curia Ecclica Jayme Sibert, Ml. Ant.l Thriguida y otros Escriv.os de la dha Curia, se aparten de las instancias, y lleven los authos, y processo al Tribunal, y sin embargo de lo referido, se continuaron los procedim.tos contra dho Dameto Frill, agravando, y reagravandole dhas Censuras, hasta anathematizarlo, y aunque fueron despachadas Letras por V.S.I. para quitar la inhibicion, exhortando al dho S.or Ynq.or y mandando al d.o F.t en pena de excomm.on mayor lata sent.a, y de mil Ducados de Oro de Camara, aplicaderos a la R.a Camara Apostolica, paraque quitassen, anullassen, revocassen, y repusiessen respectivam.te las instancias, y pretensa inhibicion, y desacato, y falta de respecto devido a V.S.I. y a su Dignidad Episcopal, contenida en dhas Letras, y haviendo buelto el dho S.or Ynquisidor a reiterar los Mandatos, y Monitorios

contra dhos Ministros, io las mismas penas, y Censuras, y contra otros
que de nuevo actuaron, y refrendaron las Letras de V. S. I. y los
procedim.tos contra dho Damiento Erill: Mandó V. S. I. a inst.a
del sup.te Despachar otras Letras sin perjuicio del Stado de la
causa, en que exhorta, y requiere al dho Inq.r haga cessar
de sus instancias al D.d y casse, revoque, y anulle sus pre-
meras Letras, y demas Monitorios contra los Ministros, et
eorum habitationes, atenta la perseverancia que tiene en
pretender la Jurisdiccion, se conforme con la Disposicion
del Derecho, con deçir Arbitro por su parte, qui cum elec-
to per V. S. I. D. Concertationem dirimerent; y desestiman-
do medio tan ajustado, procedio dho Inq.or a declarar di-
chos Ministros de V. S. I. incursos en dhas penas, y Censu-
ras; Conque acusada la Contumacia, y concluida la cau-
sa, contra el D.d y assignado a oyr sentencia por hora
cierta, fue promulgada, y declarado incurso en la dha pe-
na pecuniaria, y Censura de Excomunion mayor comina-
da, y publicado por las Parroquias de sta Ciudad, y man-
do V. S. I. a la misma inst.a Despachar terceras Letras, como
Juez Comiss.rio Cons.or Apostolico, por observancia de los Breves
de Urbano Octavo, despachados a favor del Cabildo, Ca-
nonigos, y Clero de sta Diocesis, en los quales se declara
ser exemptos de la Jurisdiccion del S.to Officio, en los casos,
que no son de Fee, ni dependientes de ella, y se da a V. S.
I. facultad, y Jurisdiccion, de proceder contra los Inq.res de
Mallorca con penas, y Censuras, y otros remedios juris,
et facti, en cuya conformidad, manda a los dhos
Inq.or y D.d cum insertione dictorum Brevium, en pe-
na de Excom.on mayor latæ sent.æ, trina Can.ca monitione
præmissa, y de tres mil Ducados de Oro de Camara
aplic.os a la R.a Cam.a Apost.a dos mil el S.r Inq.or y
mil el D. D. cassen, revoquen, anullen, y repongan

respectiuam.te sus instancias, y procedim.tos hechos contra el dho Juan
Moreno Sacerdote, y otros Ministros, simples Clerigos coniugados
cum unica, et Virgine, con los demas requisitos del sacro Con-
cilio Tridentino, para gozar del fuero Ecclesiastico, y ser
comprehendidos en la dha exempcion de los Breues: y sin ha-
zer caso de la dha Comission Apostolica, y de sus Mandatos,
adelantaron sus procedim.tos el dho S.or Ingq.r y L.d contra
los dhos Ministros, despachando tambien Letras q.e V.S. Illma
añadiendo mayor calidad a los desrespectos passados en el
modo de hablar, y cominando a V.S.I. procedim.tos contra la
Dignidad, diziendo, ser subrepticios dhos Breues, faltos de
citacion de parte, y otras solemnidades; con que acusadas
la Contumacia, y señalada hora cierta a oyr sentencia,
creziendo su Contumacia, embio Letras, cominando a V.S.
I. el Interdicto del Ingresso de la Iglesia, sin embargo
de lo qual, dada la hora, fue publicada la sentencia,
y declar.os los dhos Ingq.r y L.d incursos en dhas penas,
y Censuras cominadas, y publicados en las Parroquias
desta Ciudad, agrauadas, y reagrauadas, y despues ana-
thematizados: fueron despachadas otras Letras por V.S.I.
a pedim.to del mismo L.d en que se manda a los dhos S.r
Ingq.r y L.d cassen, reuoquen, anullen, y repongan las
dhas Letras, y Cominacion del Interdicto del ingresso de
la Iglesia a V.S.I. sin Jurisdicion alguna, y con tanta
temeridad, en odio, y vsurpacion de la Authoridad Apos-
tolica, despachadas so pena de la Censura del Inter-
dicto General desta Ciudad, y su termino, y Iglesias,
sobre que perseuerando en su rebeldia, y contumacia, y
esta acusada, y asignada hora cierta a oyr sentencia fue
publicada, y promulgado, puesto, y publicado el Entredi-
cho General referido; y en lugar de apartarse de tanto
arrojo, y reducirse a la obed.a de V.S.I. que obra con

Authoridad Apostolica in sus casu particulari, et special. y resintimando los clamores del Pueblo sin culpa afligido, por la tristeza, y afliccion, en que se halla su madre la Iglesia, de verse vexada con tantos ultrages hechos al Prelado, y Pastor, y a su Dignidad Episcopal, por estar defendiendo su Authoridad, y obrando por ella, han continuado los dhos Inqq. y S. Sr. sus instancias, y procedimtos y se apresurado en declarar contra V.S.I. el Interdicto del Ingresso de la Iglesia, afectando tumultos, y alborotos, fixando papeles por las esquinas, con suposicion, que V.S.I. dificulta el acceso a su Palacio por recivir papeles, contra la Verdad de lo que resulta de el processo, y no contento con esto, ha passado a cominar la suspension del Oficio sacerdotal a V.S.I. con el mismo estylo, por un papel fixado en una Esquina de Joseph Ferrer, cerca la cadena de Corte. Estos procedimientos Illmo Señor, son tan fuera de la Jurisdicion del Tribunal, y los de V.S.I. tan propios de la Ordinaria Ecclesiastica, y Delegada de Su Santidad, como estan clamando patentemte la disposicion del Derecho, y la de dhos Breves Apostolicos. Primeramente el delicto de Damero Rillo, es de Sacrilegio, y violacion, y pollucion de la Iglesia, y cometido en persona, que goza del privilegio del Canon Si quis suadente Diabolo, 17. q. 4. por ser persona de Orden Militar, y su cognicion es del Ordinario Ecclesiastico, y en lo tocante al lugar ofendido, no falta censura en Derecho contra el Agressor, pues tamquam Sacrilegus inobediens, nemini fidelium misceri debet, que son los efectos de la Censura de la excomunion, y en quanto a la persona ofendida, expressa la hay en dicho Canon, reservada su absolucion al Sumo Pontifice; y la exempcion de los familiares del Sto Oficio, no se extiende a lo tocante

a la

156

a la Espiritualidad, que es propria de los Ses. Obpos. y de su Juris-
dicion Ordinaria Ecclesiastica, que tiene el Dro. asentado por Si,
y positivamente conservada en la misma disposicion del Dere-
cho, que instituyo la del Tribunal del Sto. Offizio en los negocios
de Fee, y sus dependientes, pues a los Inquisidores, cumulati
vamente con los Ses. Obpos, limitadamente se les concedio
para el dho. cierto genero de causas, Authoritate
Delegata, y porque tuviesen mas exacta, y prompta
expedicion, se les prohibio entender en otro, y se dexo a
los Ordinarios lo demas en que antes entendian, y que
por servir de embarazo a los negocios de Fee, se divi-
dieron, y se instituyo el dho. Tribunal; Con que haviendo
do V.S.I. prevenido el conozimto. de la Causa, inquirien-
do, reconciliando la Iglesia, y citando el Reo con Censu-
ra, no se puede dudar, que procedio en su caso, etiam
contra familiar del Sto. Offizio, y que el Inqdr. no tuvo
Jurisdicion para embarazarle a V.S.I. la suya, y assi no
procedio en su caso con la pretensa inhibicion, Mandatos,
y Monitorios contra los Ministros, que en quanto a es-
tos, etiam casu negato, que el Tribunal tuviesse Juris
dicion de conozer de dha. causa, y en tal caso la havia
de mostrar, lo que nunca ha hecho: Como contiene
imposibilidad el apartarse un ministro inferior de lo
que ha hecho por mandato de su Superior, a quien
tiene prestado juramto. de hacer bien, y fielmente su
Offizio, qual es el de obedecer sus Mandatos, y llevan
los authos despues de continuados en la Curia, que no
es del ministro, sino del Superior, padecerian tambien
otra nullidad dhos. procedimientos: Lo otro, sobre ser
nullos dhos. procedimientos del Inquisidor, por defecto
de Jurisdicion, y ser justificados los de V.S.I. contra Da-
mero Milli, ha tocado el Inqor. en mayores nullidades,

oponiendose a la execucion de los Breves Apostolicos, y contra la Authoridad, y Jurisdicion Apost.ca Delegada de V.S.I. para su observancia, obrando contra V.S.I. en odio de la sobredha execuzion, no solamente continuando contra los Ministros de V.S.I. comprehendidos en la execucion de dhos Breves, pero aun contra V.S.I. y su Dignidad Episcopal, con tan grande escandalo, y sentimiento del Pueblo, como es notorio, arrojandose a cominar, y declarar a V.S.I. el interdicto de el ingresso de la Iglesia, y passando a cominarle la suspension de el Oficio Sacerdotal, quando esta facultad solo se permite en especiales Delegaciones, cometidas contra los V.Res Obispos al Delegado, que su Santidad elije por causas particulares, y expresam.te se prohibe no siendo en estos casos, assi por disposicion de Derecho, como por la del Sacro Concilio Tridentino, porque està reservada al sumo Pontifice la cognicion de semejantes causas. Y en quanto a los Inquisidores, expresamente se les prohibe, etiam in causis fidei, proceder contra los V.Res Obpos, sino es con especial comision de su Santidad; Conque ni por lo general, ni por lo particular puede tener tal Jurisdicion el Inq.or contra V.S.I. antes bien, teniendola V.S.I. especial contra el Inq.or muchas vezes ha obrado bien en su caso, en lo que ha procedido contra el dho Inq.or y d.d. uti impedientes executionem Brevium Apostolicorum, et Jurisdictionem Apostolicam eis tributam, et illam usurpantes in coercitione adversus Ill.am Dom. Vestram, et Dignitatem Episcopalem, tot, tantisque juribus munitam adversus alios Judices, quam ab ipsomet Pontifice, cui privative ad alios, tantummodo subjiciuntur. Y assi cotejando ambos procedimientos, es euidente la nullidad de lo que ha hecho el Inq.or y quan bien fundados estan los de V.S.I. que aun de jure, haviendose entrometido contra V.S.I. el Inquisidor, ha

incurrido en la pena, y Censura de Exon. mar. y publica denunciacion de ella, quibusvis diebus dominicis, et festivis, pulsatis Campanis, et Candelis accensis. Quibus suppositis, etiam casu negato, que se pudiesse dudar de su pretensa Jurisdicion del Ingor. por ser publico descomulgado, y reagravada su Censura, tamquam persona privata, et nullo jure procesit. Y siendo manifiestas las dhas nullidades, y las consequencias tan considerables al Pueblo, y rebaño de sus ovejas, que de jure Divino le estan encomendadas a V.S.I. post primam Sedem, y ser Juez peculiar, sin el embarazo de causa propria, en las cosas tocantes a la Dignidad Epicopal, y para reluarla de las ofensas, que se le hazen, siendo de esta calidad los procedimientos del dho Ingor immediatè tocando en el Ingresso, y suspension del officio sacerdotal, que trae consigo muchas consequencias perjudiciales, y mediatè tocando en los Ministros, sin enseñar en uno, ni otro facultad para ello, ni justificar razon alguna para hazerlo, los quales han presentado peticion a V.S.I. pidiendo, se declaren nullas las Censuras, que se les han promulgado por el Ingor. y todos los demas procedimtos. hechos, y por hazer, en prosequicion de los primeros, renunciando a cauthela, et quatenus opus sit, et non aliàs, las apelaciones interpuestas de dhos procedimientos, para obtener legitimamte. la dha declaracion de nullidades, de que hago presentacion, ut ecce, para en su nombre tambien obtenerla. = Por tanto pide, y supca. el dho P. J. de la Curia Eccleca. sea V.S.I. servido mandar declarar, ser nullos todos los dhos procedimtos. y manifestar al Pueblo la dha declaracion, paraque en todos tiempos no se dude de la Authoridad conque V.S.I. ha procedido y sea notoria la temeridad, conque dho Ingor. se le ha opuesto, et hac omni &c. qua licet &a. juribus Sui semper salvis &a. Altissimus &c. Ita. Die 6 Julij 1667.

Inserantur, et consulatur Congregatio Theologorum, et Iurisperitorum, et habito colloquio providebitur. = Y leida la dha peticion en alta, y inteligible voz, y asimismo leidos tres Breves Apostolicos de la Santidad de Urbano Octavo, ganados a favor del Cabildo, y Canonigos de la Sta. Iglesia de Mallorca, clero, y singulares clerigos, y Eclesiasticos del dho Reyno, en los quales se declaran exemptos de la Iurisdicion de el Sto. Offo., en los casos, que no son, ni dependen de Fee, cometida su execucion a su Illma. y Rma. con facultad de proceder con Censuras, y penas, y otros remedios de Derecho, y Hecho, contra los Inqres. de Mallorca, pidio su Illa. y Rma. dixesen su parezer, y discurrido exactamente, y bien ventilado el negocio, resolvieron unanimes, y concordes, nemine discrepante, lo siguiente:

Que su Illa. y Rma. por la Iurisdicion ordinaria, ha procedido, y procede con Censuras en su caso, contra dicho Dameto Trillo, aunque familiar del Sto. Offo., por el delito de sacrilegio, y violacion de Iglesia, que cometio en S. Francisco, en persona de Dr. Joseph Valonga, Cano. del Abito de S. Tiago, pegandole con una muleta en las narizes, de que huvo mucha efusion de sangre, y quedo con mucho escandalo del Pueblo polluta la Iglesia, el qual por ser de orden Militar, goza del privilegio del Canon Si quis suadente 17. q. 4. y que el Inqor. no tiene Iurisdicion para tal conocimiento, y todo lo que ha obrado con pretexto de defender la del santo Oficio, es nullo por defecto de Iurisdicion en dho. caso, y mucho mas lo que despues ha executado contra los clerigos, y Ministros de la Curia Ecclesiastica, exemptos de su Iurisdicion, tanto en vra de Dro., como en virtud de

dhos

dhos Breues en este caso, por no hauer obedecido a sus pretensos
Mandatos de cessar en las instancias el Fiscal, y los otros mi-
nistros, de lleuar los authos, que actuaron, al tribunal de el
Santo Oficio, concernientes a estas causas, por no ser de fee,
ni dependientes de ella, como contra su Illa. en odio de la Ju-
risdiccion delegada, cometida por su santidad con dhos Bre-
ues al dho Illmo. Sr. Obpo., sin que por razon del conocimiento
de las causas de fee, se le atribuya al tribunal derecho,
y Jurisdiccion alguna de oponerse en este caso a los procedi-
mientos de su Illma. y de hauer otros para remouerles,
porque este se da por preuenido en dhos Breues, y sin
embargo se da facultad a su Illma. de proceder con pe-
nas, y Censuras, y otros remedios de Dro., y Hechos con-
tra los Inqqles de Mallorca, y que assi en esta conformidad
puede, y deue su Illma. tam jure Ordinario Ecclesiastico,
quam Delegato Apostolico, declarar, ser nullas las Cen-
suras promulgadas, y cominadas, assi contra su Illa. y Illma.
como contra sus Ministros, uno sacerdote, otros clerigos
de primer tonsura, con los requisitos del sacro Concilio
Tridentino, y dos mere laicos, y las que fueran de
nueuo se cominaren, y promulgaren por el dho Inqqor
contra qualquiera, en prosequucion de las mismas causas;
pues qualquiera Juez, lo es competente, de declararse
Competente, ó incompetente; y en quanto a los procedimtos.
hechos contra su Illma. que agrauian la Dignidad Episco-
pal, que ocupa, a la qual, por disposicion de Derecho,
se le guarda tanto decoro, es Juez peculiar, y tiene Ju-
risdiccion para conocer sobre la justificacion, ó nullidad
de ellos, y constandole de esta, declararla, y remouerles,
pues mira al complemto. de la misma Jurisdiccion, sin que
obste con el embarazo de ser Juez en causa propria,
y en que se considere parte formal, porque cessa, en
donde se toca a la Dignidad Episcopal, y mas quan-

do el que la agrauia obra sin Jurisdicion, porque esta la tienen los Señores Obispos en su Diocesis, para quitar, y repeller qualesquier procedimientos de este genero, segun no la tiene el Ingor y caso negado la tuviese, estaria suspenso su exercicio en este caso, que circumspiere la espiritual, por estar antes publicado descomulgado, y anathematizado por Authoridad Apostolica, en execucion de los referidos breves. Y en lo tocante a los Ministros, y demas Feligreses de la Diocesis, son los Señores Obpos Jueces de remover las Censuras y procedimientos de qualesquiera, que con pretexto de ser Jueces, obran sin jurisdicion Ordinaria, y no justifican la que pretenden tener, segun que no la ha mostrado el Ingor en este caso, y que esto se haga manifiesto al Pueblo, por quitar escrupulos sobre la inobservancia de ellas, y quede asegurada en la comun opinion la Authoridad, y Jurisdicion de su Ilma y Revma. Este fue el voto de aquella Gravissima Junta, de que se llevò autho publico, ante Jul. Rivera Pro Notario Apostolico, y Secretario del Cabildo, dicho dia, y se imprimio en la Imprenta de Pedro Quaris Librero.

De Episcopi potestate, et Jurisdictione, et de invocatione Brachij secularis agit Vela in speciali tractatu post tom. 2. dissertationum fol. 23.

Vide practicam Sancti Officij Inquisitionis, infra in verbo Inquisitio per tot.

Episcopus est exemptus a Jurisdictione Inquisitorum, etiam in crimine Haeresis, cap. Inquisitionis de Haereticis in 6. Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 5. Castro palao lib. 1. tr. 4. disput. 9. punct. 9. Vide practicam Sancti Officij, Inquisitoris D. Francisci de San-Vicente in hoc eodem libro cap. 20 de Confessarijs solicitantibus in rubricas. Hanc Episcoporum exemptionem a Jurisdictione Inquisitorum, etiam in causa Haeresis docent, et probant Cortiada tom. 1. dec. 30. n. 19. Molin. de just.a et jur. tom. 6. tr. 5. disp. 8. n. 19. Caren. de Off. S. Inquis. part. 1. tit. 5. § 9. n. 75. Cenedo collect. 14. ad 6. n. 2. et alij apud Cortiada citatum, ubi vide.

Episcopus.

De executione Operum piorum. Decisio Sacrae Rotae Romanae, coram R.P.D. Aldrobando.

Majoricensis successionis, Lunae 16 Junij 1710.

Non novus apud Nostrates, licet valde frequens in Regno Majoricarum disponendi modus Hieronymi Barceló, non levem excitavit triangularem controversiam, circa successionem in illius haereditate, diversimode extra nostrum Tribunal decisam. Is enim domicilium habens intra fines Parrochialis Ecclesiae Sancti Jacobi, testamentum de anno 1656 condidit, in quo post deputatos nonnullos manumissores, seu executores testamentarios, sepulturam elegit in Ecclesia Vener. Conventus Sancti Dominici, ubi tumulati erant eius avunculus, et prima uxor; haeredes vero instituit Honufrium, et Hieronymum suos filios, quorum linea masculina deficiente, in medietate substituit lineam foemininam, et in alia medietate animam suam, et pro ea Dominum nostrum Jesum Christum; utraque vero linea defecta, nullum designando certum substitutum, tandem in haec verba suam dispositionem conclusit: *In omni mea haereditate, et successione bonorum meorum, voco dictam animam meam, ac pro eas Deum, D.N. Jesum Christum, subdendo insuper, ut ex ea fiant opera pia, quod erit in casu, quo substitutam habeo animam meam, et pro ea D.N. Jesum Christum.*

Hinc cum ultimo loco defecisset linea masculina testatoris, linea vero foeminina nunquam incoepisset, nullusque amplius in humanis degeret ex praedictis manumissoribus, insurrexerant in Curia Episcopali Majoricensi, tres competitores, nimirum Episcopus, seu eius Promotor fiscalis, in illis partibus Provisor causarum

piarum Dioecesi nuncupatur, Ecclesia Parrochiali sancti Jacobi, nec non Ecclesia tumulans Vener. Conventus sancti Dominici, quilibet praetendens, dictam novissimam Substitutionem collatam in animam, et pro ea in D. N. Jesum Christum, sui favore esse purificatam; prodijt tandem Vicarij Generalis sententia, favore Episcopi, a qua provocante utraque Ecclesia ad Curiam Auditoris Camerae, pronunciatum in ea extitit favore Ecclesiae Parrochialis, ad effectum exequendi opera pia, bonaque in eis erogandi pro anima testatoris: arbitrio, et voluntate Rectoris eiusdem Parrochialis, a quibus judicatis commissa appellationis causa nostro Tribunali, dubium subiecimus: An, cui, et ad quem effectum sit danda immissio, cui Domini respondendum authumarunt, dandam esse immissionem Provisori Causarum piarum, iuxta modum, de quo infra.

Etsi enim in littera testamenti, nullus ex colitigantibus apparet expresse vocatus: quia tamen jus nostrum summopere studuit, ut suprema morientium elogia modis omnibus executioni mandarentur, et si oportebat a directo, et proprio verborum sensu diffluti, ut relatis pluribus juris locis probat Tharanta Controver. jur. Respon. 4. a n. 1. ad plures sequen. tom. 1. Certum idcirco est, ut quoties versamur in aliqua dispositione dubia, circa personam haeredis, vel substituti, recurrendum sit ad regulas, et sensum juris communis, iuxta quem certum dicitur omne id, quod ex circumstantijs subiectae materiae, ad certitudinem reduci valet, l. certi ff. si certum petatur Rota decis. 1. n. 9. penes Balducc. ad consil. Ramon. tomo 4.

Ad sensum itaque juris interpraetata voluntate Hieronymi testatoris, fundata dicitur intentio Episcopi seu illius Provisoris; quoties enim, ut hic instituta,

seu

seu substituta reperitur anima ipsius testatoris, talis dispositio tanquam in animam directa, aequipollet institutioni causae piae, sive piorum operum, adeo ut integrum patrimonium veniat erogandum in pijs operibus, in levamen, et suffragium animae deffuncti, Cessinis ex Bartol. in l. 1. n. 64. C. de sacrosanc. Eccles. Clar. lib. 3. §. testamentum q. 6. n. 6. Genuen. prax. Eccles. q. 446. n. 6. Velasco adlegat. 68. n. 4. Carp. de executor. lib. 3. cap. 9. n. 6. et 15. Lara de Capellanijs cap. 10. n. fin. lib. 1. De Luca ad Gratian. cap. 329. n. 2. Josephus Mora consult. 36. n. 26. Romaguera ad Constit. Sinodal. Gerunda lib. 3. tit. 7. capite 7. n. 10. Maranta respon. 4. n. 60. 63. et 64. tom. 1. Fagundez de Justitia lib. 6. cap. 1. n. 22. Molina de Justitia, et Jure tom. 2. disput. 154. n. 3. eodemque tom. 2. tr. 3. q. 248. Rubeus pract. resol. de testam. cap. 50. n. 17. et 18.

Quod indubitanter procedit in concreto casus praesentis in quo testator se ipsum glossando, manifeste declaravit, quod institutio eius animae, et pro ea D. N. Jesu Christi, nihil aliud praeseferret, quam erogationem bonorum in operibus pijs, quorum etiam unam speciem judicavit, ibi: Item volo, quod pervenienti medietate haereditatis meae ut ex ea fiant opera pia, quod erit in casu, quo substitutam habeo animam meam et pro illa D. N. Jesu Christum, quod de hac medietate dentur bismille librae, domui mulierum pietatis, amore Dei Domini nostri et in remissionem peccatorum meorum = Unde quatenus etiam juxis sensus, aliquid diversum ab operibus pijs designaret, adhuc attendenda esset ita specialis testatoris declaratio, quo facit cessare provisionem legis, per tex. in §. disponat, authent. de nuptijs, l. fin. ff. ut legator. nom. caveatur, Ciarlin. controver. 218. n. 4. et 5. Cancer. var. resol. par. 3. cap. 21. n. 313. Bichius decis. 52. n. 39. et decis. 680. n. 15.

Ex his posito, quod juxta testatoris voluntatem, jure

dispositioni conformem, cum hæreditas sit eroganda in pijs operibus, in substantia quidem, et in genere certis, quo vero ad speciem indeterminatis, et incertis, Consequens est, ut non alteri concedenda veniat immissio, quam Episcopo, tanquam legitimo piarum Causarum, et voluntatum executori; etenim nullus alius reperitur hæres scriptus, qui piam hanc dispositionem executioni demandare possit, de jure pro hujusmodi effectu succedere deberet executores testamentarij qui habentur loco hæredis, et idcirco ad eos spectaret adimplere testatoris voluntatem, distribuendo hæreditatem in pijs operibus, ut probat Bartol. in l. in alio n. 5. et seq. ff. de alimen. et cibar. legat. Ancar. consil. 329. n. 2. in fin. et n. 3. Paris. cons. 26. n. 29. et seqq. vol. 4. Valascus consult. 68. n. 3. tom. 1. Valenzuela cons. 60. n. 9. tom. 1. Maria de succes. legal. p. 4. q. 15. ar. 1. n. 83. Amostazo de causis pijs lib. 1. cap. 11. n. 56. Rubeus de testam. cap. 50. n. 19. et cap. 88. n. 125. Rosa consult. 126. n. 25. et seqq. Fragos. de Regimine Reipub. Christiano p. 3. lib. 5. disput. 8. § 17. n. 504. Campius de exeq. testam. lib. 3. cap. 9. n. 6. et cap. 10 a num. 15. Romaguer. ad Constit. super Statutis lib. 2. rubr. 33. n. 12. et specialius ad Sinodum Gerunden. lib. 3. tit. 7. cap. 12. n. 10. Maranta Dict. respon. 4. n. 91.

Verum quia testamentarij executores certi, qui in testamento nominati fuerant, modo amplius non supersunt; hinc in eorum locum subrogatur Episcopus, qui a Sacris Canonibus praestitutus est ad supplendum officium executorum testamentariorum, tam in casu eorum negligentiæ, ut habetur in cap. Nos quidem 3. in cap. Si hæredes 6. et in cap. Tua nobis 17. de testamentis, quam etiam in casu eorum non existentia; eo quia non reperiatur designata certa persona per

per testatorem, ad exequenda opera pia iuxta illius voluntatem per tex. in l. nulli 28. versic. sin autem, et in l. si quis ad declinandum 38. vers. hoc tamen omnia C. de Episcopis, et clericis, et in §. si quis autem pro redemptione captivorum, authen. de Ecclesias. titul. Sacr. Concil. Tridentin. sess. 22. cap. 8. de reformat. et tradunt Baldus in l. 1. n. 6. ver. iuxta hoc quaero, C. de sacros. Eccles. Guilielm. Benedictus in cap. Raynutius verbo condidit n. 8. Covar. in cap. Ioannes 19. n. 1. de testam. tom. 1. Gutier. pract. qq. lib. 1. q. 44. n. 4. Rosa consult. 36. n. 25. Rubeus de testament. cap. 15. a num. 167. et cap. 85. a num. 25. ad 46. Franta de succes. legal. par. 4. cap. 15. art. 2. n. 1. 3. et 4. Ciarlin. controver. 218. n. 48. par. 2. Carpius de execut. testamentor. lib. 1. cap. 27. n. 1. et cap. 22. n. 21. et 23. et lib. 3. cap. 9. n. 6. Munoz de Escobar cap. 27. n. 46. Rota coram Emerix iunior. decis. 430. n. 3. et decis. 1326. numero 5.

Adversus autem praedicta, Domini minime obstare censuerunt, quod testator institutionem directe non contulerit in animam, in quibus terminis scribentes in contrarium, superius in favorem Episcopi procedere posse, admittere videbantur, sed loco animae haeredem nuncupaverit Deum, D. N. Iesum Christum, in qua disponendi formula, cum adsit haeres certus, et a iure determinatus, qualis est illa Ecclesia in qua testator domicilium habuit, iuxta apertas constitutiones Iustiniani, in l. quoniam in multis 16. C. de sacrosanctis Eccles. et in novel. 131. §. si quis in nomine magni Dei, authent. de Eccles. tit. Rub. de testamen. cap. 69. n. 162. inde inferebatur, quod cum recensita institutio, sive substitutio intelligenda sit, aut favore Ecclesiae Parrochialis, intra cuius limites testator vivens domicilium habuit, aut favore Ecclesiae sancti Dominici, quae post obitum per electionem sepulturae, domicilianis per-

petua effecta est, semper remaneat exclusus Episcopus ab executione legali, quæ cessat, et locum habere non valet, quotiescunque adest certus hæres, vel certitudinaliè constat, in quam personam, sive locum testator respexerit, ad litteram textus in l. si quis ad declinandum 38. versic. sin autem in personam. C. de Epis. et Cler. et probatur in Cap. si hæredes 6. de testamentis.

Prædictati namque textus in l. quoniam, et in §. si quis in nomine, magni DD. loquuntur in hypothesi, in qua testator simpliciter, et absolute hæredem instituat D. N. Iesum Christum, sine aliquo adjuncto, quo utique casu Ecclesia domiciliaria, ad hæreditatem accipiendam vocata censetur, prout eundem §. si quis in nomine, sumat Angelus, et comprobat Abbas Panormit. consil. 99. sub n. 4. vers. circa secundum et n. 5. par. 2. Amostazo de caus. piis lib. 4. cap. 1. n. 1. quo circa eorum dispositio non potest applicari casui de quo agitur, in quo non fuit institutus Deus D. N. Iesus Christus simpliciter, sed institutio principaliter directa fuit in animam testatoris; causativè autem dumtaxat pro ea in D. N. Iesum Christum. Unde resultat casus mixtus, a prædictis legibus non resolutus, ideoque ab illis non regulandus, sed decidendus potius ad terminos institutionis factæ de anima, uti primario in dispositione fuerit posita, et contemplata, quià præferendum est, magisque attendendum venit id, quod in dispositione est principalius, quam illud, quod est adjectum, ad tradita per Socin. juniorem, consil. 125. n. 45. lib. 1. Rota quoram Emerix. jun. decis. 662. n. 13. et decis. 429. n. 24. par. 13. recentior.

Quemadmodum igitur instituta hærede animâ, nullisque datis executoribus, opera pia sunt adimplenda, et exequenda ab Episcopo, ex superius firmatis; ita, rationis identitate, idem venit dijudicandum, ubi loco animæ accessoriè adjecti

et subrogatur D. N. Iesus Christus, eadem quippe dispositio militare debet in subrogati, ex natura subrogatorum, Sciurba consil. crimin. 99. n. 13. Palma adlegat. 327. n. 84. Saminiat controv. 121. n. 27. Dunozzet jun. decis. 651. n. 20. et quoram Eminentis. decis. 1088. n. 6. et in recentior. decis. 303. n. 6. par. 16. et in Romana annuae pensionis 29. Novem. 1701. §. non obstat quoram Rmo. D. meo Tholines Decano, et in terminis promiscuae institutionis collatae in animam, et D. N. Iesum Christum, quod erogatio in operibus piis sit facienda per Executores testamentarios, si dati sint, qui vices haeredis substinent, sin minus per Episcopum, tradunt Romaguera, ad Sinodal. Gerunda, lib. 3. tit. 7. cap. 7. n. 10. et modernus Romanus, discep. Eccles. 2. n. 20. tom. 1.

Praeterea dispositio §. si quis in nomine Magni Dei, non credebat compatibilis cum dispositione huius testatoris; iste enim expresse mandavit, ut de omnibus bonis fierent opera pia, adeo ut in his integre sint distribuenda; textus vero non disposuit, quod haereditas sit eroganda in operibus piis, sed potius, quod tota sit ab Ecclesia domiciliari, ibi: Eam accipere debent, quod dimissum est. = Stante autem incompatibilitate, clarum efficitur, quod praevalere debet dispositio testatoris favore animae; nec refert, quod licet de erogatione bonorum in opera pia non disponatur, in §. si quis in nomine &a. de hac tamen disponatur erogatione in tex. l. quoniam in multis, ibi: ut in pauperum, et inopum emolumentum cedat; ideoque praedicta expressio contenta in testamento, nullam inducat incompatibilitatem, cum sit expressio eius, quod tacite inerat ex dispositione juris, juxta quam Ecclesia domiciliaris haereditatem pro se retinere non praesumit, sed illam impendere piis operibus, secundum praeceptum testatoris.

Siquidem omissis iis, quae motivabantur ex parte Provisoris,

Causarum piarum, quod scilicet constitutio Iustiniani Imperatoris in d. l. quoniam autem, vim legis non habet, utpote ex Graeco in latinum versa, et in Codice inserta, aut per Contium, ut indicat nota marginalis ad eandem legem Lugdunensis impressionis anni 1600. aut per Franciscum Hottomanum, sicuti videre est in fronte alterius antiquioris Lugdunensis Editionis in fol. de anno 1557. ex quo propterea dicebatur, quod cum illa non reperiatur inserta in aliquibus alijs Codicibus, minusque glossata a nostris Interpretibus Bartolo, Baldo, Cino, Broneman, alijsque Doctoribus in eorum repetitionibus, praesumendum sit, quod Iustinianus Imperator in Compilatione Codicis, constitutionem praedictam consulto omittere voluisset, et tanquam recentius impressa, in modernioribus Codicibus, vim legis obtinere non valeat, ex doctrina Hostiensis in Cap. Pastoralis in fin. vers. non tamen de fidejuss. Becc. cons. 16. n. 18. lib. 1. Cardin. de Luca de servitut. discur. 6. et 7. de alienat. discur. 2. n. 6. de fidejussor. dis. 137. sub n. 26. de judic. dis. 36. n. 59. et in Conflict. Legis, et rationis obser. 19. et 28. Rota coram Celso decis. 375. a n. 5. ad plures segq. super quo Domini patres non fixerunt, nihilque veluti extra necessitatem firmarunt, cum ex alia parte compertum esset, quod eadem Lex passim a Doctoribus adlegatur, nec aliquis reperiatur qui de illa dubitaverit, cum in substantia idem disponat, quod sancitur in §. si quis in nomine magni Dei, circa quam sanctionem, nulla cadit altercatio.

Incompatibilitas tamen utriusque Legis cum dispositione testatoris, adhuc plene non submovebatur, quia valde diversum est, quod instituatur haeres D. N. Iesus Christus ad effectum, ut haereditas convertatur in subventione pauperum, et inopum, et quod instituatur haeres anima ad effectum faciendi opera pia in genere,

dum in primo casu datus censetur certus hæres, sive executor voluntatis, nempe Ecclesia domiciliaris in beneficium pauperum et inopum ex prædictis Iustiniani Sanctionibus; in secundo autem casu, cum nullus datus sit executor ad explenda opera pia, succedit Episcopus, non restrictive ad subsidium pauperum dumtaxat, sed etiam ad perficienda tot alia opera pietatis, quæ concernere possint beneficium animæ testatoris, juxta eius verosimilem voluntatem, ut superius dictum est.

Deveniendo autem ad modum resolutionis adjectum, dixerunt DD. immissionem concedendam esse Episcopo, sive eius Provisori, ad effectum quidem faciendi opera pia per testatorem demandata, cum hoc tamen quod in distributione bonorum rationem habeat de utraque Ecclesia, tam sepulcrali Sancti Dominici, quam Parrochiali Sancti Iacobi, erga quas credebatur testator particularem aliquam affectionem habere potuisse; præfatam vero distributionem, non reliquerunt Domini judicio eiusdem Episcopi, sed reservarunt eorum ulteriori, et maturiori judicio, tam circa quotam, sive quantitatem unicuique Ecclesiæ distribuendam, quam etiam circa declarationem operum piorum, in quæ bona hæreditaria sunt specialiter applicanda, pro suffragio animæ testatoris, ut inde in posterum dirimatur qualibet occasio majoris litigij, quibus supprema Tribunalia, quantum humaniter fieri potest occurrere debent, ne finis unius sit exordium alterius, contra monitum textus in L. properandum 11. C. de judicijs, quod exornat Rubeus dictam cap. 88. a num. 140. ad seqq.

Et ita decisum fuit Provisore Episcopi et Vener. Conventu Sancti Dominici informantibus, Parrochiali vero Ecclesia, quamvis pluries legitime monita, jura sua deducere recusante.

Hæc decisio fuit confirmata altera Decisione, quarum

eodem R. P. D. Aldrobando 23 Februarij 1741, certo adjecto modo. Tandem fuit haec Causa terminata per Sententiam Arbitralem Illmi Dni D. Athanasij de Esterripa, et Trana-jauregui, Episcopi Barcinonensis, 20 Iunij 1742, in actis Hieronymi Baculo notarij, et Scribae majoris Curiae Ecclesiasticae, qua fuit impositum silentium Rectori Ecclesiae Sancti Iacobi, et declaratum, quod controversia per duodecim dividerentur partes, quarum septem appli-carentur aequis portionibus dictis Ecclesijs Parrochiali, et Sepulcrali Sanctae Dominicae, reliquae vero quinque dicto Illmo Dno Episcopo, seu eius Causarum piarum Provisori, ad suffragia postea decernenda.

Vide notatum supra fol. 34.

Ecclesiastici, et Militares tenentur contribuere, in terminis juris Communis, pro reparatione viarum, murorum, fontium, et fluminum, etiam quando huiusmodi collectae imponuntur per Universitatem; quia haec contributio non est tributum debitum, et exactum ratione superioritatis, immo satisfactio, et compensatio beneficij, quo gaudet exemptus. Nec requiritur, quod constet, vires singularium saecularium non sufficere, quia sufficit, quod vires Universitatis non suppeditant. Videnda Allegatio juris pro Civitate de Balaguer, cum Statibus Eccl.co et Militari, ubi plene, ac docte quidem, tom. 2. Alleg. fol. 483.

Episcopi, et Iudices Ecclesiastici, non possunt procedere contra laicos, etiam in casibus, in quibus habent jurisdictionem, nisi per Censuras Ecclesiasticas; ubi autem volunt imponere, et exequi poenas pecuniarias, vel capere laicos, debent uti auxilio saeculari. Et de intellectu Conc. Triden. ses. 25. de Reform. cap. 3. Docte Leon tom. 2. decis. 154. per totam. Videndus D. Cortiada tom. 1. dec. 26. a n. 58. Calderó tom. 3. dec. 135. n. 21. et 22. et tom. 2. dec. 74. per tota, maxime a n. 19.

Vide in comprobationem D. Larrea dec. 1. a n. 16. Ripoll. var. cap. 1. a n. 36. ad 42. Cancer. par. 3. cap. 19. Contrarium tenet Fagnan. in cap. licet de poenis ex. n. 4. et in cap. pervenit 2. de adulter. a n. 10.

Electio.

Electio minus digni ex approbatis, omisso digniori, et provisio Parrochialis subsequuta, valet ipso jure, non obstante Decreto irritante Concilij Tridentini, et Constitutione Pij Quinti, quia non sunt referenda ad provisiones factas de minus dignis. Unde talis electus facit fructus suos donec eius provisio per Iudicem appellationis revocetur et sic non est condemnandus in fructibus, nisi ad summum a tempore primae sententiae revocatoriae, et non a die litis motae, nec a die intrusionis, ut videbatur, supposito, quod provisio esset nulla propter Decretum irritans. Garcia de Beneficijs tom. 2. cap. 2. à numero 225. maxime n. 235. Covarrubias in regula Peccatum 2. par. §. 7. n. 3. D. Thom. 2. 2. q. 63. ar. 2. ad 3. Molina de Hispanor. Primog. lib. 2. cap. 5. a numero 47. Gutier. Canonicar. quaestion. lib. 2. cap. 11. a num. 15. Ledesma in summa 2. par. tr. 7. cap. 4. conl. 6.

Et licet contrarium teneat Spino de testam. glos. 4. n. 86. et tenuerit Rota in Derthusen. Parrochialis de Villafranca 18 Decem. 1581. et 4. et 10. Maij 1582 coram D. Gypsio, apud Garcia citatum n. 322: tamen prima sententia, quod scilicet valeat electio digni, adhuc in Ecclesia Parrochiali per concursum provisa, omisso digniori, non obstantibus dicto Decreto Concilij ses. 24. cap. 1. et cap. 18. et Bulla Piana, tenenda est; quia, ut ait Covar. citatus, Tridentinum ait, digniorem esse eligendum, ut a peccato elector immunis sit; nec tamen statuit electionem digni, omisso digniori, rescindendam fore, aut nullam esse. Et haec est sententia Divi Thomae ubi supra, et Petri de Ledesma, licet alij contra sentiant, ut nec adhuc in foro conscientiae teneatur elector digniorem eligere, sed sat est eligere dignum, quia alias nulla provisio, seu electio esset certa, et secura,

et daretur locus mille scrupulis. Vide omnino Garciam citatum, et Hieronymum Gonzalez ad Regulam 8. Cancellariae glos. 4. a num. 129. ubi late, et docte materiam tractat, et expendit Constitutionem Pij Quinti anni 1566, et Decretum Concilij, quibus non obstantibus, electionem tenere affirmat, pro cuius sententiae confirmatione, praeter Doctorum authoritatem affert expressos Canones in cap. cum nobis olim de Electione, cap. nisi cum pridem §. pro defectu, de renunciat. cap. constitutus 2. de appel.

<u>Electio.</u> Eligere debens unum ex filijs, si electionem non fecerit, eamve nulliter exequatur, succedit major natu. Menoch. consil. 158. n. 42. Surdus consil. 229. n. 19. consil. 363 per totum, et iterum consil. 365. Rutar. q. 505. n. 3. Ciriac. controver. 414. ex n. 2. Cardin. de Luca, qui hanc admittit, et explicat conclusionem, de fideicom. discur. 183. ex n. 3. ad 18. Fondut. resol. Civil. lib. 1. cap. 51. n. 6. cum segg. apud quos alij. DD. caeteri vero omnino videndus est Rojas de incompat. par. 1. cap. 2. ex n. 34. ubi resolvit, quod quotiens testator tacite, vel expresse, <u>unum</u> ad successionem eligi jussit inter filios, si electio facta non fuerit a Commissarijs, non omnes, sed unus ex illis, et is major succedit, et censetur electus, tam in feudo, quam in Emphyteusi, Majoratu, Anniversario, et Cappellania, ejusque patronatu. Vide notata supra fol. 34.

Facultas eligendi ad successionem Majoratus, Anniversarij, Patronatus &c. an et quando sit realis, vel personalis, optime explicat Larrea decis. 31. in qua n. 19. cum distinctione resolvit. Ubi vide, et Rojas de incomp. par. 1. cap. 6. n. 310.

Electus. Electio.

Electus non capit ex testamento eligentis, sed eius, qui jus electionis reliquit, et secundum illud Falcidiae ratio non minuitur. Olea cum alijs, de Cess. jurium tit. 1. q. 4. n. 33.

Electio. In materia electionis in fideicommissis, maxime quando agitur, an a testatore instituente aliquem haeredem, cum facultate disponendi inter filios, censeantur bona taliter in favorem istorum vinculata, ut haeres nequeat illos in favorem extraneorum gravare, videnda omnino est Doctissima adlegatio Domini D. Josephi Baisa pro D. Raymundo Fortuny de Ruesta, in responsione ad dictum dubium per Dot. et Vicaris infra.

Vide D. Fontanelly tom. 3. decis. 85. ubi late agit de quaestione, an qui habet facultatem eligendi, solum possit in actu electionis, apponere vincula, et gravamina in favorem eligibilium, an vero in favorem extraneorum, ubi resolvit cum distinctione. Forte de Maioratib. par. 1. cap. 27. § 14. et par. 2. q. 15.

Electio. In Fideicommissis, et Maioratibus, si testator electionem concedat primo successori, concessisse censetur eandem eligendi facultatem caeteris successoribus vocatis. Menoch. consil. 104. n. 10. et consil. 158. n. 80. Castillo controver. lib. 5. par. 1. cap. 87. a n. 17. Capicius Latro decis. 31. n. 17. D. Olea tit. 3. q. 1. n. 52. remissive.

Electio. Vide infra, hac eadem littera E. post verbum Exigencia, fol. 117. in dorso cum sequentibus.

Exorcista.

An liceat inquirere veritatem à Daemone?

An inquirere veritatem a Daemone, sit Crimen haeresis, vel eam sapiat, ita ut talis inquirens sit suspectus in Fide, et ut talis a S. Officio puniendus. In hac materia cum distinctione est procedendum; et in primis certissimum est, et indubitabile, quod inquirere a Daemone, eumque interrogare propria, et privata authoritate, de occultis, et futuris, maxime modo deprecativo, peccatum est gravissimum, et actio haeretica, cum vehementi Idololatriae suspicione, et non solum est huiusmodi Inquisitio prohibita, et damnata jure communi in cap. illud 6. et duobus sequentibus 26. q. 6. et fere tota Caus. 5. q. 34. Gonzalez in cap. 2. de Sortileg. qui plur. refert, l. 4. et 6. C. de malef. l. 5. tit. 1. lib. 8. Recop. Azevedo ad dictas leges; sed etiam in Bulla Sixti Quinti, quam refert Delbene, et alij in Opere morali, Caren. de Off. Inquisit. par. 2. tit. 12. n. 140. Farinac. de haeres. q. 181. ex n. 101. ubi refert alias Constitutiones Apostolicas, Diana tom. 4. tr. 7. de poenis delictorum, resol. 10.

Si autem talis interrogatio, et inquisitio fiat verbis praeceptivis, licet sit peccatum enorme, non tamen sapit haeresim, neque Idololatriam. Peña in Directorio Inquisitor. 2. p. coment. 48. pag. mihi 345. ibi: Quae sententia accepta de illis, qui verbis imperativis utuntur, forte minus [illegible]sequa est, praesertim cum amantes impetu amoris id faciant absque ullo saepissime intellectus errore. In his ergo personarum ratio plurimum est consideranda, ne quid durius in quemquam in hoc sacro tribunali statuatur. Rem quidem valde illicitam committunt, qui cumque daemones invocant, quocumque modo invocant; at ut qualitas suspicionis gravioris, aut levioris perpendatur.

166

ad qualitatem personæ delinquentis, et alias circunstantias recurrendum esse arbitror.

Tutior tamen, saltim in foro Conscientiæ videtur prima sententia, in quam inclinat idem Peña, eamque docet, et probat Ill. Episcopus Simancas de Cathol. Instit. tit. 30. n. 17. Farin. de hæret. q. 181. n. 88. Diana tom. 4. tract. 7. de pœnis delictorum resol. 10. qui rationis, et authoritatem auriunt ex D. Augustini doctrina lib. 10. de Civitate Dei cap. 11.

Certum est, ac de fide, adesse in Ecclesia Catholica Jurisdictionem, ac Potestatem Coactivam, quam instituit Christus Dominus et communicavit Apostolis, et Ministris Ordinis, qui eis succederent, et consacrati essent ad expellendos dæmones a corporibus, eosque compellendos ad omnia, quæ conducunt ad bonum spirituale, et corporale fidelium. Suarez tom. 3. in 3.am par. D. Thomæ, q. 65. art. 4. disput. 15. sect. 4. ibi: Quapropter primum omnium statuendum est, habere Ecclesiam specialem potestatem a Christo datam in Dæmones ad imperandum illis, seu ad illos coercendos, et expellendos. et tom. 2. de Relig. tr. 4. lib. 4. cap. 2. n. 6. Cardin. Bellarmin. et alij apud Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 38. et 41.

Hæc potestas Ordinis, non solum est expulsiva dæmonum, sed etiam compulsiva, et coactiva. D. Thom. 2.a 2.æ q. 90. art. 2. in corpore ibi: Dicendum, quod duplex est adjurandi modus, unus quidem per modum deprecationis vel inductionis ob reverentiam alicujus sacri; alius autem per modum compulsionis, et paulo post quam primum illicitum esse dixerat, prosequitur ibi: Secundo autem adjurationis modo, qui est per compulsionem, licet nobis ad aliquid uti. Et art. 3. in corpore sic concludit: Alio modo per modum compulsionis, quod refertur ad diabolum, qui in nocumentis nostris extitur irrationabilibus creaturis, et talis est modus adjurandi in Ec-

Vide d. Hilariis tom. 3 decis. 83 ubi late agit de quæstione, an [illegible]

cluid exorcismis, per quos dæmonis potestas excluditur. Et Cardin. Cajetanus, dict. q. 90. art. 1. ibi: Aut tamquam cum hoste, aut tamquam cum socio: ad hostes autem dupliciter nos inculpabiliter exhibemus, expulsive, vel compulsive, et propterea his solis duobus modis, licite nos habemus. Idem Angelicus Dr. 2a 2æ q. 95. ar. 1. ibi: Aliud autem est inquirere aliquid a Dæmone sponte occurrente, quod quandoque licet propter utilitatem aliorum, maxime quando Divina virtute potest compelli ad vera dicendum. = Mag. Soto de Just.a et Jure Lib. 8. q. 3. art. 2. ibi: Sit ergo secunda conclusio: Dæmones per modum compulsionis, adjurare possumus. Suarez ubi nuper, Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 42. n. 15. ad 24. et de matrim. lib. 7. disput. 96. ex n. 3.

Hanc Compulsivam, sive Coactivam Potestatem, virtute Exorcismorum, exercuerunt Viri Doctissimi, et pijssimi compellentes dæmonem tamquam hostem ad veritatem dicendum, eum ad id torquentes, et ut desistat a damno, quod infert, ut testantur Delrio, disquisit. Magic. p. 1. q. 3. sect. 2. versic. 4. ubi de B. Kiliani impia cæde detecta a dæmone, ad quod necessarium est, ut non rogando, sed imperando, objurgando, et cogendo, dæmon adjuretur, ut docent citati DD. et Suarez tom. 2. de Religione tr. 4. lib. 4. cap. 2. n. 8. D. Thom. dict. ar. 2. et Tertul. lib. de anima cap. 57. Spiritualia (inquit) nequitia, non quidem socia conscientia, sed inimica scientia novimus, nec invitatoria operatione, sed expugnatoria dominatione tractamus.

Hinc est, quod inter interrogationes expressas in Rituali Romano, est, quod liceat Exorcistæ interrogare de his, quæ faciunt ad expulsionem, et ad repellendum nocumentum, tam a nobis, quam a proximis nostris, ut constat

tat ex malleo maleficarum tom. 3. document. 4. et docent Soto de just.a et jure lib. 8. q. 3. art. 2. in Vergons. ad 1. Lessius eodem trait. cap. 41. dub. 13. n. 71. Tyraeus de Daemoniacis cap. 46. apud Sanchez ubi supra.

Caso, Causa, y su Decision del M. R. P. M. Fr. Froylan Diaz, Dominicano, Confessor del S.r D.n Carlos 2.o sobre haver tratado la Enferm.d de S. M. como nacida de Maleficio, ò Hechizos.

His fundamentis motus, R.mus P. Mag.r Fr. Froylanus Diaz Dominicanus, Confessarius Caroli Secundi, Hispaniarum Regis, cum videret, suam Majestatem extremo morbo languire, et nullas ex humanis remedijs spes saluti superesse, maleficium infirmitati causam dedisse credidit, et concurrentibus non levibus de hoc indicijs, mediantibus Ecclesiae exorcismis, diabolum in obsessa conjurare fecit, ut declararet, Ecclesiae authoritate, et Ordinis potestate compulsus, instrumentum, et locum maleficij. Factum fuit ita, et de hac re conscius Ex.mus D. D.n Balthazar de Mendoza, et Sandoual Epi. Segobien. Inquisitor Generalis, sine consensu Sup.mi Inquisitionis Consilij, imo eo reluctante, contra dictum M. Froylan processit, tanquam suspectum in fide, de haeresi, ac Idolatria, propter praetensam Societatem, et pactum cum diabolo. Sed post maximam dicti Magistri persecutionem, fuit per Sententiam Inquisitorum Murtiae absolutus, et innocens declaratus, et tandem Suppremum consilium id ipsum confirmavit, et tres Consiliarios ab Inquisitore Generali jubilatos, quia decretum capturae dicti Magistri subscribere noluerant, ad Officium et honores restituit Rex Philippus V. ut constat, ex segq. Decretis:

Copia del Real Decreto de S.M. en vista de las Consultas, y representaciones de el Consejo de la S.ta Gen.l Inq.on en las Controversias con el Ex.mo S.or Obpo de Segovia Inq.or Gen.l sobre el voto decisivo de los Ministros de el, en las Causas, y negocios de Justicia, y restitucion de los Señores D.n Antonio Zambrana, D.n Jul.n Ant.o de Arzamendi, y D.n Jul.n Miguelez remitido con carta de 10 de Noviembre de 1704:

El Rey:

Por justos motivos, que me instimulan la Conciencia, y la Justicia, he venido en levantar las jubilaciones de Dn Antonio Zambrana, Dn Juan Bau.ta de Arzamendi, y Dn Juan Miguelez, y que se les reintegre en el Uso, y exercicio de sus Plazas de este Consejo de Inquisicion con todos los gages, y emolumentos, que percibian, y devian percivir todo el tiempo, que han estado jubilados, de forma, que logren la omnimoda restitucion. Tendrase entendido en ese Consejo, y executaráse assi, en suposicion tambien de que he mandado advertir de esta deliberacion al Obispo Inq.or General. En Madrid 3 de Noviembre de 1704. = Rubricado de S. Mag.d = A Dn Lor.o Folch de Cardona.

Copia de otro Real Decreto.

Usando de la Sup.ma Regalia, y Jurisdicion, que me compete, y por motivos de conciencia, y de Justicia, que me instimulan, os mando, que luego sin dilacion alguna remitays al Consejo de Inq.on todos los autos Originales, assi fulmin.os en esta Corte, como por el Tribunal del S.to Oficio de Murcia, contra la persona del Rev.do Fr. Froylan Diaz, paraque en el se vean, y determinen segun el estado, que tuvieren conforme a los Sagrados Canones, y Instrucciones de el S.to Oficio, y disposiciones de Derecho. Y que conserveys, y mantengays al Consejo, y sus Ministros (que lo son mios) en la possession, y preeminencias en que estavan, assi de votar, como en lo demas, y ha estado en tiempo de Vuestros Antecessores, y los hallasteys, quando entrasteys a servir la Inq.or General, sin alterar en nada la observancia, y costumbre, que de tantos años a esta par-

te se ha practicado. Y de haverlo executado, me dareys quenta. En Madrid a 3 de Noviembre de 1704. = Al Obispo Inquisidor General. = Marq.s de Ribas = Dn. Domingo de la Cantolla. Mera.

Y en su execucion, haviendose remitido los dhos authos al Consejo de Inquisicion, y vistos en el, a 16 del mes de Noviembre del mismo año, se declaró, y proveyó en justicia, diziendo conformes todos los Señores de el Consejo: Que de todos los authos no resulta culpa alguna que constituyesse al dho Mro. Fr. Froylan Diaz, Reo de el Sancto Officio, y que los hechos desde el dia 23 de Junio de el año de 1700, (sin embargo de ser nullos) los declaraban por injustos, contra la inocencia, que manifiestamente constava de todos los dhos authos. Y que en justicia debia ser restituido, y le restituian al exercicio de su Plaza de Consiliario del Consejo con todos los gages, que le correspondian al tiempo, que havia dexado de servirla, y a todos los Puestos, y Honores, que tenia, y a su Convento del Rosario de la Corte, y que de el auto se remitiesse copia a todas las Inquisiciones: Y lo rubricaron. = Señores. Conde de Gramedo. Arzamendi. Cardona. Soto. Dicastillo. Azgaiz. Navia. Pernar= Dn. Ant.o Alvarez de la Puente, Secretario del Rey nuestro Señor, y del Consejo.

Expensae.

Pro expensis factis in bonis alterius, competit tacita hypotheca. Carlwal de judicijs tom. 2. tit. 3. disp. 32. per totam, Concìol. ad Statuta Eugubij lib. 6. rubr. 40. n. 2. Mantica de tacit. et ambig. convention. lib. 11. titulo 23. n. 11.

Expensas litium super bonis fideicommissi, an solvere teneatur illius possessor. Vide infra verbo Possessor. Molina de primogen. lib. 1. cap. 21. a n. 10. immo per totum, ubi plura.

Expensae factae in copijs, instrumentis, et transmissione processus, quando remittitur ad supremum Consilium in vim litterarum causa videndi, vel citatoriarum, a quo solvi debeant. Vide Allegationem pro Ex.mo Comite de Aranda, cum Comitissa de Aranda vidua, tomo 2. fol. 582.

Evictio.

Evictio, an, et quando committatur lite pendente, maxime pro damnis, et expensis, vide Allegationem meam pro Sebastiano Chalonda, cum Petro de Valda art. 1. per tot. ubi singulariter in materia, tom. 2. Alleg. fol. 395.

Edere libros, quando quis compelli possit, maxime inter Mercatores. vide Allegationem pro Josepho Mata, et Paulo Margarit Mercatoribus, quæ habetur in 2°. tomo Allegationum Cataloniæ Josephi Massa.

Electio.

Nota dispositionem L. 7. tit. 7. lib. 5 recop. licet de filijs loquatur, ad nepotes extendi, ut probat Rosas de incomp. part. 8. cap. 8. subdens cap. 9. locum etiam habere in vinculis, perpetuis fideicommissis, patronatib. Anniversarijs, Commendis, et feudis.

In terminis Legis 7. tit. 7. lib. 5 recop. debet filius primogenitus elligere inter maioratus incompatibiles, et solum fieri potest Electio, dum delata est successio utriusque. Si enim unum possideat, et nondum alterum delatum sit: cum non evenerit casus prohibitionis et incompatibilitatis, nihil agit primogenitus, si tunc temporis elligat. D. Molina lib. 1. cap. 1. à n. 24. Paz de tenut. cap. 34 ex n. 52. et cap. 51. n. 212. Solorzano de Iure Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 18. n. 19 et 20. Rosas de incompat. par. 8. cap. 6. n. 2 et 3.

Non est tempus præfinitum ad electionem faciendam; fratre vero secundogenito, vel ulteriore primogenitum interpellante, terminus peremtorius à Iudice assignatur, infra quem debet electio fieri, ut docent Regnicolæ apud Rosas citatum, qui ipsos sequitur n. 7. subdens n. 12. quod si infra præfixum terminum non ellegerit primogenitus, devolvitur electio ad secundo genitum, qui non meliorem maiorazum elligere potest, sed mediocrem, aut minorem in redditum; alias Iudex electionem reformare tenetur, prout ex dicta Lege 7. probat Rosas ubi proxime n. 13. Unde si natu maior, tenuiorem primogenitum ellegerit, nihil agit, quia præcise meliorem elligere debet. Paz de tenut. cap. 51. n. 213. et 214. Rosas citatus ex n. 14. Nota tamen, quod licet primogenitus, qui semel ellegit, variare non possit, et hæc regula sit apud DD. tamen plures patitur limitationes apud Molinam, eiusq. Addentes lib. 2. cap. 4 ex n. 23 ad 50. Rosas dicto cap. 6 ex n. 18.

Minor, impubes, mentecaptus etc. elligere non possunt, bene vero eorum tutor, vel Curator authoritate Iudicis. Si tamen læsio intervenerit, locum habet in integrum restitutio. Rosas ubi proxime ex n. 24. quem vide, et ibi Aquillam; caute tamen, et ad dictum Rosas recurre in quacumque quæstione circa hanc materiam electionis ad mentem dictæ Legis 7. contingente, part. 8. cap. 6. per tot. Robles de repræsentat. lib. 2. cap. 6.

Electio.

Utrum is, cui commissa est electio, aut facultas concessa, ut aliquem ex filiis, vel ex consanguineis testatoris eligat, et nominet in hæredem, addito, quem voluerit, vel cum pactis, vinculis, et conditionibus Commissario bene visis, vel quas, et quæ apponere voluerit, et in casu non factæ electionis per Commissarium, disponit testator, quod sit hæres N. et postea N. et sic de reliquis: Commissarius in dispositione bonorum, teneatur sequi ordinem, et voluntatem testatoris, declaratam in casu non factæ dispositionis, et electionis.

Hanc quæstionem late, et docte disputat D. Michael de Cortiada tom. 3. decis. 129. a n. 82. usque in finem, et ex communi, et praxi recepta sententia, docet n. 94. Commissarium non posse pro suo arbitrio inter filios vel consanguineos, de bonis testatoris disponere, sed teneri sequi ordinem, et voluntatem testatoris, in casu non factæ electionis, et dispositionis declaratam. Ratio potissima est, quia hoc arbitrium, non est absolutum, sed regulatum ad bonum sensum, et arbitrium boni viri, et mentem testantis, quæ satis clara resultat ex tenore dispositionis. Hæc sententia est admissa in Regia Audientia Cataloniæ, ut constat ex decisionibus, quas ibidem refert, et transcribit Cortiada, quibus adde alias quinque declarationes factas ab eodem Senatu, relatas in doctissima Consultatione, super Successione Statuum Cardonæ, fundamento 3. n. 41.

Hæc tamen communis sententia, duas habet etiam admissas limitationes. Prima est, si testator, postquam nominauit Commissarium, ut libere eligeret aliquem ex filiis, vel consanguineis testatoris in hæredem, quem voluerit, vel cum pactis, vinculis, et

Vide Fontanel. tom. 2. Decision. 525. et 526. per tot. Castillo lib. 2. cap. 26. per tot. D. Molinam lib. 2. cap. 5. n. 4. 5. et 6. Paz de tenuta cap. 34. ex n. 97. ad 116. Roden. ad Molinam ubi proxime, Cyriaca controuer. 36. n. 30. et 31. Fondetum resol. ciuil. 50. per tot. et q. 51. = An autem facultas eligendi unum ex filiis in fideicommissi extendatur ad nepotes? Negat Rojas par. 8. cap. 8. n. 7. licet postea nn. seqq. affirmatiuam sententiam firmet. Vide Aguilam in addit. ad par. 1. cap. 6. n. 392.

conditionibus, qua, et quas voluerit, et in casu non facta electionis per Commissarium, testator disponat, quod sit hæres N. deinde N. et sic deinceps, post scriptam integram clausulam, addat: Et declarando meam intentionem, dico, non esse, quod Commissarius teneatur sequi ordinem a me positum in successione bonorum, sed libere de illis inter filios, vel consanguineos, absque ulla prælatione disponat; ordinem enim, quem postea posui, et dispositionem, quam postea feci, solum volo observandam in casu non factæ dispositionis per Commissarium meum, et non alias. = Nam tunc Commissarius potest libere disponere inter filios, vel consanguineos, prout voluerit, et non tenetur sequi ordinem a testatore expressum in casu non electionis. Sic Fontan. tom. 2. decis. 526. n. 30. Cortiada dict. decis. 129. n. 124.

Vide Fontanel. tom. 2. Decision. 525. et 526. per tot.

Secunda limitatio est, quando testator, post scriptam clausulam hæreditariam, in qua nominavit Commissarium, et dedit ei facultatem libere eligendi unum ex filiis, vel consanguineis suis in hæredem, quem voluerit, et in casu non facta electionis per Commissarium, quod sit hæres N. et deinde N. addat: Hæc enim mea dispositio rerum supradictarum omnium, et singularium, volo, locum habere, et observari debere punctualiter, ut supra continuatum est, casu quo Commissarius uti non posset, et non utatur facultate et potestate ipsi per me data supra, disponendi de bonis meis; nam uti potens, et utens dictus Commissarius, de dicta potestate, et facultate, volo, ut quod fuerit per eum dispositum, provisum, et ordinatum, observetur, et adimpleatur, ac si per ipsum testatorem fuisset ordinatum, et dispositum. Quo casu Commissarius non tenetur sequi ordinem positum in successione bonorum, in casu non electionis, sed libere inter filios, vel consanguineos

testatoris disponere potest. Ita Senatus Cataloniæ, in favorem Nobilis Mariæ de Villalba, viduæ, contra Franciscum Maner de Puigmarí Domicellum, die 8. Junij 1665. ad relationem Reg.^tis^ Cortiada, Scriba Torres, et Montagut. Refert idem Cortiada decis. 129. in fine. Vide in confirmationem D. Ristany tom. 2. decis. 54 per totam. In fideicomisso electivo, in quo eligi iubentur à testatore filij hæredis, aut possessoris gravati, eligi possunt nepotes ex filio præmortuo tanquam vocati nomine filiorum. Sesse, decis. 53 per tot. quem sequitur Tondut. q. civili. 51. ex n. 21= Contrarium tamen decisum refert idem Sesse videndus, decis. 64 per tot.

An, et quando appellatione filiorum veniant nepotes, vide Cardin. de Luca de fideic. disc. 30. 31. et 32. Cancer. lib. 5. cap. 66. per tot.

Excomunicatio

Excommunicatio lata a jure contra violatores Ecclesiasticæ immunitatis, et perturbantes Ecclesiasticam Jurisdictionem, non est Papæ reservata; immo potest Episcopus, ejusque Vicarius absolvere, ut docet D. Cortiada tom. 1. dec. 27. n. 30. Et ita fuit practicatum, et decisum per Episcopum Majoricensem, sent.ª lata 2. Septembris 1654. in favorem Proregis, et Ministrorum Regiæ Audientiæ, contra Vicarium Generalem, Sede Majoricensi vacante, quam vide tom. 3. Allegat. fol. 185. = Iterum ab hujusmodi censuris absolui vidi per Ill.^mum^ D. Episcopum, DD. Dn Josephum de Cienfuegos, et Dn Philippum a Valderrama, Regios Administratores aliosque, ut supponebat. incursos, die 6 Aprilis 1725. Contrariam sententiam, imo quod hæc excommunicatio sit Papæ reservata, mordicus tenet, et decisum a S. Congr. refert Pignat. in cap. cum pro causa de sent. excom. ex n. 5. Monetur Bulla Gregorij XIIIj. quæ cum recepta non sit in Hispania ex D. Crespi obser. 63: attendi non debet, et ideo prima opinio tenenda est.

3.

Electio

In materia Electionis, facta fuit pulcra, et docta Decisio novissime por Dominos Inquisitores D.um Mathiam Ecalro, et D.um Balthasarum Batteras, de Assessorum consilio, qui fuerunt D.r Bartolomaeus Bordils, et D.r Raphael Planguer 12 Maij 1722, in judicio liquidationis Fideicommissi dispositi per D.um Berengarium Miralles, inter partes, ex una D.um Raymundum Fortuny de Cuesta, et ex alia D.am Margaritam Truyols viduam, et heredem D.ni Berengarij Doms, et Sanjuan, quam transcribere libet, quia notabilis, ibi: Por lo que toca a los bienes, que fueron de la herencia de D.a Honofre Miralles, consta, que esta, por su ultimo, y valido testamento, que hizo ante Juan Mas not.rio en 26 de Nov.e de 1636. instituyo heredero universal suyo a D.n Berenguer Miralles su hermano, con pacto, y condicion, de que no pudiese dexar, ni donar cosa alguna de los bienes de su herencia sino a infantes suyos, legitimos, y naturales, procreados de verdadero, y legitimo matrim.o y no a bastardos, e illegitimos, et non alias, aliter, nec alio modo; de la qual institucion, y sus palabras, se conoce claramente, que si bien D.a Honofre, no confirio al dho D.n Berenguer su heredero absoluta, y libre facultad de disponer de los bienes de su herencia, sino que le impuso la obligacion precisa de darlos, o dexarlos a sus hijos; pero no le gravo con la necessidad de darlos a todos juntam.te ni successivam.te antes bien pudo cumplir, y cumplio D.n Berenguer, con el precepto impuesto por la referida D.a Honofre, de que no pudiese darlos sino a hijos suyos, dexandolos a qualquiera de ellos. Y haviendo instituido por su heredero universal a D.n Gaspar su hijo, en su citado testamento, que ordeno en 1.o de Agosto de 1632, ante Fran.co Jordi notario, satisfizo al precepto, que le encargo la mencionada D.a Honofre su hermana, sin necessitar

de substituir, ni dar parte destos bienes, ala referida Sor.
Isabel Thiralles, y consiguientem.de pudo excluirla de ellos, y darla substitutos estraños, para el caso de ser monja professa, como lo hizo, pues la expressada disposicion de D.a Honofre, no produce fideicomisso simple, real, absoluto, ni transcendental, sino solamente personal, y prohibitorio en persona de D.n Berenguer, en quien cessó la prohibicion, haviendo dado los bienes de D.a Honofre, al dho D.n Gaspar su hijo, instituyendole su heredero, en cuya universal institucion, no puede dudarse que fueron incluidos estos, y otros qualesquier bienes, para cuya succession, pudo elegir persona entre los elegibles D.n Berenguer, por haverse ya hecho propios suyos, y ser asentado en la Censura del Dro., que el que puede, ó deve elegir alguno, se entiende, que elige, y nombra al que instituye por heredero, siendo de los elegibles, aunque no haga mencion alguna de ellos, como tampoco puede dudarse en que el dho D.n Berenguer, pudo elegir al D.n Gaspar su hijo, como uno de los elegibles, en cuyo favor le prohibio D.a Honofre la enagenacion de sus bienes, sin que por su disposicion, puedan entenderse llam.os todos los hijos, pues no hay substitucion alguna, ni conjectura de que pueda inducirse, por cuya razon, una vez adimplido el precepto, que impusso la mencionada D.a Honofre, se extinguio totalmente las esperanza, que por su citado testamento, podrá tener de succeder en sus bienes la dha Sor Isabel Thiralles, la qual solamente tuvo derecho radicado, para el caso de contravencion, y de no haverse executado el precepto. Ni es de consideracion lo en contrario alegado por parte de D.n Ramon Bordunj, de que quando el Comissario, ó heredero, necessariamente ha de hacer eleccion ó nominacion, por obligacion, ó precepto, que le puso el testador,

no puede grauar al electo, con fideicomisso, ô otra cargo a fa-
uor de estraños, sino solamente entre los que podian ser elegi-
dos, substituyendo unos a otros, y que consequentemente, hauien-
endo passado los bienes, y herencia de Dn. Berenguer, fideicomi-
tente a la referida Dor. Isabel Miralles, por hauer muer-
to en pupilar edad Dn. Gaspar su hermano, quedaron libres
en ella los bienes de Da. Honofre, sin grauamen, ni obligacion
de restituirles a los substitutos, que contra el precepto de la
testadora, le dio Dn. Berenguer su padre; porque si bien es
asentado lo propuesto, de que el grauamen impuesto al elec-
to, es valido, y sustentable solamente, entre los que podian
ser elegidos, y no en fauor de estraños, esto procede, quando
el que elige, ô nombra, no confiere al electo mas bienes
de los que le fueron encomendados, y tenia precision de darle
en fuerza del precepto antecedente; pero dandole otros
tantos, es clara la disposicion del Dro., que puede grauarle
en fauor de qualquier estraño, y que deue valer, y sub-
siste el grauamen, por el util, y conueniencia, que le dax
haziendole su heredero, y dexandole sus proprios bienes,
equivalentes a los otros, para cuya succession fue elegido.
En nuestro caso, no han dudado las partes, y consta de
los meritos del processo, que los bienes proprios de Dn. Beren-
guer Miralles, en que instituyo heredero a su hijo Dn. Gaspar,
fueron mucho mas quantiosos, y de mayor valor, que los
comprehendidos en la herencia de la referida Da. Honofre;
y en consequencia quedaron unos, y otros sujetos al uni-
versal fideicomisso, adjudicado a Dn. Berenguer Doms
San Juan, y Miralles, en virtud de las sentencias, de cuya
execucion se trata, pues en la disposicion de Dn. Berenguer
Miralles, no se encuentra, ni hay infraccion alguna con-
tra el precepto, que le impuso Da. Honofre su hermana;

176
186

Las Fuerzas ecclesiasticas contra Alcalde de Corte, fuera de ella, vienen al Conº Consta q. el Auto acordado 156 cap. 25. §. 1. fo. 28 B.

La del Rectr. y Vicario de Alcalá, vienen al Conº Auto 194 fo. 39.

Fuerzas sobre expolios, vienen al Conº Auto 185 f. 36. donde se explica, que se deue conocer dellas en Sala de Govno en Comissiones, cuias apelaciones van al Conº, vayan ael las fuerzas. Auto 194 fo 39.

Contra Juezes de Comisºn del Conº, no vienen ael. Auto 156 cap. 25. n. 2. fo. 28.

En discordia deuen agregarse los Juezes de 1500. Auto 156 cap. 25. nº. 3 fo 29.

No puede conocer dellas el Conº de Indias. A. 13 fo 4 B.

En las de conocer, y proceder, pidiendolo las p.tes se deue expresar en las Provisiones ordinarias, de no otorgar. A. 40 p.te 2 f. 109 B.

En las Fuerzas de Millones, y en las de conocer, y proceder manda S. M. que la Sala de Govno llame ala de 1500; despachando p. si, en la forma q. siempre se ha estilado todas las fuerzas de no otorgar. Consta del A. 16 p. 2 fo. 176 B.

Pleitos sobre retencion de Bullas, tocan a Sala de Justa Auto 156 cap. 25. in fine.

Nota, que el Auto acordado en que el Consejo Rl. de Castilla mandó que el de Indias no conociese de las fuerzas de ellas, está revocado por la ley 4. tit. 2. lib. 2. de la nueva Recopilacn. de las Indias. La duda está en si pudo ó no hacer esta Revocacn.

Familiares Sancti Officij.

De eorum exemptione late agit Narbona in glos. 1. ad Concordiam per tot.

De facultate, vel impedimento creandi Familiares in Oppidis exiguis. Idem glos. 3.

De moribus, et puritate necessarijs in Familiaribus Sancti Officij glos. 4.

De exemptione Familiarium, glos. 6.

Familiaris crimen lesæ Majestatis committens, exemptione non gaudet, glos. 7.

Sodomita ab exemptione excluditur, ex Narbona citato glos. 8.

Familiaris seditiosus, non est exemptus, glos. 9.

Rebellis, et inobediens Regijs mandatis, exemptus non est a sæculari Iurisdictione, glos. 11.

Proditorius homicida, amittit forum sancti Officij, glos. 12.

Familiaris raptor, non est exemptus, glos. 13.

Familiaris Fur famosus, non gaudet privilegio fori, glos. 14. Et generaliter de

Jurisdictione Inquisitorum, de exemptione familiarium; de casibus in quibus cesset; quid requiratur, ut in criminibus in Concordia exceptis, locum non habeat privilegium fori, et alia hujusmodi, vide omnino Dn Alfonsum de Narbona in Commentarijs ad Concordiam, et indicem glossarum, et quaestionum in principio partis secunda ad Legis Recopilationis, ad quem recurre dum casus occurrat.

[illegible] Inquisitorum, et [illegible]
[illegible]; in casibus in quibus casus fuit
reservatus, ut in examinibus in Concordia ex
ceptis, tamen non habeat [illegible]
et alio dispensandi, [illegible] tamen [illegible]
[illegible] in Commentariis ad Concor-
[illegible] et debitam plenam, et perfectam
in [illegible] [illegible] ad [illegible]
[illegible], ad quam [illegible]
[illegible].

y aunque la huviesse, y pudiesse Dn. Gaspar pupilo, reclamar contra el gravamen, pidiendo separacion de bienes, y absteniendose dela herencia de su padre, no se infiere de ello el que competiesse el mismo drô ala dha Sor Isabel Miralles, una vez elegido el otro Dn. Gaspar su hermano, al qual, como pupilo, no es dudable, que le fue util, y conveniente tener herederos con las substituciones pupilares, que le hizo en su testamento Dn. Berenguer su padre, por cuya razon no pudo tener lugar la succession ab intestato, ni entrar por ella Sor Isabel Miralles, en los bienes de Dn. Gaspar pupilo su hermano, ni competirle otro remedio alguno. En cuya atencion, devemos declarar, y proveher, como provehimos, y declaramos, que todos los bienes, derechos, y acciones, spectantes ala herencia dela mencionada Da. Honofre Miralles, pertenecieron, y passaron a Don Gaspar Miralles pupilo, como heredero universal instituido por Dn. Berenguer Miralles su padre, y que estan comprehendidos en el fideicomisso, que este dispuso, y que deven ponerse, como mandamos se pongan en el cuerpo de bienes de su fideicomisso para la liquidacion, que en execucion de lo juzgado, deve hazerse. = Vide Allegationem pro Dn. Raymundo Fortuny super hac causa, in Responsione ad secundum dubium, per tot. et Fortuny tom. 3. Decis. 85. etiam per totam. Dicta Allegatio habetur tom. 1. f. 106.

Emphyteusis. Vide supra lit. B. verbo Bona.

Electio. = Facultas eligendi data primo Majoratus successori, an sit personalis, vel realis, ita ut Majoratum perpetuo electivum efficiant, vide apud DD. quos refert Olea tit. 3. q. 1. n. 52. Et quid in terminis l. 2. tit. 7. lib. 5. Recop. vide Rojas de incomp. par. 8. cap. 2.

Plenissime D. Larrea tom. 1. decis. 31. per totam. Vela tom. 2. dissert. 49. num. 33.

Fideicommissum Influxus.

In hac materia, qua quotidiana est, et subtilis, præter plura exemplaria, et doctrinas, de quibus in alio tomo Decisionum, in verbo Filij, et in verbo Fideicommissum, libet transcribere sequentem Decisionem factam in tribunali sancti Offi[c]ij per Dominos Inq.res Escalzo, et Baltero, de consilio Procerum, scilicet DD. Blanquer, et Bordils, 12 Maij 1722, in favorem D.ni Raymundi Serbuny, et contra D.nam Margaritam Arnols, uti hæredem D.ni Berengarij Domie, et d.n Suau, super liquidatione Fideicommissi; cuius thenor est ut sequitur.

En quanto al predio llamado la Almudayna, con su Alodio propio, sito en el termino dela Villa de Montuiri, consta, que con instrumento publico, firmado ante Juan Mas notario en 27 de Ag.to de 1622, lo donó D.n Gaspar Miralles, e hizo donacion de el, entre vivos, y de presente, a su hijo el dho D.n Berenguer Miralles, juntamente con los frutos, ganados, y aperos expressados en la dha Donacion, en contemplacion del matrim.o que efectuó con D.a Beatriz Sarriga, con pacto expresso, y condicion, de que muriendo el dho D.n Berenguer Miralles Donatario, sin hijos legitimos, y naturales, passassen pleno jure la Donacion, y bienes en ella contenidos a D.n Fran.co Miralles su hijo, y herm.o respective, y hallandose este premuerto, a sus hijos; y si falleciese el dho D.n Fran.co sin hijos legitimos, y naturales, viniessen los mismos bienes con pleno derecho al D.n Geronymo Miralles, tambien su hijo, y hermano respective, y a los suyos, ad suas, suorumque omnimodas voluntates.

De cuyas clausulas, digresso de substituciones, y expresso llamamiento de los hijos de D.n Fran.co y de los de D.n Geronymo ultimo substituto, nomine suorum resulta una manifiesta, y eficacissima conjetu-

ra, de vocacion a favor de los hijos de Dn. Berenguer donatario, como antepuesto, y primer llamado, por la predileccion, que se induce del orden de la disposicion, substituciones, y nominacion; pues siendo cierto, que Dn. Gaspar Shiralles, prefirio en la donacion al Dn. Berenguer su hijo, respecto de Dn. Fran.co y Dn. Geronymo, tambien sus hijos; no puede dudarse, que amò mas, y quiso preferir los hijos, y posteridad del primer donatario, a la descendencia de los otros substitutos, y que considerò, y tuvo en su mente los hijos de dho. Dn. Berenguer, que puso en condicion, sin embargo de no haverlos llamado expressamente, como llamò los descendientes de los posteriormente substituidos; porque de la expressa vocacion de estos, se infiere legalmente la tacita en favor de los hijos del donatario, como mas amados, segun la razon natural, por el donador, pues de otra manera, se verificaria el absurdo de suponer en el disponente, mayor amor a la descendencia de los por el llamados en ultimo lugar, que a los hijos del primer llamado, a quien hizo la donacion, mayormente tratandose de disposicion de ascendiente, en favor de sus descendientes; en cuyos terminos entra, y tiene lugar la conjetura, vulgarmente llamada de Influxus, bastante por si sola, para que sin duda alguna, se entiendan llamados los hijos puestos en condicion, segun la mas comun opinion, admitida, y practicada inconcussamente en los Tribunales de este Reyno: y por lo mismo se hace claro, que haviendo tenido Dn. Berenguer Shiralles donatario en hijos suyos legitimos, y naturales, a Dn. Gaspar, y Dña. Ysabel Shiralles, se deven entender estos llamados, y que tuvieron vocacion en propria persona, a la succession del predio la Almudayna, por la disposicion de Dn. Gaspar Shiralles su abuelo: No pudiendo obstar en manera

Influxus conjectura in fideicomm.

alguna, lo adlegado por parte del dhõ Dn. Berenguer Doms, diciendo, que aunque en los testamentos, y ultimas voluntades, se halle admitida la conjetura de Influxo para influir llamamiento, pero que no lo està en los Contratos, y Donaciones entre vivos; porque si bien es notoria la diferencia de unos a otros actos, es tambien cierto, que no la hay por lo que toca a este punto, y que obra en unos, y otros con igualdad, la conjetura de influxo, induciendo el tacito llamamiento, y aun en opinion de algunos, bastava la sola posicion en condicion de los hijos en los Contratos, para inducir la vocacion a su favor, especialmente quando se haze alguna donacion, en contemplacion de cierto, y determinado matrimonio, por considerarse, haver contemplado el Donante la prole futura del mismo matrimonio, lo que no concurre en los testamentos. Y siendo lo mas comun, y fundado, que en ambos actos, se necessita de iguales conjeturas para influir el llamamiento, es constante, que en nuestro caso, con mas urgente razon, se deven entender llamados los hijos de Dn. Berenguer Donatario, porque no puede presumirse en Dn. Gaspar Miralles Donador, y su abuelo, mayor amor a los hijos de los otros substitutos, que a los del mismo matrimonio, que principalmente contemplò, y en cuyo favor donò el predio la Almudayna; y consiguientemente haviendo llamado en defficiencia de estos, a los hijos de los ultimos substitutos expressamente, se deduce de ello juridicamente, bastante, y eficaz conjetura de vocacion a favor de los hijos del Donatario. Sin que sea de reparo, que no pudiendo succeder por la Vulgar directa, conque fueron llamados los hijos de los otros substitutos, parezca seguirse el inconveniente, de dar mas in causato, quam in causa, contra la voluntad del Donante, que, admitidos los substitutos, no quiso, tuviessen llamamiento sus hijos;

pues amas de que esta sutileza, tantas vezes disputada, se halla destruida, y enervada con la practica tan calificada, es asentado, que no suceden por la vulgar directa, sino solo por la vulgar embevida en la fideicomissaria, que obra, y tiene lugar, aunque haya cessado la directa vulgar, con la adicion del primer llamado, ó que haya caducado algun grado intermedio. Y de lo mismo se convence, que no pudiendo entrar en este caso la vulgar, por la acceptacion del Donatario, hecha en el proprio acto de la Donacion, y constando bastantemente del concepto de la misma disposicion, ó Donacion, la voluntad de Dn. Gaspar Miralles donador, que produce la tacita vocacion de los hijos, que puso en condicion, entra con mayor precision, y fundamento la succession por fideicomisso, y cessan todos los inconvenientes ponderados. Ni obsta el que Dn. Gaspar Miralles hiziesse la expressada donacion, con las palabras, Bona sibi et vestris, et quibus perpetuo volueritis; porque es cierto que no atribuyeron tan absoluta, y libre facultad a Dn. Berenguer Donatario, que pudiesse disponer de los bienes donados libremente, y en qualquier caso, por ser evidente, que en el de morir sin hijos, no podia disponer en manera alguna de ellos, sino que ex persona propria, les huvieran adquirido Dn. Fran.co y Dn. Fern. y en defecto de ellos, sus hijos sobrevivientes, por cuya razon no pueden obstar a los hijos de Dn. Berenguer tacite llamados, y substituidos. No siendo apreciable el argumento de la superfluidad, porque frequentemente se experimenta este vicio, inculcando en las ultimas disposiciones, y contratos, clausulas de poquissima eficacia, que no tienen otro origen, que el de la costumbre, y estylo de los notarios, que las

suelen poner siempre en las Donaciones de presente, sin embargo de que es dificultoso figurar el efecto, que producen, pues no aumentan la libertad, que tiene el Donatario en virtud de la donacion simple. Y en la presente, no son absolutamente acciosas las referidas palabras, pues muriendo Dn. Berenguer a tiempo, que no se huviesse encontrado ninguno de los substitutos, y sin hijos propios, huviera podido en este caso disponer a su arbitrio de todos los bienes incluidos en la donacion. La qual para su perfecta inteligencia, se deve atender, consideradas en concreto todas las clausulas, y substituciones antecedentes y subsiguientes; y bien entendidas las que concurren, se conoce evidentemente, que la voluntad de Dn. Gaspar donador no fue atribuir a Dn. Berenguer donatario mayor, ni mas libre facultad, que la compatible con los pactos, condiciones, y substituciones en ella ordenadas; y haviendo dispuesto por pacto expresso, y condicion, que muriendo sin hijos el Donatario, passassen los bienes incluidos en la misma donacion a los otros substitutos: se infiere urgentissimamente a la tacita vocacion de los hijos del donatario, puestos en condicion. Y lo mismo se comprueva con la aceptacion de Dn. Berenguer donatario, que acepto la donacion con todos los pactos, condiciones, vinculos, y substituciones, que le impuso Dn. Gaspar Shiralles su padre, por cuya razon cessa tambien la dificultad de si pudo imponerle semejante gravamen, por haverle hecho la donacion en paga de la porcion que le tocava por su legitima de padre, y madre, pues no tiene duda, que es valido, y subsistente el gravamen hecho en la legitima, concurriendo expressa mencion de ella, y aceptacion del hijo, en cuyo caso procede lo mismo, que si la huviera renunciado, particularmente quando la porcion donada excede con evidencia a la legitima, como se verifica en nuestro caso, en el qual tampoco deve

dudarse, que el hecho de haver continuado Dn. Fran.co Dom.o Curd.r testamentario, el predio la Almudayna, en el Inventario que hizo de los bienes de Dn. Berenguer Thavalles, ante Fran.co Jordi notario en 28 de Agosto de 1632, no pudo perjudicar a Dn. Gaspar, y sor Izabel Thavalles hermanos, siendo entonces los dos pupilos, a los quales no daña la confession hecha por su tutor, ó Curd.r en el Inventario, quando es lesiva, y perjudicial para ellos, y mucho menos si contiene error, como le tuvo en esto, por pertenezerles, y tener ya bien adquirido al dicho predio la Almudayna, por la referida disposicion de Dn. Gaspar Thavalles su Abuelo. El qual los llamó por la conjectura de influxo, baxo el nombre collectivo de hijos con el qual los puso en condicion, y consiguientemente devian dividirse entre ellos igualmente los bienes comprehendidos en la Donacion: Sin que el haver instituido Dn. Berenguer Donatario en primer lugar a su hijo Dn. Gaspar, y substituidole por la vulgar, pupilar, y fideicomissaria a Sor Izabel Thavalles, con la condicion, sino sera Monja professa, en su testamento, que dispuso ante Fran.co Jordi not.rio en 4 de Ag.to de 1632, pueda ser de relevancia alguna, paraque se entienda, que por este testamento se adquirieron enteram.te los bienes Donados al dicho Dn. Gaspar, como primero instituido heredero por su padre; pues asentado el llamamiento de los hijos puestos en condicion por la disposicion del Abuelo, es indubitable, que suceden por iguales partes en los bienes, a que fueron llamados, y que no puede perjudicarles el padre, ni dar mas a uno, que a otro, ni aventajar a alguno de ellos, pues nada reciven de el en este caso, sino solamente de la inclinacion, y liberalidad del Abuelo; por cuya razon, no pudo el padre disponer de

ellos, de manera alguna, a diferencia de otros casos, en que interviene algun Ministerio del padre, y no bastante vocacion, ni contemplacion eficaz del Abuelo, porque entonces podra el padre disponer libremente entre sus hijos, y mejorar a qualquiera de ellos; en cuyos terminos entran las alegaciones en contrario hechas, que no son adaptables para el presente: ni tampoco lo es, el que el predio la Almudayna sea precioso, y donado en contemplacion de el matrimonio, que contraxo Dn. Berenguer Miralles, por ser de Noble Familia, paraque pueda presumirse que la voluntad de Dn. Gaspar Donador, fue, que se conservasse entero, y sin dividirse, pues de lo literal de la misma Donacion, consta, que lo dexó a todos los hijos de Dn. Franco. y Dn. Geral. Pueyo, para en el caso de haver premuerto estos, en el qual no puede haver duda, que se huviera dividido; particularmente no siendo el fideicomisso dispuesto en la expressada Donacion, absoluto, ni perpetuo, ni concurriendo otra conjetura alguna. Y por la misma razon, no tiene lugar la reciproca substitucion alegada por parte de Dn. Ramon Forteza, entre los mencionados Dn. Gaspar, y sor Isabel Miralles, puestos en condicion, pues no la hay, y el pretenderla carece de todo fundamento. Por todo lo qual, y demas, que resulta del proceso, devemos declarar, y proveher, como provehemos, y declaramos, que el dho predio la Almudayna, con su propio Alodio, y demas bienes contenidos en la citada Donacion, que Dn. Gaspar Miralles hizo a su hijo Dn. Berenguer, en 21 de Agosto 1612 tocaron, y pertenecieron a Dn. Gaspar, y sor Isabel Miralles sus hijos, y nietos del Donador, en virtud de el propio llamamiento, y Donacion del Abuelo, y que no devian ponerse los bienes expressados en el cuerpo de la he-

rencia de D.n Berenguer, ni en beneficio del Fideicomiso, que dixo, y trata de liquidarse, y por consiguiente, que deven extraherse, y separarse, como bienes, que directamente passaron a los mencionados D.n Gaspar, y Sor Isabel Thiralles, por mitad, y deven dividirse entre sus respectivos herederos por iguales partes &c.ª = Veare la Alegacion de D.r Ramon Fortuny sobre esta causa, en la respuesta ala Duda 1.ª per tot. tom. 1. Alleg. fol. 106.

Fideicommissum Influxus. Vocatio filiorum ultimi, vel remotioris substituti cum dupplici conditione, et reciproco fidicommisso, influit cum eadem qualitate vocationem filiorum, ac descendentium usque ad ultimum. Constat ex docta Consultatione super Successione Statuum Cardonæ fundamen. 1. a n. 20. ubi juribus, Authoritatibus, et Decisionibus adstruitur veritas huius doctrinæ. Eam veram agnovit pars Ducum Cardonæ in responsione ad dictam Consultationem n. 41. et 42.

Fideicommissum Influxus. Vocatio filiorum ultimi substituti, quamvis sit per fidicommissum, non inducit reciprocam substitutionem, nec vocationem passivam, sed solum activam, et per vulgarem in fideicommisso, non autem per fidicomm.um et reciprocam. Fontan. decis. 55. n. 14. Peralta de succes. legal. par. 4. q. 24. art. 1. n. 14. et art. 2. n. 3. Surdus cons. 315. n. 13. Ricci cons. 3. per tot. Casanate cons. 36. n. 4. Urcol. consult. forens. cap. 56. n. 1. et cap. 70. n. 6. et 7. cum segg. præcipue n. 16. Cancer var. par. 1. cap. 1. n. 122. Episcopus Roca disput. selectar. cap. 17. a n. 3. tom. 1. Cardin. de Luca de fideicom. discur. 43. n. 17. discur. 76. n. 4. discur. 82. n. 6. et discur. 85 n. 4. Romaguer. ad Constit. lib. 2. rubr. 63. n. 20. et 24. qui et alij citantur in Alegatione pro D.n Ludovico de Cordova, La Cerda, Aragon, Folch de Cardona super Successione Statuum Cardonæ

n. 44. et marginali 65: cum binis in terminis Decisionibus Senatus Cataloniæ. Prima 23 Augusti 1663. refte. Aleny inter D. Fran. cum de Vilana, et Nobiles conjuges de Olmera, et de Argensola, ibi: tamen certissimum est, et extra controversiam, fideicommissum perpetuum nunquam potuisse causare, seu influere inter illos, quamvis evenisset casus, quod mater supervixisset, et adivisset hæreditatem, si alias non adfuissent concludentes conjecturæ, ex quibus dictum fideicommissum argui, et concludi potuisset, quarum nullam reperiri in casu præsenti dictum remanet, sed ad summum influere potuisset fideicommissariam vocationem, activè tantum, in favorem filiorum, positorum in conditione, qua absumpta fuisse, adita per illos hæreditate. Hactenus Decisio.

Et in causa D. Ludovici Soler, cum D. Clementia de Melondo, ad relationem D. Michaelis de Calders, 17 Octobris 1690. ibi: Constat, sub nomine collectivo liberorum, ex suo proprio significato in ultimis voluntatibus, non tantum contineri, sed etiam nepotes, et ex his descendentes extantes tempore fideicommissi, non passivè, sed activè tantum &c.ª

Fideicommissum Reciprocum.

XX Ad inducendum fideicommissum reciprocum, tria regulariter requiruntur. Primo, quod plures sint vocati. Secundo, quod eis, et ultimo morienti, facta sit substitutio; tertio, quod gravamen sit de universa hereditate. L. Titia syp §. Titia libertis ff. de legat. 2. Peregrin. de fideicom. art. 13. n. 14. et consil. 157. n. 5. lib. 5. Seraphin. decis. 1023. n. 5. Mantica de conjectur. lib. 7. tit. 5. n. 15. Altogrado cons. 60. n. 61. tom. 1. Andreol. controver. par. 2. cap. 161. n. 9. Rentaring. de substit. par. 5. cap. 2. n. 4. Salvan cons. 34. n. 25. vers. 1. Rosa consult. 41. a n. 2. Videnda de hac materia doctissima Allegatio pro D. Ludovico Ferr. de Cordova, La Cerda, Aragon, Polis de Cardona, super successione statuum Cardona, a n. 94. usque ad 104. ubi plene.

Fideicommissum reciprocum, ex quibus resultet, et quando inductum censeatur de una linea ad aliam. Et quando resultet ex clausula, quia volo bona in familia conservari, restitutorium in casum mortis, vel tantum in casu alienationis. Vide Lalium Altograd. tom. 1. consil. 32. per totum.

Quando testator ab initio constituit duas lineas, tunc licet adsit substitutio linealis, intelligenda est reciproca in qualibet linea, non autem de linea ad lineam. Cancer var. par. 1. cap. 1. n. 282. 283. et 284. Peregrin. de fideicom. art. 13. ex num. 72. Seraphin. decis. 1023. Leon decis. 121. ex n. 63. Cardin. de Luca de fideicom. dis. 106. ex n. 11. dis. 34. ex n. 5. dis. 100. n. n. 3. et 4. dis. 101. ex n. 2. dis. 103. ex n. 6. et dis. 240. per totum. Et nota, aliud esse, substitutionem factam fuisse ultimo morienti, aliud vero, si omnes vocati deficiant. In primo casu, reciproca locum habet; quia ultimo moriens gravatus esse nequit favore substituti, nisi vocatus praesupponatur. In secundo vero, cessat reciproca, quia substitutio fideicommissaria pluribus facta, si uterque, vel si omnes sine liberis moriantur resolvitur in singularitates, iuxta annotata infra fol. 356.

Vide D. Crespi obser. 21. n. 23. 30. 31. et 32. ubi docet substitutionem factam post mortem omnium, ultimo morienti factam censeri.

184

Fideicommissum Influxus.

Filij positi in conditione, censentur vocati per fideicommissum, licet tantum positi sint in conditione in casu fideicommissariæ substitutionis, non vero in casu vulgaris, per quam succedere pretendunt; et hoc licet testator non fuerit Ascendens. Ita Senatus, Relatore D. Canet, Sententia lata die 11 Augusti 1695. Scriba Sebastiano Morello, in favorem D.næ Magdalenæ Sureda, et Cotoner, contra Didacum Desclapes Domicellum, et Gabrielem Terrassa, Curatorem depositarium hæreditatis D.ni Iosephi de Santacilia, ibi: Et meritis processus attentis, legitime constat de intentione dictæ D.næ Magdalenæ Sureda, et Cotoner, et esse vocatam ad dictum fideicommissum, nam apparet, ipsam fuisse positam in conditione, uti filiam dicti D. Michaelis Sureda Vivot, cum post vocationem dicti D.ni Michaelis Sureda, et Vivot, disponat testator, quod si hæres non esset, vel esset, et decederet sine infantibus legitimis, et naturalibus, admitteretur ad substitutionem D. Raymundus Sureda, et sic apparet, filios ejusdem D.ni Michaelis, esse positos in conditione, et dictam D. Magdalenam, tamquam filiam unicam illius, quæ in occurrenti casu, censetur vocata, ex quo ultimo loco reperiuntur substituti sui D.ni Ioanni Michaelis de Santacilia, vocati post dictum Raymundum Sureda, et est approbata Conjectura

vocationes, ratione Influxus, quando testator vocat suos, vel filios remotiores, et minus dilectos, ne filij remotiorum, et minus dilectorum, sint melioris conditionis filijs magis dilectorum, quales sunt primo invitati.

3 Nec obstat opponere, dictam D. Magdalenam non fuisse positam in conditione in substitutione vulgari, per quam praetendit succedere, sed solum in fideicommissaria, ibi: si haeres esset, et decederet sine infantibus, ac proinde Influxus solum posset operari, casu quo D. Michael Sureda Dusay fuisset admissus ad successionem, et non pro casu vulgaris substitutionis, per quam intendit succedere dicta D. Magdalena; nam Influxus operatur in utroque casu, et magis dum filij priorum substitutorum praetendunt successionem, patre eorum praemortuo; nam cum sui, vel filij ultimi substituti, solum admittantur per vulgarem, cum minori difficultate admittitur vocato, dum filij priorum vocatorum praetendunt successionem, per substitutionem vulgarem similis qualitatis, et quando pater praemoritur vocato ante eum, superstitibus filijs, qui ex conjecturis habent praesumptionem vocationis, de illis judicandum est, ac si essent substituti; et quemadmodum si essent substituti, caducato gradu paterno, non caducaretur locus filiorum, sed aperiretur: ita etiam ubi filij per conjecturas sunt vocati. Et sicut etiam, si decedit secundus substitutus ante institutum, tertius reponitur per vulgarem comprehensam in fideicommisso in locum illius, vel per fideicommissa-

riam, si filij non adessent, etiamsi immediate sit substitutus secundo: sic similiter filius, qui erat positus in conditione in fideicommissaria, reponitur in locum patris, ac si esset expresse vocatus, concurrente in ejus fauorem sufficienti conjectura vocationis: = Habemus Regia sententia, quae habetur originalis in processu fideicommissi D. Georgij de Santacilia, inter Dnam. Magdam. Cotoner, et Sureda, ac Didacum Desclapes Domicellum, et Gabrielem Terrasa, Curatorem haereditatis D. Josephi à Santacilia, fol. 103.

Materia hujus Declarationis habentur doctissime ponderata apud Fontan. tom. 1. decis. 160. per tot. ubi vide et in decis. 159. utrobique per tot.

Idem in terminis decisum fuit per nouam Regiam Audientiam, in fauorem D. Raymundi de Veri, contra D. Ferdinandum Gual, et Thoss de Veri, de mense Aprilis 1722. à qua pendet supplicatio in Supremo Consilio Castellae.

Idem fuerat decisum R. D. Pleraflor 16 Maij 1699. scriba Sebastiano Rossello, in fauorem Didaci Desclapes Domicelli, et Gabrielis Terrassa, Curatoris haereditatis D. Josephi de Santacilia, contra D. Magdalenam Sureda, et Cotoner viduam super fideicommissis dispositis per Catarinam de Santacilia, et Jolit, et Joannam Jolit, et Net. In hac sententia, fuit notabiliter dictum, ibi: Quae Influxus conjectura, in utroque casu, scilicet vulgaris, et fideicommissariae substitutionum, saepius reperitur approbata in hoc Regio Senatu, maxime ubi prout in hoc casu, ultimus substitutus, et sui sunt extranei, et priores sunt descendentes. &a. Articulus fuit plene discussus.

Fideicommissum perpetuum.

An, et quando ex conjecturis inducatur simplex, reciprocum, et perpetuum Fideicommissum, et quales esse debeant, ut huiusmodi effectum producant. Vide doctissimam Consultationem super Successione Statuum Cardonæ, fundamento 3. a n. 36. usque ad 50. ubi nihil dicit in materia; habetur in 1. tom. fol. 341.

Et quando ex conjecturis inducatur Fideicommissum agnatitium rigorosum, vide eandem Consultationem, dict. fundamento 3. a n. 50. usque in finem, ubi ponderantur omnes conjecturæ, quæ a DD. admissæ reperiuntur, et in tribunalibus canonizatæ, ad inducendum Fideicommissum agnatitium, et sunt sequentes:

1ª. Vocatio masculorum transversalium progenij filij testatoris.

2ª. Vocatio transversalium, post descendentes masculos.

3ª. Exclusio fœminarum, extantibus viris agnatis.

4ª. Dotatio filiarum gravati.

5ª. Repetitio qualitatis masculinitatis.

6ª. Repetitio eiusdem masculinitatis, nedum in dispositivis, sed etiam in conditionalibus.

7ª. Delatio Nominis, et Armorum.

8ª. Amor progenij sexus disponentis.

9ª. Qualitas legitimitatis, et naturalitatis, requisita a testatore.

10ª. Exclusio Sacerdotum, et Religiosorum.

11ª. Primogenitura, quam requirit in vocationibus disponens.

12ª. Dispositio ad plures gradus substitutionum.

13ª. Nobilitas familiæ testatoris.

14ª. Qualitas bonorum, continentium Iurisdictionem.

Ex his aliæ sunt efficaces; aliæ probabiles tantum; et pro

et pro perfecta huius rei cognitione, vide dictam Consultatio-
nem a n. 70. usque ad 131. nam in ea, et DD. quos allegat,
ac Decisionibus, quas refert, plurimum lucis habebis in tam
ardua, et quotidiana materia.

Vide omnino D. Velam tom. 2. dissert. 42. ex num. 70. Vide etiam Roxas de incompatibil. par. 1. cap. 6. §. 22. et ibi Azula.

Fideicommissum, si sit simpliciter masculinitatis, admittuntur
masculi descendentes ex foeminis. l. 1. in fine C. de conditione
incerti, §. 1. et 2. in Authent. de haered. quae ab intestato
deferuntur. Faber de error. Pragmat. lib. 2. dec. 28. errore 8.
per tot. Velas. de jure Emphyteut. lib. 4. q. 41. n. 5. Rosen-
tal. de Feudis par. 1. cap. 7. q. 36. n. 9. Fondut. qq. Civil.
tom. 2. cap. 121. n. 4. Larrea decis. 34. n. 20. Prato tom. 1. di-
sceptat. forens. disceptat. 5. Molina de Hispanor. Primogenijs
lib. 3. cap. 5. a n. 48. cum segg. Peregrin. de fideicom. art. 26.
a n. 1. ad 22. Castillo lib. 3. cap. 15. n. 57. Torre de Majorat.
cap. 25. n. 266. Mansi consultat. 350. n. 30 tom. 4.

Quando vero est Agnatitium, sive rigorosae agnationis, des-
cendentes masculi ex foeminis, omnino excluduntur. Peregr.
de fideicom. art. 27. a n. 28. Burat. decis. 272. n. 17. Altogr.
junior controver. 34. n. 10. lib. 1. Rusar. de subst. q. 311. n. 35.
Rota decis. 323. n. 7. par. 12. decis. 462. n. 16. par. 14. et dec.
527. n. 13. par. 15. eadem Rota in Recollectis per Cardin. de
Luca ad tr. de fideicom. decis. 31. n. 4. Torre de Majoratu
cap. 15. §. 25. n. 154.

Fideicommissum Agnatitium, an, et quando inducatur, vide
Decisionem factam in Curia Civili sancti Officij per Dominos In-
quisitores Frayoli, Escalzo, et Barrera, die 14 Novembris 1721.
Procuribus Riol, et Barra, et votum dicti Barra, doctissimum qui-
dem, et valde notandum in materia agnationis. Partes
erant Mathaeus Olivier presbyter, et Jacintus Poderos ac to nomi-
ne. Meritissime D. Josephus Vela tom. 2. dissert. 43. per tot.

Fideicommissum Agnatitium.

De conjecturis, et alijs medijs ad excludendam Agnationem, videnda doctissima Allegatio pro D. Fran.co Despujol, et de Moncorp, super Baronia de Monclar, quæ habetur impressa in primo tomo Allegationum Cataloniæ D. Josephi Bassa, et nihil doctius.

Quando vocati sunt a testatore descendentes masculi non restringitur vocatio ad agnatos, si restrictio non reperiatur expressa, quia aliàs intelligeretur, testatorem vocasse tantum masculos ex masculis, quod suppletio in fideicommissis est impermissa. Fusar. q. 284. quia suppletio nihil aliud est, quam extensio, l. oratio ff. de spons. quæ prohibetur. Cardinal de Luca de feudi. lib. 1. tit. 3. disp. 5. ex n. 18. Altogr. cons. 49. n. 56. cum segq. lib. 1. Rota coram Rojas decis. 32. n. 9.

Repetitio qualitatis non admittitur. Altogr. con. 96. n. 35. tom. 2. Fusar. de substit. q. 403. ex n. 6. et consil. 66. n. 3. Castillo lib. 2. controuer. cap. 4. ex n. 22. Rota decis. 354. n. 1. par. 2. recent. Beltram. ad Ludouis. decis. 514. n. 12. Serenti. ad Burat. decis. 222. n. 19. Praesertim inter personas differentes. Moguerol alleg. 23. n. 40. Altogr. consil. 96. n. 42. tom. 2. Burat. decis. 222 n. 19. Fusar. de substit. q. 443. n. 18. et 25. Altogradi consil. 83. n. 80. tom. 2. Cyriac. controuer. 284. n. 80.

Prout etiam non admittitur qualitatis repetitio in diuersis, et separatis orationibus. Altogr. consil. 54. n. 116. et consil. 83. n. 82. et consil. 96. n. 41. lib. 2. Ronden. collutat. 38. n. 22. vol. 1. Rota apud eundem decis. 36. n. 12.

Contra Agnationem vide Decisionem Regij Senatus Rel. D. Simo, scriba Ferrer inter Petrum Joannem de Villalonga Domicellum, et D.m Joannem Sureda.

Vide Allegationem DD. Valda, et Prous, pro D. Ant. Sunter de Salas super prædio Hostarell, ex n. 32. Rojas de incompatibilitate par. 1. cap. 6. ex n. 340. ubi optime explicatur, et quando appellatione descendentium per lineam masculinam veniant foeminæ agnatæ ex linea ingressa.

Fideicommissum = Agnatio.

De Majoratu regulari, et irregulari, simplicis masculinitatis, vel agnationis, et illius natura; an, et quando regularis, vel irregularis censeatur, tum jure communi, tum jure Regio post Pragmaticam anni 1615. quae habetur in l. 13. et 14. Recop. latissime videndus est Vela tom. 2. dissert. 42. ex num. 61.

Quando in majoratu, seu fideicommisso primogeniale contemplata fuit agnatio, et feminae perpetuo exclusae, masculis omnibus agnatis deficientibus, feminae, eiusque descendentes succedere debent, nec locus est libertati bonorum, ex majoratus natura, quae perpetuitatem exigit. Ita docet, et decisionem refert in Granatensi Praetorio Dr. Josephus Vela tom. 2. dissert. 42. n. 30. cum seqq. qui in comprobationem alios allegat DD.

Si haeres gravatus, quartam non detraxerit, poterit fideicommissarius illam deducere, l. 1. §. denique ff. ad Trebelli. ubi Bartol. Flor. et communiter DD. Molina de Primogen. lib. 1. cap. 17. n. 31. ubi vide.

Quamvis primus haeres gravatus possit Trebellianicam detrahere, tenebitur imputare in quartam, fructus quos percepit judicio testatoris, l. in fideicommissariam in principio ff. ad Trebell. ubi probatur, quod is qui in diem, vel conditionem restituere gravatus est, tenebitur computare in quartam, fructus quos percepit pendente die, vel conditione; eos namque percepisse censetur judicio testatoris. Hac omnia docet Molina de primogen. lib. 1. cap. 17. a n. 31. concludens, quod in casibus, in quibus Falcidia, vel Trebellianica detrahi potest, fructus, quos haeres gravatus, vel primo vocatus, pendente die restitutionis, percepit, procul dubio tenetur in quartam imputare.

Haec doctrina solum procedit in extraneis; non vero in descendentibus testatoris. Vide Decisiones in terminis pro hac distinctione in 1. tom. decisionum, verbo Trebellianica.

Fideicommissarius, quas percipiat commoditates ex bonis fideicommissi, circa sylvam caeduam, vel non caeduam, arbores fructiferas, vel infructiferas, vento evulsas; Item circa nemora, stagna, prata, areas, vineas, et alia hujusmodi, pulcre, et docte tractat Molina lib. 1. de primogen. capite 22. per totum, ubi etiam de jure in his competente Majoratus possessori, fructuario, Emphyteotae, et Vasallo = videndus omnino.

Fideicommissarius, seu possessor fideicommissi, tenetur solvere Census, pensiones, tributa, onera realia, et alia, quae ex bonis Majoratus seu fideicommissi solvenda sunt, quia haec omnia sunt onus fructuum. Docet, et bene Molina lib. 1. de primog. lib. 1. cap. 27. Quod nedum procedere ait in tributis decursis eo tempore, quo ipse possessor, bona fideicommissi possidet, sed etiam in his, quae tempore praedecessorum decursa sunt, quamvis ipse ad haeredes prade

183

cessorum recursum habeat, l. idem Julianus §. hæres ff. de legat. 1. ubi Glos. et communiter scribentes. Alvarus Vaez, qui de communi testatur, de jur. Emphyteut. q. 17. n. 12. ubi plura in eo adducit.

In tantum, ut licet fideicommissi possessor, aliquid ex illius bonis alijs fratribus ratione alimentorum solvere adstrictus sit, ipsi fratres non teneantur pro rata, onera, vel tributa solvere, quæ ipsis bonis Majoratus imposita sunt, sed ea omnia sint a solo Majoratus, seu fideicommissi possessore solvenda. Afflictis decis. 252. n. 2. Pinel. in l. 1. C. de bonis mater. 2a. p.e n. 22. vers. septimo ampliatur, Molina ubi supra n. 8. et 9. qui est omnino videndus in dicto lib. 1. cap. 27. per tot. ubi late et docte tractat ad quæ onera teneatur Majoratus possessor, seu fideicommissarius.

Fideicommissarius cui restituta est hæreditas, non potest conveniri pro annuis legatis ab hærede gravato non solutis, decursis tamen, antequam fideicommissum fuisset apertum, nam legatum solvendum ex fructibus, præstandum est ab hærede, qui fructus percepit, et si non vivit, ab eius hæredibus, non autem a fideicommissario, etiamsi tales fructus consumpti fuissent. Optime Rota consil. 321. n. 2. Peregrin. de fideicom. artic. 4. n. 24. in fine, Bellon. consil. 31. n. 46. et 47. Surd. de alim. tit. q. 667. n. 5. et 6. Cancer var. par. 3. cap. 20. n. 72. quod et naturalis ratio suadet, nam secundum naturam est, cuiuscunque rei onus, et incommoda, eum sequi, quem sequuntur commoda, l. secundum naturam ff. de regul. juris. Ludovicus D. Peguera tom. 3. decis. 71. a n. 40. maxime n. 42. videndus.

Fidicommissarius.

Fidicommissario non competit hypotheca, sed solum actio personalis pro fructibus fidicommissi contra illos, qui fructus perceperunt. Unde pro eis non habet prælationem Creditoribus hypothecarijs. Ita fuit decisum in Regia Audientia, ad relationem D. Gabrielis Sims R. C. die 6 Junij 1689. scriba Garcia, inter Joannem Bennasser Monsp. Aegidi de Campanet, et Creditores, cuius Sent.ª fuit decreta executio 28 Aprilis 1690. Habetur Originalis in processu Graduationis de Bennasser.

Fideicommissum quoad Dotem.

Regula est fideicommissi bona, vinculata ab ascendente, alienari posse ex causa dotis constituendae, vel restituendae, auth. res quae C. Commun. de legat. Cardin. de Luca omnino videndus de dote dis. 145. per tot. ubi quod haec obligatio est subsidiaria, qua non intrat nisi deficientibus bonis liberis, et post factam excussionem. Et n. 35. ait, quod non solum procedit haec doctrina in dote, sed etiam in augmento, juribus dotalibus, et expensis (moderatis tamen) ex causa dotis factis. Et n. 66. docet cum alijs, adeo subsidiariam esse hanc obligationem, ut licet testator dotari jusserit filias possessorum, tamen intelligatur se conformasse cum juris dispositione, et tandem deficientibus bonis liberis, quae doctrina recepta est in Rota ut testatur ibi Luca.

Contrarium mordicus tenet Pascal. de patr. potest. par. 2. cap. 2. a n. 32. et ibi Prato in addit. Surar. consil. 2. Sturba obser. 89. n. 3. Marinis lib. 2. resol. 16. tum quia dos hoc casu debetur filiabus successorum jure legati sibi facti a testatore; tum, quia alias nihil operaretur haec dispositio, quia ea seclusa, de jure aderat subsidiaria obligatio.

Authent. praedicta locum etiam habet in usuris, et interesse dotis. Cardin. de Luca d. dis. 145. n. 40. ubi DD. et decisiones, non solum decursis de tempore actualis possessoris, sed etiam de tempore antecessoris, ibidem n. 42. vers. Contrarium. Pascal. de patr. potest. par. 2. cap. 2. ex n. 32. ad 67. A ponte decis. 34. n. 39. Franch. decis. 613. Marcil. decis. 256. Rota apud Merlin. de pignor. decis. 145. et decis. 369. par. 12. recent. Et Cardin. de Luca citatus n. 42. vers. Attentis ait, ob Doctorum, et tribunalium authoritatem, non posse ab hac opinione recedi in consulendo, et judicando. Advertit tamen, ex fructibus regulariter solvendas esse usuras, non ex sorte, cujus distractio permittenda non est ex causa usurarum dotalium, ex Rota apud Merlin. de pignor. decis. 145. n. 4. Ottobon. decis. 43. n. 2. sors enim ex sorte; fructus ex fructibus.

Fidicommissum, quoad Dotem.

Pro Dote sunt obligata bona fidicommissi, solum in subsidium, quando fuerunt vinculo supposita ab ascendentibus. Authent. Res quæ C. Communia de Legatis; hæc autem actio subsidiaria non nascitur, nisi facta prius excussione dotali, et formali bonorum liberorum, et prævia declaratione casus subsidij, et agenda ora contra fidicommissarium, vel tertium. Fontan. de pact. claus. 5. glos. 4. par. 2. n. 9. Cancer var. par. 1. cap. 9. n. 173. Peregrin. de fidicom. art. 42. n. 18. Et non sufficit qualibet excussio, sed debet esse formalis, et rigorosa. Ita fuit decisum per R. Aud.am ad relationem D. Nicolai Thoma R. C. 12 Januarij 1664. inter Mathiam Serrer de San Jorge, et Christophorum Caldes, scriba Blanquer, ibi: Ut sit locus subsidiariæ actioni, intentatæ pro restitutione dotis contra bona fidicommissi, requiritur formalis, et stricta excussio, et non inveniebatur facta prout requiritur, nonobstante relatione de non sunt bona, nec obstante alia declaratione, quia in casu illius, non ita formaliter requirebatur deficientia bonorum, ut in occurrenti = Et quando non adest actio, neque subsistit judicium nec sententia, quæ nequit esse in pendenti, l. non quemadmodum de judicijs, l. pæne 13. § si sub conditione de pignor. cum alijs.

Est opinio praxi receptissima, quod sive agatur de dote restituenda, sive de constituenda, prius semper excussio in bonis liberis facienda est, et eis extantibus, non possunt alienari fidicommisso subjecta. Verba sunt Noguerol. allegat. 20. n. 36. Siurba decis. 13. n. 20. Fontan. de pact. tom. 2. claus. 5. gl. 1. par. 2. n. 9. Ramon cons. 2. n. 52. Cancer lib. 1. variar. cap. 8. n. 173. et n. 41. ait, Majoratum in his terminis uti fidejussorem subsidiarium dotis judicandum, ut colligit ex Molina lib. 4. cap. 7. et in specie hoc notat Rodriguez de an. redd. lib. 2. q. 19. n. 15. ver. 1. Etenim natura obligationis, et fidejussionis conditionalis, est, quod conditione non impleta, ad nihilum

Auth. Res quæ C. Com. de Legat. adducens bona fideicommisso per genitores supposita sponsoria esse dotis constitutioni, et restitutioni, quando testamenti in descendentibus testatoris, an locum habeat in maior. Reg. Castellæ. Anceps est quæstio. Et quod possint alienari pro filia, aut nepti testantis, quam pater, vel avus dotare tenebatur certum est. Difficultas tamen, et quidem maxima est, an idem in cæteris descendentibus procedat. Et licet Covar. Anton. Gomez, et alij affirmativam teneant sententiam, negativam tamen mordicus deffendit Molina, qui ita praxi receptum testatur lib. 4. cap. 6. ex num. 17. maxime quando testator expresse alienationem prohibuit ex causa dotis, si Principis rescriptum, vel licentia, non intercedat. Ratio est duplex, Prima, quia d. Auth. respicit privatum favorem, majoratus vero publicum –

fidejussor tenetur. Lagus allegat. 115. et cum eo, et alij Costa Siculus cons. 33. n. 51. et ante purificatam conditionem nec venit, nec cedit dies similium fidejussionum. Parisius con. 171. n. 30. vol. 4. Socin. cons. 62. vol. 2. Costa d. cons. 33. n. 51. Marenta decis. 28. n. 17. qui loquitur in individuo de eo, qui bona feudalia habet obligata, allodialibus deficientibus, quod sit obligatio conditionalis, et subsidiaria; et qui ante excussionem nullam habet actionem, et debet a limine judicij repelli, et sententia est nulla, tamquam prolata ante purificatam conditionem.

Et licet jus futurum, deduci potest in judicio, procedit solum quando de praesenti non deficit actio, Barbosa in l. non potest de judicijs n. fin. ibi: Propter actionem de praesenti, fit condemnatio juris de futuro, caeterum si nulla actio de praesenti competeret, haberet locum Regula l. grege §. si sub conditione de pignor. Pinel. in l. 1. C. de bon. mater. par. 3. n. 38. Castillo controvers. tom. 5. controver. 93. §. 14. Larrea decis. 38. n. 25.

Authentica res quae, C. com. de legatis, non procedit in fideicommisso disposito in contractu, juxta opinionem in Catalonia receptam, de qua Cancer. tom. 1. var. cap. 9. n. 164. ubi sic decisum refert. Videndi Peregrin. de fideicom. art. 42. n. 58. Seraphin. decis. 334. n. 2. Fontan. de pact. tom. 2. claus. 5. par. 2. n. 90. cum seqq.

Nec procedit in dotis augmento, constante matrimonio facto. Cancer ubi supra n. 166. Casanate consil. 54. a n. 39. usque ad 48. Milanen. videndus decis. 5. Peregrin. de fideicom. art. 42. n. 40.

Nec locum habet in dote constituta, post contractum matrimonium. Casanate consil. 54. a n. 30. ubi plene, Cancer var. par. 1. cap. 9. n. 163. Nec in dote confessata, nisi constet de reali numeratione. Cancer ubi proxime n. 182. cum decisione Senatus Cataloniae, Cardinal. de Luca de dote discur. 145. n. 90.

Secunda quia licet dotis favor publicae considerari debeat tamen, multa privilegia congregat Sanchez. ibi vide et non pigebit, et ejus addentes ad lib. 4. cap. 6. n. 17. usque ad 22. Castillo tom. 5. cap. 65. n. 61. Nota tamen ex communi Regnicolarum sententia validam esse alienationem bonorum Majoratus ex causa dotis, si accedat Regia facultas, ut docent Adden. ad Molin. citati.

Vide Cardin. de Luca de dote dis. 145. n. 13. ubi contrariam sententiam tenet. Et ibidem n. 6. et 7. tamquam indubitatum supponit ex d. Salgado in labyr. p. 1. cap. 24. n. 65. hanc authent.m ex consuetudine in Hisp.ā non vigere. Contrarium tenet Luca de dote dis. 145. n. 46. Peregr. art. 42. n. 39. Font. cl. 5. glos. 1. par. 2. a n. 93.

An Regia facultas concessa ad obligandā pro dote bona Majoratus, extendatur ad usuras, vide infra fol. 370.

Fideicommissum.

Fideicommissum simplex, absolutum, perpetuum, et in casum mortis in favorem descendentium masculorum, inducitur ex hac dispositione facta a Petro Bennasser, alias Sord in donatione, ibi: Ita tamen et taliter, quod dicta mea haereditas perpetuo sit de meo cognomine et descendentia per lineam masculinam usque in infinitum. Ita Senatus declaravit in causa super fideicommisso de Beniatzà inter Antonium Sarau pp. curatorem pupilli Bennasser, et Curatorem haereditatis [struck] Bennasser, ad relationem D. Nicolai Guells, quae fuit publicata 9 Decembris 1660 per Mathaeum Sarriax notarium, et eius decreta executoris 12 Februarij 1661. Et quia motiva docta, et pulcra sunt, eorum thenorem describere libet ibi: tamen in viam juris, et ex conjecturata mente testatoris certum est, dictum pupillum ad dictum fideicommissum vocatum esse per illa verba donationis, Ita tamen, et taliter, quod dicta mea haereditas, perpetuo sit de meo cognomine, et descendentia per lineam masculinam usque in infinitum, ex quo per illa videtur, donatorem instituere fideicommissum, simplex, perpetuum, absolutum, et in casum mortis, in favorem suae agnationis, invitando ad ipsum omnes, qui de linea, et agnatione essent ordine successivo, usque in infinitum, et quidem hoc pluribus argumentis, et conjecturis convincitur; 1º quia geminatis nomini perpetuitatis usus est, videlicet perpetuo, et in infinitum quae tractum successivum, et perpetuam successionem inducunt. 2º quia usus est nominibus collectivis, et signanter verbo linea quod in casu praesenti, ad alios filios donatoris referri non potuit, cum inter fratres non possit considerari linea, sed tantum erga alios descendentes. 3º quia jussit dotari filias suorum bonorum possessoris... 4º quia exprimit per modum rationis velle dictam suam haereditatem conservari. Ex quibus omnibus manifeste convincitur, voluisse testatorem instituere perpetuum, simplex, et absolutum fideicommissum, in favorem eorum de sua linea, et descendentia. Non obstantibus in contrarium

adducti rationibus; non prima, quod clausula illa ita tamen &ca
non sit concatenata, et dependens a prima dispositione conditionali,
concepta sub conditione si sine liberis decederet primus donatarius,
qua deficiente, dictum fidei commissum corruisse praetenditur, quia
immo potius in viam juris verum est, clausulam illam importare
novam dispositionem, et separatam a prima conditionali, cum
verba illa, ita et taliter &a non tam conjungere, quam ampliare,
et augere praecedentem dispositionem videantur, ad casum in illa
non expressum. Minus obstat secunda, quod non deceat regulari
successio juxta donationem, sed juxta testamentum, in quo similia
verba non reperiuntur; quia cum donatio fuerit acceptata a no-
tario pro ipsis omnibus, quorum intererat stipulante, juxta receptam
Doctorum opinionem fuit irrevocabilis, atque ideo non poterat diver-
simode disponere in testamento, prout in contractu donationis
disposuerat. Nec officit reservata facultas dandi dictam haere-
ditatem, cui melius sibi bene placuisset, quae tantum importat ele-
ctionem inter filios, maxime cum statim sequatur clausula dis-
positiva, et inductiva fideicommissi, quae facultati reservatae
sive eligendi, sive libere donandi, modum praescripsit. His igitur
et aliis Sua Illma Dominatio &a = Hactenus Regia Sententia.

Fideicommissum quoad Dotem.

Ex traditis supra hoc libro fol. 130. constat, alienabilia esse jure communi bona Majoratus et fideicommissi primogenialis, ab ascendenti dispositi, ex causa Dotis. Hae tamen doctrina intelligenda venit, non utrunque, et absolute, ita ut quandocunque Dos constitui, aut restitui debeat, fieri possit alienatio; quia ut ex communi docet Cardin. de Luca de Dote disc. 145. ex n. 92. prius fieri debet constitutio, aut respective restitutio ex fructibus fideicommissi, si extiterint, et solum eis deficientibus, in subsidium poterit sors alienari, ut latius ibi. Dixi jure communi; nam in Regnis Castellae, inalienabilia sunt ex causa Dotis bona Majoratus, non obstante authent. Res quae, C. Com. de legatis, cui per contrariam consuetudinem derogatum est, ut docet D. Molina lib. 4. cap. 6. ex n. 13. D. Salgado in labyrin. par. 1. lib. 1. cap. 24. n. 67. Adden. ad Molin. ubi supra, et Cardin. de Luca de Dote disc. 145. n. 6. et 7. Accedente autem Regia facultate, an etiam pro fructibus, seu interesse dotali fieri valeat alienatio, vide D. Larrea tom. 1. decis. 37.

Fideicommissum

Quando ad aliquam successionem vocantur ij, qui per lineam masculinam descendunt, foemina quæ a masculo descendit, in hac vocatione comprehensa censetur. Non enim disponens voluit, quod descendens ipse esset masculus, sed solum, quod per lineam masculinam descenderet, quod in foemina, quæ ex masculo descendit verificatur, ut probat Molina lib. 1. cap. 6. n. 37. qui de communi testatur, subdens n. 38. aliud omnino esse in Majoratibus, et fideicommissis primogenialibus perpetuis; nam cum eorum natura, et agnationis consideratio perpetua sit: consequens est, ut in vocatione facta de linea masculorum, foemina vocata censenda non sit. Non enim vocata dici debet ea persona, quæ agnationem in posterum supprimere debet, et cuius descendentes, sive masculi, sive foeminæ sint, in eo Primogenio succedere non possunt, et pulcre prosequitur Molina loco citato.

Fideicommissum.

Regula est, fideicommissum extendi non posse de casu ad casum, ut passim apud Doctores. Duas tamen habet limitationes. Prima est, ex identitate rationis, qua extante, fit extensio fideicommissi de uno casu ad alium, quorum eadem est ratio. Castillo, qui in comprobationem affert 47. DD. quotidianar. qq. lib. 5. tom. 6. cap. 171. n. 7. eamque ampliat n. 11. et seqq. docens n. 13. extensionem de casu ad casum ex identitate rationis, procedere etiam, quando inter illos est aliqua accidentalis differentia, dummodo non sit in substantia. Fusar. de substit. q. 460. a n. 4. Molina de Hispanor. Primogen. lib. 1. cap. 4. a n. 24. et ibi Addentes. Adeo, ut qualitates disposita in uno casu, habent extensionem in alio. Idem Castillo lib. 5. cap. 169. n. 11. tom. 6. Rojas de incompatibilitate par. 1. cap. 9. n. 13. et seq. et eius Additionator Aquila n. 5. ex magistrali doctrina Baldi, consil. 153. lib. 5. Carena resol. 112. n. 13. Garcia de Nobilit. in divisione tractatus n. 3. Quod magis procedit, data majoritate rationis. Ex Gomez, Villalobos, Villaqut, Sannaei in fragment. par. 1. verbo Extensio n. 71. Castillo variar. lib. 5. tom. 6. cap. 171. n. 14.

Secunda limitatio, ex verosimili mente testatoris, est pariter admissa. Plene Fusar. de substit. q. 460. a n. 4. Fontanel. dec. 151. n. 18. Cancer var. 1. cap. 1. a n. 66.

Fit etiam extensio de persona ad personam, quando ambae esse possunt comprehensae sub eodem verbo, v. g. descendentia. Torre de Majorate par. 2. q. 38. n. 15. cum seqq. fol. 184.

dicat appellatione filiorum, ex propria significatione nepotes, seu alij descendentes non comprehendantur, nec etiam ex vi comprehensiua, seu interpretatiua, quando agitur de interpretatione fideicommissi, quod onus continere censetur: tamen in Primogenijs, et Majoratibus, verbum filij, non solum nepotes, verum etiam omnes alios descendentes in infinitum comprehendit, etiamsi ea primogenia fideicommissi similia sint, et respectu aliorum filiorum, onus et grauamen contineant, quod prouenit ex Majoratus perpetuitate, ut docte probat Molina de Primogen. lib. 1. cap. 6. a n. 27. ubi vide.

Fideicommissum. Vocatis descendentibus, omnes in perpetuum, et per fideicommissarium vocati censentur. Covar. lib. 2. variar. cap. 5. n. 4. et alij apud Rotam, quos ipsa sequitur decis. 168. n. 4. par. 3. Recent.

Fideicommissum - Linea.

In Majoratibus, et Fideicommissis primogenialibus, et perpetuis, quatuor sunt consideranda. Primo linea. Secundo, gradus, quia inter eos, qui sunt in eadem linea, præfertur proximior in gradu. Tertio, sexus, nam inter eos, qui sunt eiusdem lineæ, et gradus præfertur masculus. Quarto denique ætas; nam inter pares linea, gradu, et sexu, maior natu, præfertur minori. Docet magistraliter Molina de Hispan. Primogen. lib. 3. cap. 4. n. 13. et 14. Fontan. tom. 1. decis. 34. ubi alios adlegant.

Inter istas qualitates, et prærogativas, primo debet considerari Linea, mox gradus, deinde sexus, et ultimo loco ætas; atque ita non est curandum de gradu, nisi in linea, nec de sexu, nisi in gradu, nec denique de ætate, nisi in sexu. Molina ubi supra, et cap. 6. n. 50. eiusdem libri 3. Fontan. ibidem. De Luca de Fideicom. dis. 15. n. 4. et discur. 16. n. 5.

Hæc linea est quæ prævalit, gubernat, et qualificat alia requisita, atque ita qui illam occupat, dicitur proximior respectu aliarum linearum, et descendentium ex eis, quamvis aliàs habeant majorem proximitatem; nec de gradu quæstio esse potest inter lineam, et lineam, sed inter plures eiusdem lineæ personas. Docte Fontanel. dict. decis. 34. a n. 3.

Linea in quam simel intravit successio debet prius evacuari ad hoc ut alia admitti possit. Molin. de primog. lib. 3. cap. 6. n. 30. Sotomayor contr. jur. lib. 3. cap. 15. n. 52. et 53. Pereyra decisione Portugaliæ 59. n. 5. qui ait, jure communi attento, unam solam lineam dari, quæ est possessoris, a qua non potest fieri saltus ad aliam, quia ista non consideratur, Mier. de Majorat. 2. par. q. 5. n. 41. Fontan. in citata decis. 34. per totam, maxime a n. 14. usque ad finem.

Idem procedit quoad hanc lineæ prærogativam in Fideicommissis perpetuis, non primogenijs, taliter ut linea in quam intravit successio, in huiusmodi fideicommissis familiaribus perpetuis, debet prius evacuari, antequam locus sit successioni personæ alterius lineæ, quamvis aliàs sit proximior, prout magistraliter docet Fontanella in decis. 35. per totam. Vide sentª. super Fideicom. Greg. Burgues, Calambe, et ibi notata.

Fideicommissum – Linea.

Linea non incipiunt a parentibus, sed ab eorum filijs, quorum quilibet constituit suam lineam distinctam, et separatam, ita ut licet frater sit de latere patris, non tamen est de linea fratris. Molina de Primogen. lib. 3. cap. 6. Fontan. decis. 34. a n. 12. ubi quod ab hac doctrina nullus discrepat, referens plurium authoritates.

Capita istarum linearum, ita se ipsos includunt una cum tota sua linea, ut reliquos fratres, seu reliqua capita, et eorum lineas excludant, taliter, quod existente aliquo de linea possessoris, non admittatur alius de alia linea. Idem Fontan. qui plures dict. decis. 34. n. 14. et 15. qui est omnino videndus.

Linea semel admissa, donec adsunt capaces de illa, caeteri de alijs excluduntur. De Luca de fideicom. dis. 1. n. 13. et 14. discur. 2. n. 2. 4. discur. 3. n. 6. discur. 5. n. 4. dis. 7. n. 18. dis. 15. n. 7. in summa n. 60. et segq.

Limitatur haec regula, si testator unam lineam vocavit cum certa qualitate, v.g. masculinitatis, qua defecta, transitum fecit ad aliam lineam, neglectis personis de linea praedilecta, talem qualitatem non habentibus. Idem Cardin. de Luca de fideicom. dis. 15. n. 8. et discur. 16. n. 3.

Habens praerogativam lineae, praefertur, licet sit gradu remotior. De Luca de fideicom. discur. 15. n. 5. et etiamsi testator vocaverit sibi proximiorem, quia non per hoc alteratur juris regula, ibidem n. 6. = limitatur tamen, si testator declaraverit, proximitatem a se ipso regulandam esse, quia tunc non curatur hic ordo linearum, ibidem n. 10.

Linea. Quando in fideicommisso, contemplata est agnatio rigorosa, foeminae excluduntur, extantibus masculis agnatis, licet remotioribus, quin obstet, foeminas esse de linea admissa. Rota Romana post Richalor. de duobus fratribus, decis. 12. tot. et n. 46. Castillo lib. 5. controver. cap. 133. n. 14. Richal. de viribus patriae potest. par. 4. cap. 9. Urceol. consult. foren. cap. 60. Cardin. de Luca, de fideicom. dis. 7. n. 16. Pegas de Majorat. par. 2. capite 13. per tot. Vide decisiones in terminis, cum salto de linea ad lineam, propter agnationem, in Consultatione super successione Statuum Cardona, n. 112. Habetur in 1. tom. Allegat. fol. 344.

Fideicommissum.

Ad fideicommissum familiæ, agnationi, vel cognationi relictum (idem dic de prosapia, parentela, domo, genere) primo loco admittendi sunt ij, qui nominati sunt, et post eos extinctos ordine successivo; non tamen per fideicommissum, sed per vulgarem, atque ideo, admisso primo vocato, cæteri omnes excluduntur, et illud fideicommissum expirat. Docet, et probat D. Ludovicus de Molina late, et docte, in tract. de Hispan. Primogen. lib. 1. cap. 5. a n. 24. usque ad 34. ubi mire hoc convincit, dicens n. 27. et 28. diversum esse, quod fideicommissum familiæ relinquatur, vel quod fideicommissum eiusdem ea lege relictum sit, ut bona in familia conserventur. Qui namque fideicommissum familiæ relinquit, id solum efficere contendit, ut proximiores ad huiusmodi fideicommissum admittantur, ita ut primis succedentibus, fideicommissum expiret. Relinquens autem bona ea lege, ut in familia conserventur, id praecipere videtur, ut unus post alium iure fideicommissi succedat, ita ut bona de familia non exeant; esseque absurdum, ex sola familiæ vocatione, tot fideicommissa inter illos, qui ex ipsa familia processerunt, inducere, nisi conjectura perpetuitatis aliud suadeat.

proximiores

Contrarium totis viribus defendit Peregrinus de fideicommissis art. 19. a n. 11. usque ad 17. et in eodem articulo a n. 31. usque in finem, ubi probat iuribus, rationibus, et magni nominis DD. auctoritatibus, quod in fideicommisso familiæ relicto, censentur vocati omnes de familia gradatim, ordine successivo, etiam per fideicommissariam, de uno in alium, ea principaliter ratione, quia scilicet familia nomen est collectivum, et plures diversorum graduum, et temporum designat, l. pronunciatio 195. de verbor. significat. in fine; ideoque necessarium quemdam temporis tractum implicat.

Fideicommissum.

Licet filij positi in conditione, vocati non censeantur, nisi concurrentibus conjecturis Influxus, vel grauaminis, iuxta late dicta et notata in alio libro Decisionum, verbo filij, et verbo Fideicommissum, quod procedit secundum communem DD. sententiam, et praxim Tribunalium Cataloniæ, et Majoricarum, ut ex exemplaribus, ac doctrinis inibi adductis constat: tamen fallit in Majoratibus et fideicommissis primogenialibus, et perpetuis, in quibus licet filij sint tantum positi in conditione, censentur etiam positi in dispositione, ac si expresse et specifice vocati fuissent. Quod procedit, nedum quando testator expresse Majoratum fecit, sed etiam quando ex conjecturis illum fecisse comprehenditur. Idque probatur solidissima ratione; nam Majoratus ex sua natura, perpetuus esse debet, ita ut etiam deficientibus expressis vocationibus, semper ad eius succesionem proximiores admittantur. Unde si vocati non censerentur, ex eo sequeretur, Primogenituram ipsa in persona primo vocatorum, aut verius in eorum filijs expirare, bonaque illico libera, diuisibilia, et alienabilia fieri, quod ex Diametro pugnat cum natura Majoratus, et Primogenij. Ita tenet, et probat Molina de Hispanor. Primogen. lib. 1. cap. 6. a n. 1.

Fideicommissum.

Licet quando alicui bona relinquuntur ea lege, ut illa alteri restituat si sine liberis mortuus fuerit, si ille cum filijs moriatur expiret substitutio, etiamsi filij eiusdem, sine filijs illico mortui fuerint, ex notissimo Oldradi Consilio 24. communiter ab omnibus recepto: tamen id in Majoratibus, et perpetuis Fideicommissis Primogenialibus, non procedit; immo ex eorum natura ac perpetuitate, hac conditio in ipsis filijs, ac etiam nepotibus cæterisque descendentibus, repetita censenda est; non enim potest aliter Majoratus perpetuitas conservari. Si enim existentibus filijs, illico substitutio expiraret, etiamsi ipsi filij liberos non haberent, Majoratus ipse, qui ex sui natura perpetuo durare debet, illico deficeret, bonaque libera efficerentur, quod directe eiusdem Institutoris menti repugnaret. Ideoque ut eiusdem memoria conservetur, primogeniumque ipsum perpetuum sit, introductum est, ut ea conditio, perpetuo repetita censeatur; non enim potest aliter fundatoris voluntas durare, nec perpetua effici. Ita docte rationatur Molin. lib. 1. de primog. cap. 6. a n. 16. usque ad 22. ubi Jura, et DD.

Fideicommissum.

In terminis Fideicommissi simplicis, absoluti, agnatitij, gradualis, de majori in majorem, in favorem filiorum, ac descendentium masculorum primo institutorum, per lineam masculinam, dispositi per Bartholomaeum Artigues Seniorem, Villae de Palamos, in suo testam. 13 Septem. 1506. fuit decisum tempore turbationum R.te Bullana, prout sequitur, doctissime quidem, ibi: Tritum enim est in similibus fideicommissis, binas considerari lineas, unam actualem, sive possessoriis quae aliter a DD. linea admissa nuncupatur, aliam vero habitualem sive primogenitorum, in quam adhuc non intravit successio, verum ingredi speratur, et ultra quae initium capit, non a patre, sed a filijs, et filiabus, ita ut filius masculus, suam incipiat lineam masculinam ipsius se efficiendo caput, sicut et foemina suam foemininam, et prerogativam lineae adquirit, et constituit quilibet ex filijs, nedum in sui favorem, verum et suorum descendentium, iuxta ordinem nativitatis quo ab eodem patre procedunt, taliter quod primogenitus constituitur caput, in linea primogenitorum; secundogenitus, aliam pariter constituit pro se, et suis descendentibus, et sic in caeteris filijs iuxta ordinem nativitatis, et ratione lineae, primogenitus et omnes qui sunt ex sua linea, praeferuntur in successione secundogenito, et caeteris ipsius fratribus, adeo ut secundogenitus, et qui sunt ex sua linea non possunt succedere, non finita linea primogeniti, nec pariter qui sunt de linea tertiogeniti succedere valent, non extincta, vel finita linea secundogeniti, adeo ut quilibet respective ex descendentibus ab unoquoque ex filijs, suas constituat lineas respectu suorum descendentium, ita ut tot novae pullulent lineae, quot sunt filij, et in terminis suppositi fideicommissi lineae habitualis virtus in eo consistit, quod ille,

qui primo nascitur, taliter statim fit caput lineæ, ut quamvis postea ante delatam hæreditatem, aut ejus actualem acquisitionem moriatur, omnibus liberis suis, ex sola spe succedendi suo casu, loco, et tempore, primogenituræ prærogativam quærat, per quam ipse, et sui descendentes, secundo genito, et liberis illius in successione præferuntur, quia primogenitus statim ut nascitur, jus primogenituræ vindicat pro se, et suis posteris, quia est qualitas habens actum instantaneum, quæ adquiritur eodem momento, quo quis nascitur, et ex his descendit, quod dum in his lineis habitualibus versamur, prout hic, remotior de linea anteriori, vel meliori v.g. primogenita, præfertur proximioribus ex lineis inferiorum, secundo, vel ulterius genitorum, propter jus derivatum a capite suæ lineæ, et similiter deficientibus omnibus de linea primogenita, in concursu illorum, qui sunt de linea secundogenita, et cæterorum omnium, qui sunt de tertia, vel ulterius genita linea, semper enim præfertur ille, qui est de linea secundogenita, licet gradu remotior, ultimo possessore defecto de linea primogenita, quin officiat dicere, lineam non posse incipere, nisi ab eo, qui successionem occupavit, quia hoc intelligendum est de linea possessoria, non vero de linea habituali, ut in casu controverso. Unde præfatam doctrinam, quæ in Primogenialibus fideicommissis verissima est, ad casum de quo agitur applicando, cum supponant partes, non solum ita ab testatore dispositum, sed semper hanc fuisse inter omnes suos Ascendentes observantiam, innegabile est, decesso Michaele Ratgeb, in linea Ascendentium hujus nominis tertio, relictis quatuor filijs, nempe, Bartholomæo, Bernardo, Matthæo, et Jacobo, in istis quatuor pullulasse lineas, inter se separatas, et distinctas, taliter, quod unus non fuit de alterius linea, imo dictarum linearum capita, ita se una cum tota sua linea incluserunt, ut reliquos fratres, seu reliqua capita, et eorum lineas excluderent, taliter

quod existente aliquo de linea primogenita, non admittatur aliquis de alia linea. Nec obstat dicere, doctrinam antedictam de non admittendo aliquo ex linea secundogenita, donec adest aliquis de linea primogenita, locum habere, quando linea primogenita fuit admissa, adeo ut licet aperto fideicommisso, et admissa linea, nepos praeferatur patruo, secus vero cum pater non fuit ad successionem admissus, hoc enim casu, natu major inter gradus aequales, est ad successionem admittendus; cumque in linea Bernardi secundogeniti, non intraverit successio, ex quo praeobijt Bartholomaeo ultimo possessori, fit inde, Michaelem ipsius filium non posse excludere dictum Mattheum Artigues presbyterum, qui tempore delatae successionis, inter gradus aequales, major natu reperiebatur; non inquam obstat; differentia enim illa inter casum ingressae lineae in successione, et casum successionis ingrediendae, licet regulariter locum habeat, ex regula de non transmittendis fideicommissis conditionalibus, mortuo fideicommissario ante substitutum, vel conditionis eventum, non tamen applicari potest casui controverso, quia si fideicommissum, de quo disceptatur, primogeniale concedatur, in eo linea prerogativa talis est efficaciae, et virtutis, ut is, qui primo nascitur, adeo statim fiat suae lineae caput, ut quamvis postea ante actualem fideicommissi delationem, et acquisitionem moriatur, omnibus liberis suis, ex sola spe succedendi, praerogativam primogeniturae quaerat, per quam ipsi, et sui descendentes, secundogenito et liberis illius, in successione praeferuntur; tunc etenim, cum testatoris mens sit, in linea primogeniti successionem conservare, hoc non minus verificatur in nepotibus, ex praemortuo filio natis, quam in ipso filio si vivens esset, et sic de alijs descendentibus ulterioris gradus, et hac ratione in similibus substitutionibus, nepos ex fratre secundogenito, mortuo pri-

mogenito sine liberis, tertiogenitum excludit &c. Partes erant Matthaeus Artigues presbyter, et Michael Artigues. Fuit lata Sent.a 10 Maij 1742, scriba Josepho Ferrer notario. Et certe nihil doctius.

A. Docent Guido Pap. dec. 26. Molin. resol. 120. Rota dec. 218. par. 11. recent. Cardin. de Luca de fideicom. disc. 28. et 23. Larrea tom. 2. dec. 54. Lugsa Crassa Adleg. 1. n. 91. apud quos vide decisiones diversorum Senatuum.

Fideicommissum. Ur, seu masculus descendens ab unica foemina, praeferatur in successione fideicommissi, descendentibus ex duplici foemina. Peregrin. de fideicommiss. art. 26. n. 19. ubi refert, se ita consuluisse, ac decisum fuisse in Senatu Veneto, Larrea tom. 1. decis. 34. n. 10. Vide Decisionem Regiae Aud.e super fideicommisso del Hostarell inter D. Antonium Sulter de Salas, et Comitem de Ayamans, quae est magistralis, et fuit facta ad relationem Domini Canet, anno 1693, de qua infra. A.

Contrarium, quod nempe quilibet masculus, quamvis descendat a duabus, vel tribus foeminis, veniat appellatione descendentium masculorum, quando non fuit agnatio contemplata, eo motivo, quia cum privilegium successionis concessum masculinitati, sit personale, parum refert, quod ab una, vel pluribus foeminis descendat, docent, et tenent Mainus consil. 22. n. 13. et per tot. Molin. de primogen. lib. 3. cap. 5. n. 48. Socin. Iun. consil. 2. n. 1. lib. 3. Thiere § 2. par. q. 6. n. 239. Mantica lib. 8. de conjectur. tit. 8. n. 5. Stephan. Federic. de qualit. contr. cap. 29. n. 42. ibi: Ubi verba de cognatis masculis possunt intelligi, nihil interest, an ex unica, vel multiplici foemina quis descendat. Lara de vita homin. cap. 30. n. 119. et 120. Gabriel consil. 116. a n. 1. vol. 2. Ruin. consil. 120. n. 89. vol. 1. Tiraquel. de primogen. q. 13. n. 11. Alciatus cons. 15. n. 2. lib. 8. Sesse decis. 254. n. 1. Larrea dict. dec. 34. n. 70. ubi late respondet his quae dixerat n. 10.

Maxime tamen attendenda est praefata decisio nostri Senatus, et Authoritas Peregrini, et sequacium.

Fideicommissum.

Successor in fideicommisso, non capit a praedecessore, sed a Fundatore, et fideicommittente, qui vinculum ordinavit, l. Unum ex familia 66. §. 1. ff. de legat. 2. Inde semel erecto, et fundato fideicommisso, minui nequit, nec successor compelli potest ad solvenda debita contracta per antecessorem, a quo nihil capit, sed a fundatore, ut dixi in l. ab eo 9. C. de Fideicommissis. Ant. Gomez in l. 40. Tauri n. 74. Gregor. Lopez in l. 4. tit. 15. partit. 15. vers. sus deudas. Thomas Sanchez lib. 4. consiliorum cap. 1. dub. 31. n. 11. et alij apud ipsos. Molina lib. 1. cap. 8.

Haec Regula non procedit, quando possessor fideicommissi, debita contraxit ex causa utilitatis, vel meliorationis fideicommissi. Gomez in dict. l. 40. Tauri num. 74. Joannes Garcia de expens. cap. 16. n. 11. Peregrin. de fideicom. art. 50. a n. 10. Censal. ad eundem d. articulo. Pro ceteris Molina de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 27. n. 11. ubi magistraliter rem pertractat, docens, quod dum agitur de expensis, si hae factae fuerint ex causa litis, quae solam Majoratus possessoris utilitatem contingit, veluti, si litigetur inter ipsum, et alium cognatum, vel agnatum, qui praetendit illum in vocatione praecedere, vel solum de ipsius Majoratus fructibus, nec de proprietate quaestio sit, dicendum est, Majoratus possessorem teneri ad eundem litis impensam, sive ea magna, sive parva sit. Injustissimum enim esset (ait) Majoratum ipsum obligare ad eas expensas, quae in ipsius utilitatem non fiunt, sed solius Majoratus possessoris commodum expectant, ut in simili dixit Baldus in l. 2. n. 1. C. de liberali causa, Pinel. de bonis maternis in l. 1. par. 2. n. 68. vers. adverto etiam.

Si autem eadem lis, perpetuam ipsius Majoratus utilitatem tangat, dicendum erit, quod si expensa modica sint, ad ipsum Majoratus possessorem pertineant, ex decisione tex. in l. hactenus cum seqq. de Usufructu. Si autem magnae sint, non tenetur ~~tan~~ ~~-tas~~ eas ipse possessor Majoratus facere, nisi ex ipsius Majoratus proprietate.

An autem expensae magnae, vel parvae censendae sint, id ex qualitate bonorum, et personarum, pensandum, ac aestimandum est. Molina de primog. lib. 1. cap. 27. n. 11.

Hanc distinctionem inter magnas, et parvas expensas, approbat Peregrin. dict. art. 50. n. 12. in fine ex l. omnino ff. de impensis, l. in rebus §. possunt, et l. hactenus ff. de Usufructu, ex Baldo, Pinello, et alijs, ubi decisum refert, et an magnae, vel modicae dici debeant, est Judicis arbitrio relinquendum, ita ut tales censeantur, non respectu temporalis, vel perpetuae utilitatis, ut alij volunt, sed respectu quantitatis sumptuum, ut docte de more probat loco citato n. 13, cum juribus, et Doctoribus.

Gravamen.

Gravamen appositum instituto, non censetur repetitum eius filijs, licet sint vocati. Roxas Jure de Majoratu par. 3. decis. 17. n. 33. Peregrin. de fideicom. art. 29. n. 26.

Gravamen, an, et quando censeatur inductum filijs positis in conditione, ad effectum ut tamquam gravati, etiam vocati censeantur. vide Ferrer. ad Constit. los Impuberes, glos. 5. a n. 89. ubi plene.

Gravamen nominis, et armorum, an sit modus, vel conditio, et de differentia effectus utriusque casus, vide supra lit. C. verbo Conditio, et ibi notata.

Feriados.

Su Mag.d que Diós guarde p.r su R.l Decreto de 2. del Nero de 1741. se ha ser vido expedir a todos los Consejos, el Decreto siguiente.

R.l Decreto.

Considerando que el atraso q padezen los negozios Civiles, y Criminales, en to dos los Consejos, Tribunales, y Juzgados dela Corte, y demas de mis Reynos, y Señorios con notable perjuizio de mis Vasallos, naze prinzipalmente delas muchas fiestas de Corte, que se han in troduzido, y q aunque p.r el Auto acor dado setenta y zinco, titulo 4. lib. 2. se re formazon, no â tenido efecto su provi denzia: deseando âora remediar seme jante daño, y q se logre con alivio de mys Vasallos la mas prompta expedizion delos pleitos, y negozios: he resuelto re formar, como reformo, las fiestas de Cor te y mando q este Consejo, de aqui ade lante asista â su despacho ordinario, y re gular en las oras acostumbradas, todos los dias del año, alexzep.on delas fiestas de prezepto, y las de obligaz.on de oir Missa

intendiendose solamente p.r Vacacio-
nes, y feriados, las de Semana Santa,
Pasqua de Resurreccion, de la Natividad
del S.r Los dos dias de Carnestolendas,
el de Zeniza, el de los finados, y el de
S.ta Theresa de Jesus, en q. no se â de ha-
zer novedad, observandose en estos dias
la Costumbre, que a havido hasta aqui,
tendrase entendido en ese Consejo, y dis-
pondrâ su cumplimiento=
Y haviendose publicado en todos, le man-
daron guardar, y cumplir segun, y
como en el se contiene=

Forus.

Equites Ordinum militarium in Regni Castellæ gaudent privilegio fori in criminalibus, ita ut soleà à Supremo Ordinum Consilio puniri valeant. In civilibus vero, licet posint coram eodem Tribunali conveniri, posunt tamen citari ab Ordinario, qui contra illos civiliter usque ad sententiæ executionem procedet. Itaque forus est necessarius ex parte rei Cruciferi, qui non potest illum declinare civiliter conventus; sed ex parte actoris est voluntarius, nam potest eum etiam apud seculares Judices convenire in causis civilibus, ac per consequens forus privilegiatus concurrit cum Ordinario, ut docet, et usu receptum testatur Carleval cum aliis de judic. tit. 1. disp. 2. n. 150. qui omnino videndus est circa Ordines militares, earumque forum, et privilegium, tum ex Bullis Apostolicis, tum ex concordiis, Consuetudinibus, et Regiis Rescriptis. Notandum tamen, quod si actor, et reus sint Cruciferi, cesat electio, et præcise conveniendus est reus in Regio Ordinum Senatu, ut docet Carlev. citat. n. 150. et Later Llendo de Ordinib. militar. disquisit. 2. n. 83. in fine.

An autem Viduæ equitum Ordinum militarium gaudeant privilegio fori, quæstionis est, et licet negativa opinio multos habeat Patronos apud Contriada tom. 3. decis. 111. n. 37: opinio tamen afirmativa verior est, et probabilior tum rationibus; tum etiam Doctorum numero, et authoritate, ut constat ex dicta decisione Regentis Contriada n. 38. cum seqq.

Senatores solum in Senatu conveniri posunt, l. Senatores 2. C. Ubi Senatores, vel clarissimi. Anton. Faber in C. lib. 3. tit. 17. deffin. 1. qui hoc privilegium ad viduas transmitti negat, et ad liberos,

ea ratione, quia Senatoribus competit, non propter dignitatem, sed propter Officij necessitatem, ut explicat de fin. 3. eiusdem tituli. Contrariam tamen sententiam tenet Corbada tom. 3. Decis. 144. ex num. 38. quæ absque dubio probabilior est. Et hi non obstantibus, cum in Regio Consilio libellum proposuisset Collegium Alonense Societatis Jesu, super legati prestatione contra D. Antoniam de S. Millan, et D.n Ferdinandum Mathau, viduam et filium respective D. D. Laurentij Mathau Villamd. olim eiusdem Supremi Senatu Consiliarij, remissa fuit causa ex officio ad Ordinarium; Unde Antonij Fabrij sententia approbari videtur, licet non immerito dubitari valeat, an id Senatu Arbitrio tribuendum sit, an vero Juris dispositioni, maxime, cum Privilegium cum Curia utrique parti conveniat.

Milites armata Militia, tam in Civilibus, quam in criminalibus, gaudent privilegio fori Militaris, et solum conveniri possunt coram suis Judicibus Militaribus. L. Magisteria 6. C. de Juris. omn. Judic. Optime, et plene Carleval de judic. tit. 1. q. 2. Sectione 4. per totam fol. 107. Veaese el Auto acordado 64. que es del año 1697. en que se concede a los soldados el fuero Militar en lo Civil, y Criminal con ciertas limitaciones en quanto a los Guardias de Corps, de quibus ibi. Similiter militum uxores gaudent privilegio fori militaris. L. 1. C. de uxoribus militum, et filiis C. de Incolis lib. 10. et ibi videndus D. Maya. Corbada tom. 3. Decis. 144. ex num. 1.

Por la ultima Real Ordenanza de 12 de Julio de 1728. lib. 4. tit. 10. articulo 1. dize S. M. ibi: Hallandonos informados de el abuso que hay en el Fuero militar, solicitandole muchos que no le deven tener, por cuyo medio embarazan el uso a la

jurisdiccion ordinaria, y otras, y por consequencia la buena administracion de Justicia, en grave perjuicio de nuestro servicio, y de la Vindicta publica: Hemos Resuelto declarar, como declaramos, que los que de hoy en adelante han de gozar el referido fuero, son los Militares, que actualmente sirven, y sirvieren en nuestras Tropas Regladas, o empleos que subsisten con exercicio actual en guerra, y que como tales Militares gozaren sueldo por nuestras Thesorerias de guerra; todos los Oficiales Militares de qualquiera grado, que sirvieren en la Marina, y Armada de mar con Patentes nuestras, y sueldos por nuestras Thesorerias; y assimismo los Militares, que se hubieren retirado de el servicio, y tubieren Despachos nuestros para gozar de fuero, pero con la diferencia, y distincion, que abaxo se expresara.

Y en el articulo 5. dize: Y para que no haya dudas, que ocasionen disputas sobre los casos en que no les deve aprovechar el fuero militar a nuestras Tropas, ni a los Oficiales de Milicias, declaramos, que en pleitos, o particiones de herencias, bienes Raizes, o de maiorazgo, debitos Reales, fraudes a la R.l Hazda tratos, y comercios, resistencias a la Justicia, desafios, y uso de armas cortas de fuego, en los casos

no permitidos, han de conocer las Justicias ordinarias del territorio en que estubieren los bienes, o se cometiere alguno de los delitos expresados, con inhibicion de la Justicia militar, porque es nuestro animo, que en las causas de esta naturaleza, no tenga accion; y que entiendan en ellas los Tribunales, y Juzgados a quienes tocare, tanto en primera instancia, como en apellacion.

Lo mismo se dispo. y mandó en la Pragmatica del S.r D. Fernando el VI. Catholico publicada en el año pasado de 1757. en la qual se ordena: que ninguno pueda traer armas blancas cortas, vajo de varias penas, y q.e en este caso el que las tragere este sugeto al ordin.o aunq.e sea Militar, individuo, ô dependiente de la Inquisicion &. porq.e por el hecho de llebar d.has armas pierde el Privilegio (por grande que sea) de exempcion &.

Fideicommiſſum =

Fideicommiſſum duplex eſt. Aliud vulgare, quod bona testatoris tantum comprehendit, et in quo heres gravatus trebellianicam ex eis detrahere poteſt: aliud vero pupillare, quod locum habet in ſpecie Leg. Scœvola 76. ff. Ad trebellian. cum ſcilicet Pater, qui filium Impuberem heredem inſtituit, et poſtea, non in teſtamento, ſed in codicillis, ei pupillariter ſubſtituit. Tunc enim venientes ab inteſtato gravati cenſentur hereditatem pupilli reſtituere ſubſtituto, juxta prefatam Leg. Scœvola, et Leg. Si fundum, alias Si tibi 92. §. fin. ff. de Legat; et quamvis poſſint detrahere ex pupillari hereditate trebellianicam, non tamen Legitimam; quia in ea, nec gravatus fuit, nec gravari potuit pupillus. Maſſinius in Leg. 1. Cod. de Impub. et alijs ſubſtit. Rosta in cap. Si Pater de teſtam. in 6. verb. Interdum ex num. 1. ad 28. fol. 383. et verb. obliqua n. 38. et verb. de filio, ad filiam n. 22.

An autem quando Mater pupillariter filio ſubſtituit, valeat ſubſtitutio, ſi non jure directo, ſaltem in vim fideicommiſſi, anceps eſt queſtio; in qua Franciſcus Ferrer in tractat. de Impub. et alijs ſubſtit. Gloſſa. 1. ex n. 128. ad 192. optimè probat, nullam nulliuſque roboris, et effectus eſſe pupillarem ſubſtitutionem, factam à Matre, nec valere poſſe in vim fideicommiſſi, ſive fiat in teſtamento, ſivè in codicillis, idemque docent Roderic. Suarez in repetit. Leg. Quoniam in prioribus cod. de inoffic. teſtam. Limitat. 1. n. 13, et 14. Marta de ſucceſſ. Legal. part. 4. queſt. 32. Artic. 2. ex n. 10. Unde rectè monet Emanuel Suarez de Rivera totam hanc materiam ad duo precipuè capita reduci poſſe. Unum quando ſubſtitutio pupillaris fit à Patre filio Impuberi, non in teſtamento, ut poterat, ſed in codicillis, qui eſt caſus Leg. Scœvola 76. ff. Ad trebell. Aliud vero, cum fit à

Matre, cui nullo jure permissum substituere filio pupillariter; ac per consequens nec Lex, nec ratio cogit ad judicandum extendam esse substitutionem, quam nulliter fecit, in fideicommissariam, ut explicat citatus Rivera in Annotation. ad Gomez. Litter. F. n. 24. Ipse tamen Gomez part. 1. Variar. Cap. 5. n. 6. acerrime defendit hujusmodi substitutionem factam à Matre extendi debere in fideicommissariam, itaut filius in pupillari ætate decedens, teneatur restituere, non suam, id est pupillarem, sed Matris hæreditatem substituto; quia cum non possit valere jure directo in omnibus bonis, obliquatur, et valet jure fideicommissi, in bonis tantum testatricis, eandemque sententiam tenent innumeri, quos refert, et sequitur Ayllon ibid. in Additionibus, confuse tamen, ut ibidem advertit Suarez de Rivera jam citatus. Ex quo sequitur fideicommissum hujusmodi vulgare esse, et restrictum ad bona materna; non vero pupillare, itaut extendatur ad pupillaria = Vide infra fol. 295.

Fiscus.

Certum est, fiscum hypothecam tacitam habere in bonis debitorum fiscalium pro tributis, collectis, gabellis, et quibuscumque alijs creditis, ut constat ex leg. 1. cod. si propter publicas pensitationes. leg. 1. et 2. cod. in quibus causis pignus, vel hypoth. tacit. contrahat. quia mulier, et fiscus aequiparantur in hypotheca legali, et inter eos, qui prior est tempore, potior est iure, leg. 2. Cod. de priu. fisci. leg. Dotis Cod. de iur. dot. leg. 29. in fine, et leg. 33. tit. 13. partit. 5.

Similiter certum est, nullam, iure communi atento, concedi fisco prolationem respectu creditoris hypothecarij anterioris, qui tacitam habet hypothecam. Iure tamen Regio, quidquid dubitent Azevedo, in leg. 8. tit. 18. lib. 9. Recop. ex num. 11. et 12. Rodriguez de concurs. creditor. 1. parte, art. 5. ex num. 17. Gutierrez de gabell. quest. 35. num. 3. indubitabile videtur fiscum indistincte praeferri quibuslibet anterioribus creditoribus, qui non habeant expressam hypothecam specialem, vel generalem, leg. 33. tit. 13. partit. 5. quae eandem prolationem concedit mulieri pro dote. Hanc sententiam latissime probant in d. leg. 33. Gregor. Lopez, Acosta de privileg. creditor. regula 2. ampliat. 7. d. Olea cum alijs de cession. iur. tit. 6. quest. 3. num. 26. Et praefatus Acosta num. 16. docet, hanc fisci prolationem, nedum ipsi competere respectu creditoris tacitam hypothecam habentis, sed etiam respectu illius, qui expressam, et specialem habuerit anteriorem, quando debita descendunt ex tributis, quae servicio de millones apellamus; ex eo, quia cum tributum istud, in-

positum sit ob praecipuas, et urgentissimas bellorum necessitates, propter quas contra iuris regulas etiam ecclesiastici exempti contribuere tenentur: perin de haberi debet, ac si de causa primipili iudicandum esset, in qua utilitas publica vertitur, leg. Vtilitas cod. de primi pili lib. 12. et constat ex leg. Satis notum Cod. in quibus causis pign. vel hypoth. tacit. contrah. Flores de Mena Variar. q. 6. art. 3. n. 18.

His suppositis dubitatur, an hoc prelationis privilegium fisco competens, in eius cessionarium transeat. In qua difficultate licet aliqui DD. negativam sententiam teneant, eo motivo, quia nullibi cautum invenitur, quod fiscus prelationis privilegium in alium transferat, asserentes leg. fin. Cod. de privileg. fisci accipiendam esse de privilegio reali, hoc est, de tacita hypotheca, quam habet in bonis debitoris: tamen contraria opinio, que cessionario fisci privilegium prelationis concedit, verior, et communior est, ut probat Olea d. tit. 6. q. 3. ex num. 26. Acosta d. reg. 2. ampliat. 6. num. 117. Arias de Mesa lib. 1. Variar. cap. 20. numero 17.

An autem solventi fisco in eius iura, et privilegia sine cessione succedat, quaestio est non modica. In qua Rogerol allegat. 11. num. 58. cum alijs quos refert Olea tit. 5. quaest. 4. num. 30. hoc fisco indulgent privilegium, ut iura fiscalia sine cessione transferre possit, et transferat. Ipse tamen Olea dicto num. 30. cum tribus seqq. praefatam opinionem, omni fundamento destitutam esse docet,

non obstante dispositione tex. in leg. infraudem §. qui pro alio ff. de iure fisci, quo solum probat, posse eum, qui pro fisci debitore soluit, cessionem congruo tempore postulare. Et contra vero ex leg. 3. et leg. ultima Cod. de priu. fisci. et leg. Cum alter Cod. de fideiussor. expresse constat, soluentem fisco cessione indigere, ad hoc ut in eius iura succedat.

Licet controuersum sit, an fiscus possit fideiussori, uel alij soluenti, ex interuallo cedere iura, adeo ut Noguerol dicta allegat. 11. n. 70. Afaro de Offic. fiscalis glos. 16. priuilegio 36. num. 146. dicant affirmatiuam sententiam expressam esse in leg. Cum possessor ff. de censibus, quos sequitur Arias de Mesa lib. 1. Var. cap. 23. a num. 16. et 21. Verius est hoc priuilegium fisco non competere ex Olea dicto titulo 5. q. 4. num. 34. quia solutione eius quod debetur extinguitur actio, et obligatio, et in casu dictæ legis Cum possessor, ideo ex interuallo iura cedi potuerunt, quia cum cessionarius esset tertius hypothecæ possessor, ius nominis emisse videtur, ac proinde cessio quolibet tempore utilis est, non tamen id contingit ex fisci priuilegio, ut docet Olea citatus.

Fiscus in crimine hæresis, et læsæ Maiestatis, saltim post sententiam declaratoriam (quæ an necesaria sit, uide infra fol. 218.) bona confiscata vindicare potest à tertio possessore, qui illa adquisiuit post commissum delictum, emtorique pretium non restituitur, nisi constet uersum fuisse in hæretici utilitatem; Cap. Cum secundum 19 de Hæretic. in 6. Farinac. q. 190. per totam. Gomez lib. 3. Var. cap. 14. n. 4. licet

contrariam sententiam mordicus teneat P. Sanchez in Decalogum lib. 2. cap. 22.

Fiscus in mercibus quæ in commissum cadunt an præferatur creditoribus personalibus, et hypotheca rijs debitoris, anceps est quæstio. In qua D. Salgado in Laberinth. p. 4. cap. 2. per tot. maxime ex num. 74. nervose probat, prælationem fisco competere, ex principali motiuo, quia per commissum resoluun tur hypothecæ, actiones, et obligationes antea quæ sitæ per creditores.

Fiscus quomodocumque succedat (excipe casum commissi) et siue ex delicto publicauerit bona, siue tanquam ab indigno auferat, uel ut cadu ca adquirat, uel ut Vacantia occupet, hæredis personam induit, et hæres anomalus nuncupa tur, quia succedit, non per repræsentationem, aut transmissionem, sed per anihilationem personæ. Unde hæredis loco habetur, iura actiua et passiua consequitur, et ad debita antea con tracta tenetur, ut late docet Olea tit. 5. quæst. 2. ex num. 27. Et si bona confiscata alteri donen tur, aut cedantur, cessionarius recte Utili actio ne conuenitur, non solum ob æs alienum, uerum etiam pro alimentis filiorum, licet naturales, aut spurij sint, ex Olea ibidem num. 28.

Fiscus quemlibet, licet ecclesiasticum, trahit ad su um forum, et proprios iudices fiscales. Salgado in labyrinth. p. 1. cap. 1. per tot. Cortiada tom. 5. Decis. 251. Si tamen in iudicio conueniri, cre

ditores, aut maior illorum pars fisco soluant id, in quo interesse habet fiscus, aut conueniant in concedenda ei prolatione (de quo ultimo casu ualde dubito) permanere debet apud primitiuum iudicem concursus, causa cognitio; et si iam ad tribunal fiscale fuerit euocata, remitti debet ad primeuum iudicem, ex Salgado citato num. 19. cum seqq. Ratio est, quia cum interesse fiscale sit qualitas atributiua iurisdictionis, interesse fisci cessante, et priuilegium cessat, ex Salgado ibidem num. 21. qui num. 31. in praxi receptum testatur, quod quoties contingit litem concursus ad fiscum trahi, ibidem tamdiu permanere debet, donec fiscus de suo credito satisfiat, ita ut exinde ad primum tribunal deuoluatur, ut in eo lis finiatur.

An autem priuilegium fori, quo fiscus utitur ut causas fiscales, siue agendo, siue excipiendo, ad proprios Iudices trahat, in eius cessionarium transeat, ardua questio est. In qua licet magis communis sententia hoc priuilegium cessionario indistinte concedat: tamen Cartenal de iudit. tit. 1. disp. 2. ex numero 708, quem sequitur D. Olea tit. 6. q. 3. n. 30. 1 cessionarium fori rius esse dicit, solum eo casu fisci cessionarium fori priuilegio uti, quo cessio ex causa necessaria fiat. Si uero ex causa uoluntaria, minime hoc priuilegium consequi, quia non debet esse in libera ministrorum fiscalium uoluntate, communicare cui uoluerint forum fisci, et auocare causas à iudicibus ordinarijs, contra leg. 2. et tot. tit. C. Ne fiscus, uel Republica &c.

An post perfectum contractum posit Fiscus novam admittere Oblationem?

An Fiscus post perfectum contractum, posit novam oblationem admittere, quaestio est, orta ex l. si tempora C. de fide, et jure hastae fiscalis. Et quidquid sit de jure, ex Regionie consuetudine decidendam esse defendit Corradin. de jure praelationis q. 65. per totam.
Certum tamen videtur, non posse Fiscum, a contractu semel perfecto recedere, juxta expressos tex. in l. de contractu, C. de Rescin. vendit. l. 1. et 2. C. Ne Fiscus rem quam vendidit, evincat. Nec relevat, quod jure Regio admitti posit ac debeat adjectio, sive la Puja del quarto infra tres menses a die celebrati contractus, modo, et forma stabilitis in Legibus Regijs, tit. 13. lib. 9. Recopil; quia tamquam exhorbitantes, et correctoria juris communis, servandae tantum sunt in casu praeciso in quo loquuntur, et nullatenus extendendae.
Hinc fit, Cameram Apostolicam, quae Fiscus Pontificius est, huiusmodi adjectiones admittere non posse, postquam spolia Episcoporum cessit, aut vendidit, servatis de jure servandis, nec etiam in locationibus fructuum, et Reddituum, vacante sede Episcopali, ad Cameram pertinentium. Cum enim per cessionem, aut venditionem rite, et recte factam omne jus transtulerit in Cessionarium, seu emptorem, toto tit. de heredit. vel actione vendita: nihil ultra cedere potest. Ex quo amplius sequitur Collectorem Generalem jurisdictione carere post cessionem, cum deficiat jus, seu qualitas illius attributiva. Et non modicum urget tex. in l. 5. et fin. C. de locat. praedior. Civit. lib. 11. ibi: sed nec locabitur alteri, licet ingenti videatur augmento, superari possessio. Et in l. Lucius §. fin. ff. ad Municipalem, ibi: Idem respondit, si Civitas nullam propriam legem habeat, de adiectionibus admittendis, non posse recedi a locatione, vel venditione praediorum publicorum

iam perfecta. Nec ad rem faciunt leges Regiæ iam citatæ. Cum enim facultas meliorem conditionem offerendi, sit pars contractus in quo admitti jubetur adiectio: nihil contra bonam fidem fit in illius admissione. At in cessione spoliorum (nisi aliud fuerit stipulatum) jure Gentium servandus est contractus.

Et quamvis Barbosa scribens in causa Caurien. lib. 3. voto 81. defendat, admittendam esse adiectionem, si bene inspiciatur, non obstat, imo firmitatem contractus cessionis, si rite, et recte facta sit, agnoscit. Eo enim casu, concurrebat læsio adeo gravis, ut cum spolium venditum fuisset 400. Ducatis, illico oblata fuerint 2000. Deinde constitit de fraude, et dolo in subhastatione, quia reiecta fuit oblatio alterius, qui 200. Ducatos amplius, scilicet 600. offerebat. Rursus, novus licitator ultra oblationem, et pretium 2000. Ducatorum, integre creditoribus Episcopi satisfacere se obligabat, quod se facturum negabat primus cessionarius, seu emptor. Quibus concurrentibus, nihil mirum, si nova oblatio admissa fuerit. Hæc tamen non procedunt in proposita specie, in qua contractum bona fide celebratum supponimus, ac rite, ac recte perfectum. Vide Balmaseda de collectis q. 21. n. 13. D. Olea tit. 3. q. 9. n. 36.

Filius naturalis.

An quando ad maioratus successionem vocantur filij simpliciter, absque qualitate legitimitatis, succedat filius naturalis primogenitus, exclusis agnatis, vel cognatis in filiorum defectu substitutis, controversa quaestio est. In qua D. Molina de Hispanorum primog. lib. 3. cap. 3. ex n. 11. quam ibi sequuntur Addent. negativam sententiam tenet, ea ratione ductus, quia maioratus suapte natura tendit ad conservationem honoris, splendorisque familiae, qui finis principaliter à Testatore intentus, plurimum distat à naturalium lave, quippe, qui nec sunt de familia, neque agnati, imo jure Regio infames de facto censentur. L. 2. tit. 6. par. 7.

Afirmativam tamen opinionem acerrime tuetur D. Larrea, decis. 82. per tot. ubi nº. 3. ita Senatum Granatensem censuisse testatur, maxime deficientibus alijs descendentibus, et consanguineis legitimis. Quam etiam sententiam tenent Flores de Mena, var. lib. 1. art. 2. n. 8. et D. Castillo, lib. 5. cap. 82. n. 13. ubi plenissime. Imo addit Larrea, dic. decis. 32. ex n. 37. quod indistincte, etiamsi non defecerint alij consanguinei, et collaterales legitimi, sed solum deficiant descendentes legitimi fundatoris promogenij, descendentes naturales praeferendi sunt alijs consanguineis, quia apellatione descendentium, naturales etiam comprehenduntur. Et cum primogenia nihil aliud sint, quam fideicomissa perpetua familiae relicta, in quibus proximus quisque ex familia succedere devet: sicut in fideicomiso familiari, per existentiam filij naturalis, deficit conditio si sine leberis, et excluditur substitutus. L. ex facto, §. si quis rogatus, ff. ad Trebell: ita pariter dicendum esse contendit in maioratu, ad cuius successionem filij simpliciter invitantur, ut optime prosequitur ex nº. 10. Rursus cum ex generali Hispaniae consuetudine, filij naturales gaudeant nobilitate parentum, in eorum bona succedant, Armis Gentilitijs utant, agnati, et de familia censeant. L. 1. tit. 17. p. 7. et ibi Greg. Lop. glo. 1. cessat ratio ob quam iure Comuni à fideicomiso dignitatis excludere eos vollunt contrariae sententiae sectatores, ut latissime pariter, et doctissime prosequitur omnino videndus cit. Larrea. = Quid si fi-

lius naturalis legitimetur per Rescriptum Principis? Vide Molina lib. 3. cap. 3. per tot. Antunez de donat. lib. 2. cap. 16. et alios citatos ab Aguila in addit. ad Rojas par. 1. cap. 6. n. 52. et 53. praecipue Cyriacum contro. 207. et 208. per tot. ubi probat valere legitimationem filij naturalis actualis possessoris contra transversales legitimos substitutos, dummodo non sint exclusi expresse legitimati, quod accidit quando vocantur ex legitimo matrimonio nati, non vero si vocentur tantum legitimi. Et hanc sententiam veram agnoscit Aguila d. n. 53. = Vide omnino Rojas de incompatib. par. 1. cap. 6. §. 6. per totum.

Filius illegitimus per Rescriptum Principis legitimatus, vere legitimus est quoad omnes iuris effectus. Unde ipsi legitima debetur, et competit ius dicendi nullum testamentum aut etiam inofficiosum ex tex. in Auth. quib. mod. naturales efficiant. legit. §. igitur, et probat D. Covar. de matrim. par. 2. cap. 8. §. 8. per tot. ubi n. 13. et seqq. commentitiam esse convincit distinctionem, quam aliqui Doctores faciunt inter veram legitimationem, et simplicem dispensationem; nihilque referre, an filius naturalis sit, an vero ex adulterio, incestu, vel alia fornicatione legi naturali, divina, vel humana prohibita, natus fuerit, ut possit per Principem legitimari; quia licet ipsemet Princeps permittere nequeat coniunctionem illam illicitam, permittere tamen potest, imo iubere, illegitime natum in eo statu esse, quo ab initio iure naturae omnes legitimi nascebantur, et quo ipse nasci potuisset, cum iuri humano libere valeat Princeps derogare, nec aliud facere intendat per veram legitimationem, quam civilis legis effectus, quoad legitimatum de medio tollere.

Filius naturalis, an faciat deficere conditionem, si sine liberis decesserit, vide Cardin. Manticam de coniectur. lib. 11. tit. 9. per totum.

Filiatio — Legitimitas.

Licet Regula iuris sit, rem iudicatam tertio non citato praeiudicium non inferre. L. cum quaeritur 42. cum duab. seqq. ff. de except. rei iudic. D. Salg. de Reg. prot. p. 3. cap. 16. n. 28. D. Leon, tom. 1. deci. 78. et Crespi, observ. 22 q. 6: tamen in Causa filiationis secus est, L. ingenuum, ff. de Stat. hom. L. divi, §. 1. ff. de liberali cau; quia sententia in causa filiationis contra patrem lata, omnibus alijs nocet, et prodest, quibus ex ea radice ius competit. L. 1. et ult. ff. de liber. agnoscen. nam cum pater, à quo causa filiationis in alios derivatur, legitimus contradictor sit caeteris etiam ignorantibus prodest, aut nocet. L. 20. tit. 22. par. 3. Paz de tenu. cap. 43. n. 1. 2. 3. 4.

Alia res est, in materia legitimitatis, in qua sententia non facit ius quoad omnes, ex doctrina Innocentij in cap. Causam. qui filij sint legit. quam, et alios refert, et sequitur Paz, dic. cap. 43 ex n. 5. Ratio est, quia causa ingenuitatis, de qua loquuntur iura citata, pertinet ad ius publicum; causa vero legitimitatis ad ius privatum. Rursus, legitimitas numquam plene probatur, sed indicijs, et praesumptionibus, et sic semper audiendus est ille, qui maiori evidentia probare contendit. Ex quo infert praefatus Paz, sententiam Tenutae, adversus patrem prolatam ratione illegitimitatis, eius personam non egredi. Subdens, quod licet regulariter sententia lata contra praedecessorem, praeiudicat successori: hoc ideo fit, quia cum quaestio sit super validitate maioratus, institutoris voluntate, bonorum qualitate, aliave simili causa, sententia realis est, et omnibus praeiudicium parit, tanquam praedio data. Dum vero pro patre, aut contra patrem fertur, cum personam respiciat, caeteris non praeiudicat. Aflictis, deci. 345. n. 10. et 11. et ex eo, et alijs Paz, ubi prox. n. 8.

Deinde cum in causa illegitimitatis lata praesumatur sententia, ex defectu probationum, impediri non debet, etiam in iudicio possessorio, ille qui legitimas probationes adducit, quominus Tenutam proponat. Quae omnia, si inter patrem, eiusque filios, et lineam procedunt: à fortiori admittenda sunt favore tertij, qui in Tenutae iudicio non interfuit, in quo de legitimitate actum fuit.

Quando enim diversa est linea, et diversa causa petendi, res iudicata non nocet, maxime ubi partes consentiunt, ut iterum de earum iuribus agatur. D. Crespi, observ. 22. q. 6. n. 203. Cancer, var. lib. 3. cap. 17. n. 13. Vide D. olea resolut. 4. ex n. 9. Valencia, illustri. iuris tractat. lib. 2. tract. 2. cap. 10. per tot. Et in terminis, quod sententia lata in iudicio tenutæ ratione illegitimitatis non pariat rem iudicatam, imo ea non obstante filius cuius pater succubuit in iudicio tenutæ, ex defectu probationis legitimitatis, possit eo mortuo, denuo intentare tenutam, docent Addent. ad Molin. lib. 3. cap. 13. n. 22. Ratione praedicta, quia hac sententia respicit personam à qua non egreditur, ac per consequens eius effectus ad successores non transeunt.

Hinc docet D. Valenzuela consil. 69. ex n. 203. decretum Senatus Supremi, latum in iudicio tenutæ, super statu de Tobar, et Marchionatu de Berlanga, nihil obstare quominus Comestabilis Castellæ audiretur mortuo ultimo possessore, qui decretum pro se obtinuerat, imo teneri iudicare iuxta id, quod atento praesenti statu fuerit iuri conforme, ut prosequitur ex n. 244. et n. 248 docet, sententias Regias, ex falsa causa latas, non habere vim legis, quia esset contra ius gentium, et naturæ, tueri sententiam, quæ adversus testamentum dicta est, et cuius thenor excludit vocatum à testatore.

Filij nati ex matrimonio putativo

Certum est, filios natos ex matrimonio putativo legitimos esse et parentibus, Consanguineisque succedere, atque ad feuda, fideicomissa, et maioratus admitti, quamvis expresse filij legitimi, et de legitimo matrimonio vocati fuerint in investitura, seu fundatione. Cap. Pervenit, et Cap. Ex tenore, qui filij sint legitimi. Plenissime D. Castillo, lib. 2. controv. cap. 11. per tot. ex Olea omnino videndus, tit. 1. quest. 8. ex n. 8. Dicitur autem matrimonium putativum, quod vere, et solemniter celebratum est, ex impedimento tamen aliquo, non subsistit, quod ambo Coniuges, vel eorum alter probabiliter ignorabant, ut ex dic. Cap. Pervenit et cap. Ex tenore, qui filij sint legit. docet Olea cit. n.° 9. At D. Castillo dicto cap. 11. n. 8. melius, et clarius docet, matrimonium putativum ad predictos effectus tunc dici, quando in facie Ecclesie, palam, et cum bona fide contrahentium, vel alterius eorum, ac denique servata forma text. in Cap. cum Inhibitio, de clandestina desponsatione, celebratum fuit; et post Concilium Tridentinum amplius requiritur presentia Parrochi, et testium, ex cap. 1. ses. 24. de reformat. matrim.

Forma textus in dic. cap. cum Inhibitio, tradit Innocentius tertius, his verbis: Predecessorum nostrorum vestigijs inherendo, clandestina coniugia penitus inhibemus::: Statuimus, ut cum matrimonia fuerint contrahenda, in Ecclesijs per Presbiteros publice proponantur, competenti termino prefinito, ut infra illum qui voluerit, et valuerit, legitimum impedimentum opponat. Et §. 1. ibi: Si quis vero huiusmodi clandestina, vel interdicta coniugia inire presumpserit in gradu prohibito, etiam ignoranter, soboles de tali coniunctione suscepta, prorsus illegitima censeatur, de parentum ignorantia nullum habitura subsidium: cum illi tali contrahendo non expertes scientie, vel saltim affectatores ignorantie videantur. Ex quo textu probatur, primo matrimonium esse clandestinum, si non premissis denuntiationibus celebretur; et secundo prolem ex eo procreatam illegitimam esse, non obstante parentum ignorantia. Licet enim matrimonium clandestinum, iure antiquo, quo ad filios presumeretur legitimum, dummodo non contraheretur in casu de iure prohibito, D. Crespi, observ. 23. ex n. 102, et in dubio presumenda sit bona fides, ex Olea dic. tit. 1. quest. 8. n. 9. fallit tamen quando adest impedimentum dirimens, quia tunc, nec etiam quoad liberos legitimum matri-

monium reputatur. Quia quamvis data bona fide in altero ex coniugibus, proles suscepta legitima sit, etiam dato impedimento dirimente, si matrimonium fuit publice celebratum, quia ad effectum legitimitatis sufficit matrimonium putativum ex errore invicto, qui causat bonam fidem, propterquam presumitur ignorantia: si tamen cum impedimento concurrat clandestinitas, è contra semper scientia presumitur, et proles illegitima est, prout ex dicto cap. cum inhibitio, optime probat D. Crespi, dic. observat. 23. n. 114 et 115. Quibus consonat doctrina P. Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 1. ex n. 3. et per tot. ubi probat, matrimonium vere clandestinum esse quoad poenas incurrendas, etiā post Tridentinum, si non precesserint denuntiationes, iuxta formam Concilij lateranensis, in cap. fin. de clandest. desponsat.

Certum est, matrimonium ratum esse indissolubile, et solum questio vertitur inter DD. an hoc indissolubilitas proveniat ex iure naturæ, an vero ex iure humano Pontificio, de qua latissime agit Pater Sanchez lib. 2. disput. 13. per tot. Quod non solum procedit in matrimonio celebrato coram Parrocho, et testibus, sed etiam in clandestino, quod verum matrimonium fuisse ante Tridentinum, fide catholica tenendum est, ex cap. 2. de clandestina desponsat. et ex definitione Concilij sess. 24. cap. 1.

Sponsalia de presenti, non dissolvuntur per subsequens matrimonium, ut constat ex Cap. Accepisti 2. et cap. licet. 3. de sponsa duorum, et clarius in cap. penult. et fin. de sponsalib. etiam si copula carnalis intercesserit. Ratio est, quia sponsalia de presenti verum matrimonium sunt. Unde Alexander 3. in cap. tanta 6. qui filij sint legit. expresse decidit, quod si vir, vivente uxore sua, aliam cognoverit et ex ea prolem susceperit, licet post mortem uxoris eandem duxerit, nihilominus spurius erit filius, et ab haereditate repellendus. Quod procedit licet coniux conscius non fuerit, ut contra glosa in dicto cap. tanta, verbo aliam, docet D. Covar. de matrim. par. 2. cap. 8. § 2. sub n. 18. vers. duodecimo ubi plene.

Filiatio

Certum est, filiationem directe per instrumenta probari non posse, ex traditis ab Escobar, de purit. et nobilit. probanda, quaest. 15. § 2. et constat ex L. 13 et 14, cod. de probat; indirecte vero probari optime potest filiatio, descendentia, et parentela, per Instrumenta, ut magistraliter docet idem Escobar, dic. quaest. 15. § 3. per tot, non solum quando testator in suo testamento aliquem filium, vel consanguineum declaret, quo casu nemo dubitat ex hac declaratione filiationem, et consanguinitatem probari, nisi contrarium aperte doceatur, ut advertit n°. 28: sed etiam per verba enuntiativa in publicis Instrumentis antiquissimis reperta. Non enim qualibet enuntiativa verba probant, sed quatuor requisita copulative desiderantur, etiam in antiquis, centum annorum tempus excedentibus. Primum, quod persona, à quibus enuntiativa emanaverint, integra sint, fidedigna, et in nihilo suspecta; Secundum, quod verba enuntiativa aperta sint, et clara. Tertium, quod instrumenta, et verba enuntiativa, non ab una, eademque persona, sed à diversis facta sint. Quartum demum, quod sint plures, dua saltim enuntiationes eiusdem rei, in diversis facta instrumentis, nec unica sufficit, ut optime prosequitur Escobar, dic. § 3. ex n°. 50. Qui n°. 58 infert, unicam enuntiativam in unico factam instrumento, etiam antiquissimo nihil probare, nisi fuerit adminiculata, cum alijs coniecturis, et presumptionibus. Secundo quod si fuerint dua saltem enuntiativa, in duobus antiquis instrumentis, circa alicuius descendentiam, et consanguinitatem, plene probant in quocumque iudicio, et adversus omnes, etiam extraneos, quibus eadem linea, et sanguis sint comunes. Tertio, quod descendentia et parentela plene probantur, si earum singuli gradus in diversis sint probati instrumentis; nam si ex uno tantum instrumento appareant, nisi alijs adminiculis fulciantur, non probant. Haec autem omnia solum procedunt, quando verba enuntiativa reperiuntur in instrumentis antiquissimis, centenarium tempus excedentibus: nisi forsan plura sint, in

quibus idem factum concorditer enuntiatur, in tempore non suspecto; quia licet non probent, praesumptionem non levem faciunt, ut idem dicebar adverti n. 66. Et nota, enuntiativa vim cessare, cum id, quod enuntiatur, est principaliter in quaestione, Card. de Luca de jure patron. disc. 5. n. 13. Vide D. Castro discep. 4. n. 56.

In materia filiationis, notanda maxime est summa distinctio, quae versatur inter casum, quo probatio intenditur positive, et casum, quo fieri praetenditur comparative. Cum quaeritur an constet de filiatione positive, vel absolute, omnes regulae supra propositae recte applicantur, quia non agitur de tertij praejudicio. Dum vero disceptatur de alicuius linea, vel filiatione, non positive, et absolute, sed comparative ad aliam personam vel lineam, tunc vincere debet is, qui melius filiationem probaverit, argum. tex. in l. final. §. Sin autem C. de Caduc. tollen. ibi: ei possessio adquiratur, qui potiora ex legitimis modis iura ostenderit. Cardin. de Luca de jure patron. dis. 63. n. 39. nam purpura iuxta purpuram estimanda, iuxta emblemma 16. Saavedrae. Ideo docet Pegas de Maioratibus, tom. 2. cap. 9. n. 471. neutiquam aestimari posse probationem praesumptivam per verba enuntiativa, in tertij praejudicium, ibi: Quia dictae decisiones procedere debent ad evitandam extinctionem Maioratus, aut vacaturam haereditatis, aut quando lis fuerit contra extraneum mota; non vero quando fuerit contra consanguineum legitimum, quia tunc non sufficit probatio praesumptiva filiationis, sed requiritur plena probatio; aliter obtinere non potest.

Sed melius, et in terminis ipse Pegas d. cap. 9. n. 538. ait: Videamus de jure, si existente ex una parte probatione praesumptiva, quae alias de jure sufficeret ad obtinendum, et concurrente ex alia parte probatione certa: et proprie in casu de quo agimus, in duobus concurrentibus ad successionem, unus qui probat suum gradum, vel suam

intentionem per probationes praesumptivas, alter vero, qui eo non existente esset successurus, probat eius gradum, et suam intentionem plene, certe, et indubitate: quas etenim probationes Iudex debeat attendere, et pro quibus iudicare? Et quidem pro eo, qui certas habet probationes indubitatas. = Quam sententiam docet etiam Aponte lib. 2. consil. 3. n. 152. citatus a Pegas, et favet Caedo par. 2. decis. 73. n. 13. Et in terminis idem docet Valeron de transact. tit. 3. q. 2. ex n. 9. quae sententia nititur in expressa lege ordinata 24. §. fin. ff. de liberali causa, ibi: Ne melioris conditionis sit qui dubiae libertatis est, quam qui certae.

Maxime (ait Pegas n. 539.) quando haec successio Maioratus est adeo scrupulosa, ut ordinum dignitas, familiarumque salva sit, iuxta tex. in l. 1. §. quamvis ff. de ventre inspiciendo. Ex qua concludunt DD. quod quando in successionibus agitur de praejudicio tertij, et iste ut legitimus habet iuris assistentiam: qui voluerit illum excludere, debet habere evidentem probationem, ex qua se includere debet, et non sufficiunt praesumtiones, ex quibus intendit filiationem probare. Menoch. de arbitr. casu 89. n. 77. et de praesumpt. lib. 6. praesum. 14. n. 51. Mascardus concl. 599. n. 26. et 796. n. 1. Ponte d. cons. 3. n. 40. et 79. Castil. cap. 124. n. 12. et tradit, et concludit in terminis contra filiationem, et contra filium praetendentem successionem Majoratus, aut fideicommissi, Bichius decisione Rotae 101. n. 11. Mascardus de probat. concl. 799. n. 7. et 11. ibi: Et in his terminis, quando filius vult auferre haereditatem ab alio, non sufficit praesumptiva probatio filiationis. Petra de fideicom. q. 11. n. 484. Mascecot. var. lib. 1. cap. 70. n. 3. Et quando filius est actor, non sufficit probatio praesumptiva iuris, sed requiritur aliunde probatio certa, et vera, indubitabilisque. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 43. sub n. 95. Ludovis. dec. 278. n. 6. = Hactenus Pegas, qui ita judicatum refert.

Gabella: Tributum:

Pro Decimis, primitiis, oblationibus, terris, vel aliis in aedificatione, refectione, seu consecratione Ecclesiae donatis, nulla onera tenentur Clerici subire, neque pro donatione à Rege, vel Imperatore Ecclesiae facta. Pro aliter quaesitis per Ecclesiam, tenetur ad onera, & tributa, quae dictorum bonorum possessores, Principi antea persolvebant, et ab eo seu illius officialibus compelli potest ad solutionem, per captionem pignorum, et alia juris remedia, iuxta literalem dispositionem textus in lg. 55. tit. 6. partit. 1. ibi: Diezmos, è primicias e ofrendas, son quitamente de la Yglesia, e non deben los Clerigos dar pecho de ellos al Rey, nin à otro home ninguno. E otro si de las heredades, que dan los Reyes, e los otros homes a las Eglesias, quando las fazen de nuebo, ò quando las consagran, non deben por ellas pechar, nin por las que les dan por sus sepulturas

Vide Thomas Marnum de Ecclesia Disciplina par. 3. lib. 1. cap. 33. et 34. Pertanis in Theorica et praxi Commertij, cap. 56. fol. 141. et apud ipsum Diploma expeditum 5. Aprilis 1721. quod Portoria, et vectigalia … autes

Esso mismo es delas Iglesias, que son
fechas, è fincaron desamparadas: Ca
las heredades, quoles diesen pa mante
nerlas, que non deben por ellas pechar.
E otro si delos donarios, que los em
peradores, è los Reies dieron à las
Iglesias, non deben por ellas pechar
los clerigos ninguna cosa; fuera s
ende aquello, que estos Señores tovie
ron por si señaladamente.

Mas si por aventura la Igle
sia comprase algunas heredades, ò
ge las diesen homes, que fuesen peche
ros al Rey: tenudos son los clerigos
de le fazer aquellos pechos, e aque
llos derechos, que havian à complir
por ellas aquellos de quien las hovie
ron; e en esta manera puede dar ca
da uno delo suio quanto quisiere,
salvo si el Rey lo huviese defendi
do por sus Previllexos, ò por sus cartas;
pero si la Yglesia estoviese en algu
na sazon, que non fiziese el fuero, q
debia fazer por razon de tales here-

Videnda lex 11. tit. 3. lib. 1. Recopil. et l. 2 tit. 4. eiusdem libri. Item lex 6. 7. 8. et 9. tit. 18. lib. 9. Recopilationis. l. 5. et 11. C. de sacrosan. Ecclesijs. l. 2. et 3. C. de Episcop. et Cleric. ubi Gothofr. Novel. 37. et 131. cap. 5. et l. 1. C. de annonis, et tributis.

dades, non debe p. esso perder el Señorío de ellas, como quier que los señores puedan apremiar a los clerigos, q. las tovieren, prendandolos fasta que lo cumplan. =

Hec Regia legis dispositio, revocata non est per sacros Canones. Licet enim Alexander III. in Concilio generali Lateranensi tertio, celebrato anno 1179. quod habetur in cap. Non minus IV. de Immunitate Ecclesiæ, sub anathemate prohibeat, ne Consules, et Civitatum Rectores, gabellas, collectas, aliaque onera, Ecclesiis, et Sacerdotibus imponant, absque Episcopi, et Cleri consensu; licet etiam Innocentius III. in Concilio IV Lateranensi, quod habetur in cap. Adversus VII eiusdem tituli, eandem prohibitionem fecerit, dummodo consensus apostholice sedis non interirit: nullo modo locuti sunt de tributis Principi debitis, que tamquam de Regalibus, ad Ius Maiestatis pertinent; sed tantum de gabellis, aliisque oneribus municipalibus, ut ex expressa litera Decretorum utriusque Concilii constat.

Idem cavetur in cap. quamquam Ꝺ. de Censibus in sexto, damnata contraria consuetudine. Loquitur tamen de pedagiis, et gabellis, quæ per Universitates, vel per singulares personas imponuntur, minime vero de iis, quæ Principi debentur, aut jure Regali percipiuntur.

Similiter nihil derogat Princi
pum juri, constitutio Alexandri IV.
quae habetur in cap. Quia nonnulli 1.
de Immunitate Ecclesiae in sexto, quia
pariter de gabellis municipalibus lo-
quitur, ibi: Authoritate apostolica,
praehabita cum fratribus nostris di
ligenti deliberatione, decernimus,
non licere praefatis communiis, sca-
binis, et iis, qui in eis jurisdictiones
temporales obtinent, vel justitiam
temporalem exerceant, tallias, vel col-
lectas, seu exactiones quascumque, Ecle
siis, vel personis ecclesiasticis impone-
re, vel exigere ab eisdem, pro domibus,
praediis, vel quibuscumque possessioni-
bus ab eisdem ecclesiis, vel personis
ecclesiasticis legitime hactenus acqui-
sitis, vel in posterum acquirendis:
etiam si ipsae Ecclesiae, vel personae, vel
res huiusmodi sint infra illorum
districtum, vel territorium constitu-
tae, nec etiam liceat illis ipsas Eccle-
sias, vel personas ad distrahendum,
vel alienandum, aut extra ma
num suam ponendum acquisita

iam, vel quę deinceps adquirerent, aliqua-
tenus coarctare.

Unicus igitur textus, qui in
universo Iure canonico reperitur, pro-
hibens sub excomunicationis, et inter-
dicti pęna, ne Imperatores, Reges, ali-
que supremi Principes, tributa exigant,
vel percipiant ab ecclesiis, et ecclesiasti-
cis personis, ratione bonorum immobi-
lium, quę ab ipsis possidentur, absque
licentia apostolicę Sedis, etiam no-
mine collectę, gabellę, subventionis,
mutui, doni, vel alio quocumque
pretextu, titulo, seu causa, est con-
stitutio Bonifacii VIII in cap. clericis
Laicos, tertio, de Immunitate Ecclesiæ
in Sexto.

Quę tamen constitutio, revoca-
ta fuit a Clemente V. in concilio
Oecumenico Vienensi, ita tamen ut
Ecclesiarum, et clericorum immu-
nitas ipsis concessa in duobus Con-
ciliis Lateranensibus, de quibus
supra, intacta servetur, ut constat
ex clementina unica de Immunita-

Vide Thomasin. de Ecclesiæ Disciplina par. 3. lib. 1. cap. 42. et apud ipsum Decretum Concilij Constantiensis contra Regum, et supremorum Principum authoritatem. Consule tamen Natalem tomo 9. saeculo 15. dissert. 8. n. 2. maxime versus Octavo. Vide etiam Thomasin. par. 3. lib. 1. capite 43. n. 9. et per totum.

Quid fecerit Philippus Pulcher Franciæ Rex occasione Constitutionis Clericis Laicos, dolenter refert Natalis tom. 8. saeculo 14. dissert. 9. Et quid in Anglia Eduardus primus, Fleuri tom. 18. libro 89. n. 47.

te ecclesiae ibi: Quoniam ex cons-
titutione Bonifacii Papae VIII. prae
decessoris nostri, quae incipit Cleri-
cis laicos, et ex declaratione, seu
declarationibus ex illa postmodum
subsecutis, nonnulla scandala,
magna pericula, et incommoda
gravia sunt secuta, et ampliora
sequi (nisi celeri remedio succurra-
tur) praesumuntur verisimiliter in fu-
turum: Nos de consilio fratrum
nostrorum, constitutionem, et decla-
rationem, seu declarationes praedic-
tas, et quidquid ex eis secutum est,
vel ob eas, penitus revocamus, et eas
haberi volumus pro infectis: volen-
tes, et similiter statuentes, illud con-
tra quoscumque laicos exigentes,
seu extorquentes ab ecclesiis, ecclesias-
ticisque personis, tallias, seu collectas,
aut exactiones quascumque, et con-
tra dantes ad id faciendum, consi-
lium, auxilium, vel favorem, nec
non et circa praestandas subventio-

nei Laici ab ecclesiarum Prelatis, ac alii Viris ecclesiasticis; inviolabiliter observari, quod super iis a Predecessoribus nostris in Lateranensi, et Generali conciliis, quae Nos sub obtestatione Divini Iudicij precipimus observari districte, salubriter est provisum.

An autem vigeat apud nos prohibitio Bullae in Coena Domini, alii viderint. Hoc unum certum est, ab ea quatenus ~~quae~~ tangat Regis Regalia, et praejuditium, fuisse in Hispania supplicatum, ut docet D. Salg. de Supplicat. ab Santissim. p. 1. cap. 2. sectione IV. per totam. Et pariter constat, numquam fuisse in his Regnis receptam; imo illius promulgationem prohibuisse Philippum II, frustra Santo Pio V. reclamante, ob illud precipue caput, quo Principes damnat, qui ab ecclesiae Ministris, Tributa, vectigalia, aliaque Onera, quibus reliqui Subditi obnoxii sunt, exegerint, ut re

Vide D. Solorzan. de Jur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 25. n. 49. Vide etiam Regium Decret. infra fol. 297. quo declaratur Bullam Coenae non esse in Hispania receptam.

Sup. Bull. Coenae vid. sup. fol. 64. bto. et 65. bto.

fert Gabutius in Vita Pij V. et Na
talis in Historia Ecclesiastica Seculi
15 et 16. cap. 12. artic. 5. f. 303. et lati
us Fleuri tom. 34. Historie lib. 171. n. 22.
Vide Belarmin. tom. 2. tractat. de clericis,
lib. 1. cap. 28. 29. et 30. Covarruv. practic.
cap. 31. Joann. Chedina de restitut. quest.
15. Natalem tom. 9. Seculo 15. dissertat. 6.
art. 7. n. 14. 15. et 21. et apud eorum S. Thom.
in Commentar. Epistole ad Roman. cap.
13. lect. 1. Videatur etiam D. Joannes Ludovicus Lopez
in Discursu pro Reg. Jurisdict. cap. 10. n. 24. 25. et 26.
cap. 12. n. 98. et in Operis conclusione n. 140. et sequenti-
bus. Pre caeteris vero Marius Cutellus lib. 2. de Immunit.
cap. 36. per tot. et si lubeat, etiam cap. 8. et Vuites q. 40. per
totam, ubi optime jura Canonica explicat, quae a Diana, et
alijs circumferuntur contra Regiam authoritatem in ma
teria tributorum, et immunitatis quoad bona temporalia
Ecclesiarum, et Clericorum. Et q. 41. 42. ac 43. eandem pro
sequens materiam, probat, clericos, et Ecclesias vectigalia, cae
teraque publica onera solvere teneri ex bonis temporalibus
post fundationem, aut primam dotationem adquisitis titulo
emptionis, donationis, vel alio quocumque, hancque doctri
nam adeo urgentibus fundamentis confirmat, ut fe-
re demonstrativa videantur. Notandum etiam est ex Diana
in Epithome 166. theorem. 435. Bullam Coene vim obligandi
non habere, nisi fuerit in singulis Dioecesibus publicata,
ut in illius fine cavetur; ex quare autem subditos, si a Prin
cipe publicatio non permittatur, aut perturbandus sit Popu-
lus, et scandala secutura. Vide annotata tom. 1. observ.
fol. 149. pag. 2. Van Espen tom. 6. tract. de legum publi-
catione, cap. 3. §. 4.

Gabella. Tributum.

Quid Divus Ambrosius senserit de bo-
norum Ecclesiae immunitate, constat ex
variis locis, ubi mentem suam clare ex-
primit. Epistola enim 1a qua habetur
Tom. 4. f. 924. hec habet: Non solvunt
tributum, quibus portio Deus est. Ego
nihil debeo Caesari, quia nihil hujus
Mundi habeo. Nihil debuit Petrus, nihil
beati Appostoli mei, quia non sunt de
hoc Mundo. Et in oratione contra Au-
xentium de Basilicis tradendis, quae ha-
betur post Epistol. 32. fol. 1020. in fine lo-
quens de Imperatore, inquit: Si tributum
petit, non negamus. Agri Ecclesiae solvunt
tributum. Si agros desiderat Imperator,
potestatem habet vindicandorum, nemo nos-
trum intervenit. Potest pauperibus collatio
Populi redundare. Non faciant de agris in-
vidiam, tollant eos, si libitum est. Imperatori
non dono, sed non nego. Et in commentariis
in Evangel. Sanct. Lucae cap. 20. lib. 9. quae
habentur Tom. 3. f. 242. ait: Si tu vis non
esse obnoxius Caesari noli habere quae Mun-
di sunt. Sed si habes divitias, obnoxius es

Cesari. Sed videtur nihil Regi debere terreno,
relinque omnia, et sequere Christum. Vi
de Thomasin. de Ecclesiæ disciplina. part.
3. lib. 1. cap. 33. per tot. Van Espen par. 2. tit. 35.

Idem Div. Ambros. Lib. 4. Comentario
rum in Lucam. Cap. 4. f. 87 inquit:
Magnum quidem est, et spiritale docu
mentum, quo: Christiani Viri, subli
mioribus potestatibus docentur de
bere esse subiecti, ne quis constitutio
nem Regis terreni, putet esse solvendam.
Si enim Censum Dei filius solvit: Quis
tu tantus es, qui non putes esse sol
vendum? et ille Censum solvit, qui
nihil possidebat: Tu autem qui Se
culi sequeris lucrum, cur seculi obse
quium non recognoscas? Cur te su
pra Seculum, quadam animi arrogan
tia feras, cum seculo sis misera cu
piditate subiectus? Habetur 11. q. 1.
cap. Magnum.

Divus Gregor. Magn. Epist. 1. ad Ar
menianos, eandem Doctrinam docet. Ho
tandum est, (inquit) quorundam Episco
por levitica tantum portione esse con
tentos: his nihil esse commune cum

Principibus Seculi, quia temporalia penitus abjiciunt, ne earum ocasione legibus Imperatorum obnoxij tene antur. Porrò alij sunt, qui non contenti Decimis, et Primitijs, Pre dia, Villas, et Castella, Civitates que possident. Ex quibus Cesari deberent tributa, nisi Imperiali be nignitate, immunitatem hujus modi promeruerint, quibus a Do mino dicitur, reddite, que sunt Ce saris, Cesari, que sunt Dei, Deo.

Divus Augustinus, tractatu VI. in Ioan nem, versus finem, tom. 9. Papin. mi hi 20. cujus verba refert. text. in Cap. Quo jure, distint. 8. cum quidam male feriatus dixisset, nihil tibi, cum Rege esse, respondit: Quid tibi ergo, et posesioni? per jura Regum posiden tur posesiones; dixisti, quid mihi, et Regi? Quid tibi ergo, et posesioni? per jura Regum posesiones. Dixisti quid mihi, et Regi? noli dicere posesiones tuas quia ipsa jura humana renunciasti, qui

qui ponderentur poſitiones.

Eandem Sententiam, licet diverſis verbis, te-
nent Divus Chrisostom. Homilia 86. in Matth.
S. Hilarius cap. 23. in eundem evangelist. Div.
Bernard. lib. 1. de considerat. ad Eugen. cap. 5.
et lib. 2. cap. 5. Sanct. Gelasius Papa in Cap. Cer-
tum distinct. 13. Div. Thom. in epist. ad Roma-
nos cap. 13. lectione 1. D. Basilius tom. 2. fol. 448.
in Regula Breviori, reg. 94. Vide D. Ambrosium
lib. 2. Off. cap. 28. et D. Bernardum epistola 42.
Optime de hac materia disserit Pelzhoffer, tom. 3.
Arcanor. Status lib. 7. cap. 14. et Annaus Robertus
Rer. judicatar. lib. 2. cap. 2.

Gabella. Collecta.

De materia Collectarum latissime agit Flores de Mena variar. qq. lib. 2 quæst. 21 per totam, ubi ad intelligentiam Legum, et Consuetudinum Regni Castellæ, explicat, qui collectas imponere possint. Quibus valeant imponi, et pro quibus bonis. Qui modus in distributione, et exactione servari debeat. Et tandem, quænam personæ sint exemptæ ab onere collectarum, facta distinctione inter onera personalia, realia, et mixta, seu ut vulgo dicimus pechos reales, y concejiles. Vide Pharium Cutellum de immunitate Ecclesiæ lib. 2. q. 40. 41. 42. et 43. per totam, ubi fusissime explicat an, et quando teneantur Ecclesiæ, et Ecclesiastici gabellas, vectigalia, et tributa solvere ex bonis patrimonialibus post fundationem, et primam dotationem adquisitis.

De tributis in ... [illegible] Puffendorf. de jure Naturæ et Gentium lib. 8 c. 5 n. 4. 5. et 6.

Gabella. Certum est, gabellam solum deberi ex venditione, et permutatione, non vero ex locatione, ut probat Gutierr. de gabellis quæst. 35. et constat ex L. 1 et 2. tit. 17. lib. 9. Recop. Difficultas tamen est, quia juris in specie textus in L. item si pretio 22 alias 25. § 1. ff. locati, qui directe pugnare videtur cum L. 2 § adeo ejusdem tituli, ubi Iuris Consultus: adeo autem (inquit) familiaritatem aliquam habere videntur emptio, et venditio, item locatio, et conductio, ut in quibusdam quæri soleat, utrum emptio et venditio sint, an locatio, et conductio ut ecce: si cum aurifice mihi convenerit, ut ex auro suo annullos mihi faceret certi ponderis, certæque formæ, et acceperit v. g. trecenta, utrum emptio, et venditio sit, an locatio, et conductio? Sed placet, unum esse negotium, et magis emptionem, et venditionem esse. Quod si ego aurum dedero, mercede pro opera constituta, dubium non est, quin locatio et conductio sit.

Econtra autem in dicta L. item si pretio § 1: Cum insulam, (ait Consultus) ædificandam loco, ut sua impensa conductor omnia faciat, proprietatem quidem eorum ad me transfert, et tamen locatio est: locat enim artifex operam suam,

idest, faciendi necessitatem. Ex qua textus decisione convincitur, quod si Architectus in meo solo, vel domo, opus edificandum suis impensis suscipiat, certo quodam pretio, vel peritorum arbitrio, seu ut vulgo dicimus, à destajo, por cierto precio, ó à tasacion, erit quidem locatio, et conductio, ac per consequens, ex hoc contractu gabella non debetur, ut late probat Gutierr. dicta quest. 35. ex nº 8 cum multis seqq. D. Larrea, allegat. 111. nº 32. 33. et 34. vbi testatur, consuetudine admissum in his Regnis, ut in specie dicti. § Cum insulam, alijsque similibus, gabella non solvatur, tum quia Artifices ex pretio ipsius materie, cum ipsam emunt gabellam solvunt, qua bis solvi non debet; tum etiam, quia in hoc casu materie dominium transit ad dominum domus, non tamen ex locatione simpliciter, sed accessione soli, juxta regulam text. in §. Cum in suo. Instit. de Rerum divis. Quod licet verum sit, ita procedit, ut dominus edificij pretium materie solvere debeat Artifici, ut supponit Gutierr. vbi sup. num. 20; alias sequeretur absurdum, ut contra ius naturale cum aliena iactura locupletaretur, ac per consequens actione de in rem verso teneretur.

Extra hunc vero casum, standum est regule textus in dicta L. 2. §. adeo ff. locati, ut quando Artifex dat operam, et materiam, emptio, et venditio sit; quoties is, cui opus fit, prestat materiam, ó ipse vero tantum dat operam, locatio est operarum, ex Gutierr. dicta quest. 35. nº 40. Paz lador. lib. 4. Rer. quotidian. cap. 3. §. 2 nº 24. = Vide Balmaredam de collect. quest. 67. vbi hanc distinctionem probat ad effectum dignoscendi contractus; advertit tamen in magnis Civitatibus gabellas artificibus imponi, por Gremios. =

Gabella quoad exemptos.

A los Eclesiasticos cosecheros, conforme al Breve de el Papa Clemente Decimo, que refiere la Practica de Rentas Rs. en el §. 20. de las Condiciones de Millones num. 42. y siguientes, se les deve dar para su gasto, y el de su familia, sin Sisa alguna, lo que huvieren menester de las especies de sus cosechas, conforme a las tassas, que tuvieren, las quales dan los Ordinarios Eclesiasticos con citacion de la parte de la Rl. Hazda. Y a los demás Eclesiasticos, que no son cosecheros, se les da refaccion, como se declara en la Orden de S. M. que refiere el Author del dho libro en el mismo §. 20. n. 43. y se explica en el al n. 1. y 2. Y si los Eclesiasticos, y Religiosos, que no fuesen cosecheros, compraren estas especies por mayor para su gasto, segun su tassa, han de pagar los dros de Octava y su medio quartillo, y veynte, y ocho maravedis en Vino, y octava, y diez, y ocho mrs en azeyte, y la octava, y su medio quartillo en el Vinagre.

Los vendedores por menor del Vino, Eclesiasticos y seculares, perciben todos los dros de Millones, y assi los deven a S. Magestad, como explica el citado Autor en el dho §. 20. n. 47.

Por Real Decreto de 23 de Diciembre de 1639 revalidado por otro de 17 de Marzo de 1651, a consulta de varios Ministros, resolvio S. M. que de lo que los Eclesiasticos, y Religiosos consumiesen de lo procedido de sus cosechas, no paguen sisa (esto es millones) Que de las limosnas que se hiciesen á las Ordenes Mendicantes, en las mismas especies, tampoco la paguen. Que lo mismo se entienda en lo que fuese necesario para el Culto Divino; porque aunque el Estado Universal del Reyno, y el concurrir a estas contribuciones en la propria defensa, pu-

diera justificar la Resolucion contraria, la Inten
sion de S. M. fue, y es, guardar ala Iglesia su Im
munidad, no solo en lo claro, sino en lo dudoso. Pe
ro no siendo justo, que con el pretexto de ella, se
hagan fraudes, mandò, que con todos los Eclesiás
ticos, y Religiosos, que tubieren frutos de Diez
mos, o cosechas propias, se ajuste lo que buenamente
podran consumir, y esto les queda reservado, y de lo
demas se cobre la sisa, pues no la pagan ellos, sino los
legos, que de ellos compran, cuyo ajuste se haga por
los Administradores, donde les hubiere, y donde no, los
Corregidores, dando quenta antes de la conclusion
ala Comision de Millones, la qual dispondra esta
materia, por lo que conviene ajustar este punto. Que
con las Ordenes Mendicantes se haga el mismo ajuste
por lo tocante a limosna en especie, reservando lo
necesario para el Culto Divino, y que de todo lo de
mas hayan de pagar la sisa. Y si esto no se pudiere
ajustar, ni allanarse los Eclesiasticos, y Religiosos à
lo razonable, no se les ha de consentir tener taver
nas, ni vender sus Vinos en ellas, havisandolo assi
alos Administradores, y demas Justicias, y que hagan
los aforos delos Vinos de Eclesiasticos, como hasta en
tonces lo havian acostumbrado. Y si tubieren noti
cia de que algunos legos hazen cesiones, o Ventas simu
ladas de Vino, ò Viñas, hagan averiguacion de ello
y den quenta ala Comision (que es el Consejo de Ha
zienda en Sala de Millones) donde se proveera

de el remedio conveniente. Y tambien avisaran à los Administradores, y Justicias del Reyno, que si en algun caso procedieren los Jueces Ecclesiasticos con censuras, acudan al Consejo intentando el remedio de la fuerza, donde se proveera lo que conviniere. Y en todos estos puntos, y en los demas que miraren à escusar fraudes de Ecclesiasticos, y legos, vera la Comision, y prevendra todo lo que se hubiere de executar. Todo lo qual trae la Practica de Rentas Reales en el d.ho §. 20. num. 43. Y en los num. 44, y 45. refiere los Autos, y providencias dadas contra los Ecclesiasticos, que defraudan estas Rentas, y servicios de Millones. Vease el citado Autor §. 23. num. 1. Y el auto de los Presidentes en el cap. 2. §. 3. fol. 9.

Los Ecclesiasticos seculares, y Regulares, deven pagar indistintam.te los derechos de Aduana, de los ~~Bien~~ frutos, y generos, que embarcan, y estrahen del Reyno, transportandolos a Payses estrangeros, de qualquier modo que lo executen, aunque los tales frutos sean patrimoniales, ò procedan de sus Beneficios; no solo porque estos d.ros son de Regalia, y por lo mismo no se comprenden en la Prohibicion Canonica, sino tambien porque la estraccion de sus frutos, es negociacion lucrativa, en que no gozan los Ecclesiasticos de immunidad alguna. Assi està mandado por R.l Cedula de 5 de Abril de 1721. que refiere a la letra Uztariz en su Theorica, y Practica del Comercio, cap. 56. fol. 141. y siguientes.

Gavelas, y Rentas Rs.

Aunque por algunos estados sacados por las oficinas a que corresponde, se presupone que el total importe de las Gavelas, Rentas, y derechos Rs. que la Rl. Hazienda perzive, bajados gastos de adm.on, importan regularmente de doscientos, â doscientos y veinte millones de Rs. en cada un año: por el ultimo estado, que se formò veridico del producto liquido de las Rentas Rs. en el año de 1745. consta que importaron doscientos ~~no~~ ~~[illegible]~~ ochenta y tres millones, ~~setecientos~~ ochocientos, ~~y cinquenta~~ setenta, y ~~cinco~~ dos mil Rs. de Von en esta forma=

Por las Rentas generales de la Corona de Castilla — 15. q. 300 d Rs=

Las de la corona de Aragon, inclusos los derechos de Puertas, y Bolla de Cataluña — 8. q. 300 d Rs=

Las de Mallorca — 750 d. Rs=

Las de Canarias — 600 d. Rs=

De modo, que todas las Rentas generales del Reyno, importaron 24 q. 950 d. Rs. de Von

Las Rentas Provinziales de Sevilla, Cordova, Toledo, Mancha, y Palenzia, que estaban en

administraz.^on^ importaron 29. q.^tos^ de R.^s^ cu
ya suma unida â la que produxeron las de
mas Rentas Provinziales, compuso la de
80. q.^tos^ 4570 R.^s^ esto es:
Las de Madrid 6. q. 9008 R.^s^
Las de Granada 7. q. 9408 R.^s^
Las de Jaen 1. q. 7658 R.^s^
Las de Murzia 1. q. 9508 R.^s^
Las de Guadalaxara 1. q. 3708 R.^s^
Las de Cuenca 2. q. 4508. R.^s^
Las de Burgos. 4. q. 1358. R.^s^
Las de Leon 2. q. 8758 R.^s^
Las de Galizia 5. q. 4658. R.^s^
Las de Extremadura 4. q. 5508. R.^s^
Las de Segovia 2. q. 5358. R.^s^
Las de Soria 9858 R.^s^
Las de Avila 1. q. 7008:
Las de Salamanca 2. 0308 R.^s^
Las de Valladolid 3. q. de R.^s^
Las de Toro 1. q. 0808 R.^s^
Y las de Zamora 7278. R.^s^
Y assi el total liquido de Rentas Provinzia
les, fueron los dhos 80. q. 4578. R.^s^

Las siete Rentillas produxeron 1. q. 8828 R.^s^
La de Octavos, y Quintos de Plomo, y Alcol—
598 R.^s^
La de Azogues 1968 R.^s^

La del Sabon 1. q. 100U R.s
La de Aguardiente 5. q. 230U R.s
Y todas estas, el Total de ~~8. q. 4510~~ R.s 8 q. 467U. R.s

La Renta de Lanas produxo 7. q. 700U R.s
La de Salinas 12. q. 365U R.s Su aumento
12. q. 583U.
Las Estafetas 3. q. 523U. R.s
El Papel Sellado 2. q. 546U. R.s
Las medias annatas 1. q. 160U R.s
Las Lanzas 773U R.s
Las Yervas, y Maestrazgos 285U R.s
La imposizion de Aragon, Valenzia, y Catha
luña 30. q. de R.s
Las Rentas Patrimoniales de los mismos Rey
nos 1. q. 427U R.s
Las de Navarra 59U R.s
Los efectos de la Camara de Castilla 700U R.s
La cruzada Subsidio, y escusado de estos Rei
nos 48. q. 419U R.s
Los Arbitrios del Reyno de Galizia 454U R.s
El Servizio, y Montazgo 920U R.s
La Renta del Tavaco 60. q. de R.s
Las Flotas, Galeones, cruzada, subsidio, es
cusado, y demas efectos de Indias 30. q. de R.s

De forma que el valor liquido, y seguro de
las expresadas Rentas, montò 283. q. 872U R.s
y de ellos componen las Rentas Provinziales
80. q. 457U. R.s y las Rentas agregadas a ellas
~~8. q. 4510~~ R.s 8. q 467U. R.s

Relazion del Valor en el año de 1722

Valor cada una delas Rentas de Su Mag.d deduzido el Valor liquido de Juros, y el importe de Costas, y gastos enlas quese administraban de quenta dela R.l Haz.da sacada del Libro intitulado Theori ca, y practica de Comerzio escrito p.r D.n Geronimo Uztariz Cap. 19. Pagina 44 =

Rentas Provinziales deduzido el importe delos Juros, y con las contribuziones de Cataluña, Aragon, Valenzia, y Mallorca 8_8280163. exc.s

Aduanas, ò Rentas generales en adm.on 2_2648729 exc.s

Rentas generales y menores en arrendam.to 2370635. exc.s

Renta del Tavaco 2_4278803. exc.s

Renta de Salinas 1_7008 exc.

Papel sellado del Reyno 2450436. exc.s

Mediaannata de Merzedes 890495. exc.s

Yervas delas ordenes militares 510117. exc.s

Maestrazgos 4844. exc.s

Valimiento de Yervas 2609212 exc.s

Efectos, y Sisas de Madrid 2358296. exc.s

Servizio de Lanzas — 50 ∂. exc.
Estafetas, y Postas — 248806. exc.
Tercias, Xmos, y Ventas patrimoniales de Cathaluña, Aragon, Valenzia, y Mallorca 182031. exc.
Efectos dela camara 30 ∂ res.
Rentas del Priorato de Sn Jn. 220902. exc.
Remontas de Cavalleria delas Ordenes 20 ∂. ex.
Cruzada, Subsidio, y Escusado del Reyno 1—400 ∂. exc.
Asiento de Negros 300 ∂. exc.

Total — 18—5678000 exc. .... " 18.567018[154]

A esto añade Ustariz pr. supuesto prudenzial, las partidas siguientes.
Por el Servizio, y Montazgo delos Ganados 750 ∂. exc.
Por las Pensiones eclesiasticas pa. Hospitales Militares 180 ∂. ex.
Por los efectos del Navarra 100 ∂. exc.
Por la Cruzada, y Subsidio, beneficio delos azogues, y otras Rentas de Indias, que regularmente se traen a España, estando bien regladas las cosas 2 millones de exc.
Por los derechos, y fletes de flotas, Galeones, y Navios de Rexistros de Indias ala salida, y ala buelta, derechos de Toneladas, algunos donativos, y otras Utilidades estando corriente el Comercio 2 millones de exc.

Por lo que Cathaluña, Aragon, Valencia, Extremadura, y otras Provincias pagan annualmente p.ª Camas, muebles, Luz, y Leña en los alojamientos, y Cuerpos de Guardia, incluso el alojamiento para Oficiales en Cathaluña, y paja p.ª la Cavalleria, se consideran 1500.ᵈ ex.ˢ

Cuias partidas unidas a la de 18 – 567~~8.000~~154 –

excud.ˢ componen el total de 23 – 4~~50~~000 ~~0~~

Total – 23.450.154 escudos

exc.ᵈ

En el mismo Libro Cap.º 18. fol. 35. v.ᵗᵒ refiere D.ⁿ Geronimo Ustariz el Vecindario de toda España, dando una relacion puntual de el, que es la siguiente, arreglada a los Vecindarios que respectivam.ᵗᵉ se formaron en el Reynado de Phelipe V. desde el año de 1710. hasta el de 1723.

18.567.154.

		Resumen de los Vecinos
Años en que se formaron los Vecindarios. 1723.	La Villa de Madrid, en 8082. Casas sin Conventos, Hospitales, Refugios, Militares, ni Casas de Ministros Extrangeros	30000
Desde el año del 1710. en adelante	Partido de Madrid	7680
	Reinado de Toledo, y parte de la Mancha	42987
	Prov.ª de Guadalaxara	16974
	Prov.ª de Cuenca, y parte de la Mancha	40603
	Prov.ª de Soria	18068
	Prov.ª de Segovia	16687
	Prov.ª de Avila	10061

Provinzia de Valladolid con algunos pequeños
Partidos agregados 26939
Provinzia de Palenzia idem 14581
1712.. Provinzia de Salamanca idem 19344
1717.. Provinzia de Toro 5525
1714.. Provinzia de Zamora 7336

Desde 1710 en adelante:
Provinzia de Burgos con algunos Partidos
agregados 49282
Reyno de Leon 28556
Prinzipado de Asturias 30524

1717.. Reyno de Gallizia 118680
1716.. Provinzia de Estremadura 60393

Ciudad de Sevilla segun la Vepulazion pru
denzial echa p.r imposiziones extraordinarias. 13600
Resto del Reinado de Sevilla .... 68244 } 81844

Desde 1712 en adelante:
Reynado de Cordova 39202
Reinado de Jaen 30157
Reinado de Granada 78728

1678.. Reyno de Navarra 35987
Vizcaya, Guipuzcoa, y Alaba, segun notizias
extrajudiziales, lo mismo que Navarra 35987
1717.. Principado de Cataluña 103360
1712.. Reyno de Aragon 75244
1714.. Reyno de Valenzia 63770
1713.. Reyno de Murzia 30494
Reyno de Mallorca con Ybiza, segun noticias ex
trajudiciales, inclusos los Presidios de Africa 21110

1.140103

En los a.s de 1751 y 1752. fue Thesorero gral
Dn Manuel de Orcasitas; y haviendo dado
la Quenta que se le aprobó pr Consejo pleno de
Hazienda extraordinario que de orden de S.M
se juntó el dia 27 de Dizre de 1752, se hizo-
cargo en ella, de ochocientos noventa y seis millo
nes, ochocientos sesenta mil, y quatrocientos Rs,
que partidos en los dos años, importan en cada uno
de ellos, quatrocientos quarenta y ocho millones, qua
trocientos treinta mil y doscientos Rs, los quales
reducidos a escudos de Von, importan en cada uno
de los dos años, quarenta y quatro millones, ocho
cientos quarenta y tres mil y veinte esc, que
hazen veinte y dos millones quatrocientos, y vein
te y un mil, ~~y cinquenta~~ quinientos y diez pesos fuertes; y de a
quinze Rs. veinte y ~~ocho~~ nueve millones, ochocient ~~y dos~~ noventa y cinco mil ~~[illegible]~~
tres cientos ~~ochenta~~ quarenta ~~y siete~~ y seis pesos.

cada año Rs... 448.430200:: Escos 44.843020:: ps fes 22.421510:: de 15s 29.895346.

Gravamen residendi.

Conditio residendi in aliquo certo loco, aut Civitate, valida est in maioratibus, iuxta sententiam Roxas de incompatibilitate par. 2 cap. 1. ex n. 49. usque ad finem, qui ex hoc principio infert, incompatibiles esse duos maioratus, si utrque ex lege fundationis personalem residentiam requirat. Cuius tamen sententia dubia redditur ex l. titio centum § titio centum, ff de condicion. et demonst. et ex his, quae tradidit Cancer variar. par. 3. cap. 16 ex n. 1. ad 10. Amaya lib. 1. observ. cap. 6 per tot, maxime ex n. 21. Aquila ad Roxas, de incomp. par. 2 cap. 1. n. 14 et seqq. quorum sententia est ut in testamento habeatur pro non scripto gravamen, tanquam noxium libertati; in contractu autem valeat propter partis interesse. Urgent tamen pro sententia praefati Roxas duo praecipue fundamenta: primum, quod si onus residendi apponatur per modum conditionis, solum casualiter praeiudicat libertati. Unde vocatus conditioni omnino parere debet, si succedere intendit, ex natura conditionis potestativae. Haec tamen ratio vigebat in casu praefati l. titio centum, et nihilominus, conditionem nullam esse resolvit Consultus. Secundum; nam cum fundator maioratus successorem residere praecipiat in certo loco, ad conservandam in eo propriae familiae, et ipsius fundatoris memoriam, eius interesse versatur in conditionis, aut gravaminis adimplemento. Unde sicut contrariae sententiae Authores gravamen hoc admittunt in contractu propter tertii interesse: pariter admittendum videtur in maioratibus, licet adiectum fuerit in ultima voluntate

[illegible]

Hypotheca

An actio hypothecaria competat pro legitima, vel eius suplementum contra tertios posesores, quaestio est de qua videndi sunt Cancer par. 1. cap. 3. ex n. 16. Fontanella claus. 5. glo. 8. par. 2. n. 51. Mantica de tacit. et ambig. lib. 11. tit. 13. ex n. 28. ad 30. D. Castillo de aliment. cap. 66. qui hanc materiam latissime explicat, et negativam opinionem tenet, quando legitima non fuit in testamento relicta, ea ratione ductus, quia nulla Lege cautum reperitur, paterna bona esse tacite hypothecata pro filiorum legitima. Tum etiam quia casus in quibus tacita hypotheca inducitur, recensentur in titulo ff. quib. in casib. pignus tacite contrahat. inter quos non exprimitur, neque enumeratur casus legitimae, ac per consequens suplexi non debet. Hancque sententiam veram esse etiam iure Regio, testatur, non obstante Lege 21. tit. 13. p. 5. contra Ceuallos com. contra com. q. 632. Si vero legitima relicta fuiset filio in testamento, tunc hypothecam illi competere docet n. 12; quia cum pro legatis competat hypothecaria ex L. 1. C. comun. de Legat. idem ius dispositum esse censetur in filiorum legitima, et in hoc DD. convenire docet, cui doctrinae consonat praxis Regiae Maioricarum Audientiae, quae adnotata est tom. 1. obser. fo. 226 in dorso, et alibi.

Haec tamen distinctio, salva tanti viri pace, incomprahensibili videtur; nam si filius fuerit in testamento praeteritus, non hypothecaria, aut conditio ex Lege ei competit, sed immo ius dicendi nullum testamentum, et succesio abintestato, iuxta terminos L. in suis 11 ff. de liber. et posth. et L. filio praeterito 17 ff. de iniusto rup; qui textus licet correcti reperiantur iure novellarum, authen. ex causa C. de liber. praeter. qua cavetur, ex causa

praeteritionis, vel iniusta exheredationis non esse nullum testamentum quoad legata, et fideicomissa: hoc tantum procedit quoad effectum, ita ut non ob- stante praeteritione, filius ab intestato succedens, te- neatur legata praestare, ut docent comuniter DD.
Unde vix concipi potest casus, in quo filius legiti- mam, vel eius suplementum petere posit, nisi fue- rit in testamento relicta, in qua specie, ipsemet D. Castillo fatetur hypothecariam competere, prout etiam admittunt Cancer et Fontan. citati, et Cardin. de Luca de credito dis. 28. n. 5. licet dubius.
Quid tamen in alimentis? Regula est negativa ex D. Salgado videndo in labyr. par. 1. cap. 24. n. 82. cum seqq. et de Luca ubi proxime, q
Nota quod utrumque membrum distinctionis D. Castillo verificabile est, et in praxi contingibile, quando filius legitimam petit, vel eius suplementum contra donatarium universalem, vel causa mortis; quia cum in hoc casu donatarius sit haeres anomalus donatoris, et donatio, in quantum legitimam excedit sit inofficiosa, revocanda venit usque ad concurrentem quantitatem condictione ex Lege, quae est actio personalis; non vero per hypothecariam, quae solum competit ex D. Castillo, alijsque Authoribus supra citatis, quando legitima relicta fuerit in testamento.

Hispania

B. Paulum Apostolum in Hispaniam nostram venisse, et in ea Ecclesiam fundavisse, docet Natalis tom. 3. Historiae Dissert. 15. saeculi primi, authoritate Sancti Athanasij, B. Cyrilli Hierosolymitani, B. Epiphanij, B. Ioannis Chrysostomi, Theodoreti, Sancti Hieronymi, S. Gregorij Magni, &ca. Negat tamen, Sanctum Iacobum umquam venisse, quod varijs argumentis confirmat de quibus ibi.

Hæres beneficiatus.

Separatio bonorum fieri potest ab hærede, qui inventarium confecit, in terminis juris communi, cui consonat Regia Lex 7. t. 6. part. 6. ubi Greg. Lopez Glo. 3. dato defensore hæreditati, eodem modo ac in Regno Navarricarum fit ex Regia Pragmatica per hæreditatis depositionem. Ratio est, quia licet per quasi contractum aditionis, confundantur jura activa, et passiva, propter fictam identitatem inter defunctum, et hæredem, quæ ex illius repræsentatione resultat: tamen eo ipso quod hæres inventarium conficiat, cessat iurium confusio, et remanent salvæ hæredi actiones illi alias competentes, eodem modo, ac si hæreditas adita non fuisset, ut constat ex L. cum scimus § in computatione, vers. si vero Cod. de jure deliver. ibi: Si vero et ipse (scilicet hæres) contra defunctum aliquas habeat actiones, non eæ confundantur, sed similem cum aliis creditoribus per omnia habeat fortunam, temporis tamen prærogativa inter creditores servanda. Ita magistraliter docet D. Salg. viden. in Labyr. par. 1. cap. 9. ex nº. ad 11. et iterum par. 2 cap. 22 ubi plenissime hanc adstruit conclusionem, eamque vindicat ab argumentis Dr. Christofori de Paz, contrarium sentientis.

Hoc idem probat Carlev. de judic. tit. 3. disp. 13. qui nº. 2 addit, quod si hæres velit actoris partes asumere, oponens se executioni factæ in bonis defuncti per alium creditorem, virtute actionis sibi competentis, non confusæ, sed reservatæ beneficio inventarii, quemadmodum posset vivente defuncto, si alter creditor adversus illum viam executivam intentasset: executio erit suspendenda eodem prorsus modo, quo fieret, si viveret defunctus, et duo creditores agentes contra ipsum via executiva

contenderent de prelatione.
Hoc unum interest inter Sententias D. Salg. et Carlevalij: quod primus in hoc casu suspensionem executioni negat, quando cautio interserit loco depositi, ut explicat par. 4 de Reg. protec. cap. 8. ex n. 65. Secundus vero, non obstante cautione, in via executiva supersedendum esse ~~debere~~ contendit.
An autem haeres beneficiatus, qui cessit boni, aut concursum formabit, agere possit, et conveniri, questio est non modica, in qua D. Salg. affirmativam sententiam tenet, par. 4 labyr. cap. 11 ex n. 22 usq. ad num. 68, ea potissimum ratione, quia debitor non obstante cessione, et concursu, retinet dominium, actiones, et jura, donec boni distracti creditoribus satisfiat. D. tamen Olea, tit. 4. quest. 4. ex n. 6. et iterum num. 11 et seqq. negativam sententiam docet, quia licet verum sit debitorem post concursum, aut cessionem dominum esse, et actiones retinere: illud tamen dominium, et actiones, inefficare, innanes, et sine effectu manent, quia licet conservet domium, amitit administrationem, iuxta expressum text. in L. item si drus, ff de rem, ... recept. arbitri. et in L. 2. § 1. ff. de curat. boni dando. Fatetur tamen Olea n. 57. posse debitorem assistere liti, imo et eam movere super aliquo jure, et actione incerta, et nondum per sententiam Iudicis declarata, puta super successione alicuius haereditatis, vel maioratus, vel super nullitate, aut rescissione alicuius contractus. Ibi vide, et resol. 4. per totam.

Hæres gravatus.

Hæres gravatus per fideicommissum in eventum eveniente casu fideicommissi, non solum credita sua detrahit, verum etiam debita hæreditaria, et legata ab eo soluta, pro quibus omnibus competit retentio, adeo ut non teneatur, nec possit cogi bona fideicommissi relaxare, nisi factis ante omnia, atque solutis detractionibus, ex causa creditorum competentibus. Hæc est verissima conclusio, de qua nemo dubitat, ut constat ex traditis à Peregrino de fideicom. artic. 35 per tot, et solum difficultas versatur, an eveniente casu restitutionis, possit gravatus deducere pro crediti tot bona hæreditaria, et an pretium, attendi debeat iuxta tempus mortis testatoris, an vero iuxta tempus solutionis, factæ creditoribus, et legatarijs. Hæc quæstio difficilima est, et de ea videndus Peregrin. citat. n. 12 cum seqq.

Hæres gravatus potest deducere impensas factas in meliorationibus utilibus, et necessarijs rerum fideicommisso subiectarum, et pro illis, seu earum valore, competit exceptio retentionis. Peregrin. de fideicom. art. 50. §. 3 de impensis, ex n. 54. Tenetur tamen, sive agat, sive excipiat, meliorationes probare, ut ipsemet Author docet, sub eodem n. 64, quod licet bonæ fidei possessor teneatur compensare fructus perceptos cum meliorationibus utilibus, et necessarijs: hoc prodit ex eo, quod non habet titulum a vero domino, quod omnino secus est in hærede gravato, qui cum revera dominus sit pendente fideicommissi conditione, fructus percipit iure dominij, eosque imputare non tenetur in meliorationes, prout pariter contingit in marito constante matrimonio, vasallo et emphiteuta, durante feudo, et emphiteusi, usufructuario durante usufructu, conductore, dum talis est, et similibus, qui omnes fructus acquirunt iustissimo titulo, ac per consequens nullo iure cogi possunt eos in meliorationem imputare. Bonæ fidei autem possessor, cum fructus ratione solius possessionis

lucretur, compensare eos tenetur cum melioratione-
bus. Notandum tamen ex eodem Peregrino di-
to artic. 50 n. 68 quod licet aliqui Doctores doceant,
haeredem gravatum, retinentem propter melioxa-
tiones, vel alia credita, bona fideicomisso subiecta,
universos fructus lucrari, ita ut ex eorum senten-
tia retentio concedatur, cum beneficio faciendi fruc-
tus suos, quasi quod ex mora actoris in crediti
persolvendi haeredi, liceat fructus lucrari, ut vo-
luit Guido Pape, deci. 196: tamen ipse Peregr.
docet, solum consequi haeredem fructus melioramen-
torum, quae fecit.

Notandum etiam est, expensas per gravatum fac-
tas pro recuperatione, vel conservatione bonorum fidei-
comissaria haereditatis, detrahi debere in restitutio-
ne fideicomissi; quia licet expensae factae per ma-
iorатus possesorem super illius pertinentia, vel solum
super ipsius fructibus, repeti nequeant: si tamen
lis perpetuam ipsius utilitatem tangat, et magna
sint, repeti debent. Molina de Primog. lib. 1. cap. 28.
in fine. Et in fideicomissis certissimum est, haere-
dem gravatum, seu possesorem, detrahere posse expen-
sas factas, ad recuperanda, redimenda, aut conservanda
bona fideicomissi; quia cum non percutiant pertinenti-
am, seu fructus, refici debent tamquam melioramen-
ta necesaria, et utilia, ut nerbose docet Card. de Luca,
pro veritate scribens, de fideicom. discur. 269 per tot.

An autem restitui debeat haeredi quantitas revera
impensa, vel atendi debeat valor melioramenti, de
tempore restitutionis, vide Peregrin. dict. artic. 50.
ex n. 10 ad 14. et post eum Fontanelly, deci. 12,
et 119.

Ius Patronatus.

d. f. 264

Fundans, construens, vel dotans Ecclesiam, adquirit jus patronatus, etiamsi illud non reservaverit, dummodo expresse non renuntiaverit, juxta text. in Cap. Significavit de testibus. Cap. Nobis de jure patronat. ubi plenissime Cagnarius, qui eandem doctrinam tradit, in Capite Cum Ecclesia, de electione num. 35. Card. de Luca de jure patronat. Discurs. 55. omnino videndus, prout etiam Garcia de Benefic. part. 5. cap. 9. ex num. 62, præ cæteris vero Lambertinus lib. 1. de jure patronat. part. 1. quæst. 2. principali, artic. 4. per tot. fol. 12. qui num. 14 addit, in dubio Ecclesiam patronatam præsumi, hancque esse communem canonistarum sententiam. # Vide infra ... Præcedens decisio
An autem Fiscus, qui in defectu hæredum succedit, non jure pœnæ, sed tamquam hæres, in jus patronatus succedat, an vero Ecclesia libera maneat, quæstio est, in qua idem Lambertinus lib. 1. part. 2. quæst. 2. art. ultimo a fol. 146 pro Fisco respondet, Luca vero de jure patronat. Discurs. 38. per tot. ecclesiæ libertatem defendet. Vide Palavicinum tom. 3. Historiæ libro 24. cap. 10. ex num. 4. Notandum tamen, hoc jus, quasi temporali esse, si de patronatu laicali loquamur l. 56. tit. 6. part. 1. Natal. sæculo 13. et 14. dissert. 8. art. 3. in principio, Gonzalez Tellez in cap. quanto de judic. n. 5. Unde quilibet laici illud adquirere, et possidere possunt absque aliqua dispensatione. Covarr. in Reg. Possessor par. 2. §. 10. n. 5. Sanchez Consil. Moral. lib. 2. cap. 3. dubio 10. n. 2. Frasso de Reg. patron. tom. 1. cap. 4. n. 3. Quod nota ad effectum pendentis controversiæ super Jurisdictione Regij Senatus Cameræ in materijs juris patronatus ad Regem, eiusque Coronam pertinentis, et super dubio an pertineat. Vide Cortiada Decis. 253. ex n. 69. et per totam. Notandum etiam, quod Decimæ donatæ fuerunt a Rege Joanne Secundo a Martino V. anno 1421. Hæc siquidem unica concessio est in ...

Regia Corona et iure porrecto facta; caetera vero, quae praecesserant, temporalia, ut latissime probat Thomasinus de Eccles. Disciplina par. 3. lib. 1. cap. 44. per totum. Quod si ita est, vix defendi posse videtur assumptum probandi ius patronatus Regium ex dotatione, et concessione decimarum, cum nec de facto probetur, hanc praecessisse dotationem, nec de iure fieri potuerit.

Praecedenti principali conclusio, quod scilicet
Ius Patronatus ex sola fundatione, dotatione,
aut constructione adquiratur quin opus sit
aliqua reservatione; imo non aliter fieri po
sse, ut fundans, dotans, vel construens ali
quam Ecclesiam, Capellam, vel Beneficium
Ius Patronatus illius non adquirat, quam si
illud exprese renunciet, non solum constat
ex textuali dispositione Iurium in Cap.
Quicumque, et Cap. Filiis, vel Nepotibus 16.
Quest. 7. Cap. Quoniam, et Cap. Nobis de Iure
Patronatus, sed etiam ex comunissima omni
um Canonistarum sententia. Fagnanus in
dicto Cap. Nobis 25. de Iur. Patron. n. 4. et
seqq. Vanespen de Iur. Eccles. p. 2. tit. 25. cap.
3. Cardin. de Luc. de Iur. Patr. discurs. 55 per
totum. Rota decis. 467. n. 4. p. 2. Diversorum,
et iterum p. 2. Recentior. decis. 421. Lamber
tin. de Iur. Patron. lib. 1. quest. 2. Articulo 4. et
eodem lib. 1. p. 1. Cap. 5. Artic. 2. n. 12. Lagun.
de fructib. p. 1. cap. 31. §. 2. per tot. signanter
ex n. 37. Barbos. de Iur. Eccles. lib. 3. cap. 12

n. 35 et 36. Gonzal. Tellez in dicto Cap. Nobis de Jur. Patr. sub num. 3. Garz. de Beneficiis p. 5. cap. 9. ex n. 62. Vide tex. in cap. cum longe 25. 63. distinc. l. 2. tit. 15. part. 1. et l. 18. tit. 5. eiusdem partitae, atque ibi D. Gregor. Lopez, Laguna de fructibus par. 1. cap. 15. §. 2. ex n. 92.

Jus Patronatus Regum.

Certum est SS. Pont. Alexandrum II, Gregorium VII. et Urbanum II concessisse Regibus Aragoniae, et Navarrae, decimas et primitias omnium terrarum, quas ab Infidelium potestate redimerent, simul cum facultate ordinandi in eis Ecclesias, Chatedralibus duntaxat exceptis, ut constat ex Bullis, quas ad litteram refert Matheu de Regimine. Cap. 2. §. 5. datis Romae annis 1073. et 1095. Ex quo sequitur, hoc jus competere praefatis Regibus, eorumque Successoribus in universo Aragoniae Regno, prout etiam in Regnis Maioricarum, et Valentiae, atque in Episcopatibus Dethusensi, Ilerdensi, et Calagurritano. Constat siquidem, Alphonsum primum Aragoniae Regem, exipuisse à Sarracenorum potestate Caesaraugustam, cum suo termino, et territorio, simul cum Belbili, quam Calatajubam hodie vocamus, Daroca, aliisque Oppidis, et Municipiis, anno 1118. ut refert Mar. de reb. Hysp. t. 1. L. 10. cap. 10. Sancius Ramirez, secundus Aragoniae Rex, primus fuit inter illius Regni Principes, qui à iugo montium descendit in planitiem, ubi armorum vi debellavit Ilerdam, Monzonium, Barbastrum, Balaguerium, Fragam, aliasque Urbes, et Municipia, anno 1091. Mar. dicto tom. 1. L. 10. cap. 2. Et cum obsidione teneret Oscam, Urbem tunc temporis munitissimam, occisus fuit ab hostibus; Rex autem Petrus huius nominis primus, illius primogenitus, et successor, à Maurorum manibus eam liberavit, 24. Novembris eiusdem anni. Mar. dicto L. 10. cap. 2, Ipse que Rex Petrus obtinuit ab Urbano II. indultum de quo sup. teste Mar. eodem L. cap. 7; et hoc tandem Alphonsus primus eius frater, quod reliquum erat in Aragonia, à Mauris vindicatis, Regis quae corona adiunxit, ut refert idem Auth. cap. 15. et constat ex anti-

Vide Marcam in Apendice Marcae Hyspanicae Cap. 300.

quiſsima Historia, scripta anno 1130, in lucem edita à Petro de Marca in sua Marca Hyspanica, Vbi Res gestas Comitum Barcinonensium, et Aragoniæ Regum conscripsit.

Calaguritanam Ecclesiam instauravit, et dotavit Garcia Sextus, Navarræ Rex anno Domini 1045. statuens omnes incolas eiusdem Civitatis, eiusque termini, cujuscumque conditionis, dignitatis, aut qualitatis existant, solvere teneri Ecclesiæ Cathedrali, illiusque Episcopo, et Clero, Decimam partem fructuum, quos terra produceret, et fœtuum Animalium, Vt constat ex Regia Donatione, quam refert Moret, Annal. Navar. tom. 1. L. 3. Cap. 2. ex num. 5.-

Inde patet, Reges catholicos, vigore Diplomatum Alexandri II. Gregorij VII. ac Vrbani II, non solum Dominos fuiſse, et eſse omnium Decimarum, et Primitiarum in præfatis Regnis Aragoniæ, Valentiæ, et Majoricarum, prout etiam in Episcopatibus Ilerdensi, Dertusensi, et Calaguritano, verum etiam ad ipsos pertinere Iurisdictionem in causis Decimalibus, sive de Poſseſsorio, sive de Petitorio agatur; quia cum vigore Pontificiæ concessionis effectæ fuerint de Regalibus: neceſsario consequitur ad Regia Tribunalia earum cognitionem delatam eſse. Et quamvis solum in Regnis Valentiæ, et Majoricæ usum hæc Regalia hactenus Vsi sint: tamen idem Ius Viget in Aragonia, atque præfatis Episcopatibus, quoties Rex eô Vti voluerit.

Ex eodem principio infertur D. Reges eſse Patronum, et Dispensatorem omnium Ecclesiarum in præfatis Regnis erectarum post Diplomata Pontificia, de quibus supra, non solum propter amplissima Verba, quibus concepta sunt, sed etiam quia per Dotationem earundem, ipso Iure Regium Patronatum acquisiverunt præfati Reges. Nec obstat, quod Dotationem maxima ex parte factæ sint Decimis, atque Primitijs; quoniam cum istæ ad Regiam Coronam pertinerent, Dotatio huius expensis facta fuit.

Tarraconam expugnavit Alphonsus primus anno 1118. Mar.ⁿᵃ L. 10. Cap. 10. et Author antiquus Rivipullensis apud Marcam citatus Cap. 20. fol. 549. et Rursus Raymundus Berengarius, Comes Barcinonensis, durante eius coniugio cum Regina Aragoniæ Petronilla anno 1148. Mar.ⁿᵃ dicto L. 10. Cap. 18, et præfatus Auth. antiquus Histori.ᵒ Cap. 17. Vide Moret tom. 2. Annal. Navar. L. 16. Cap. 2. num. 9. Vide fert, Regem Petrum huius nominis primum, post expugnationem Oscencio civitatis, ipsius Ecclesiam Cathedralem instaurasse, atque dotasse maxima Magnificencia, assignatis redditibus, de quibus ibi. et Lib. 17. cap. 2. Ubi refert Expugnationem Tudele factam ab Alphonso primo anno 1114. et cap. 7. eiusdem Libri refert ipsummet Regem varias fecisse donationes Ecclesiæ Tudelensi; tum Decimarum, tum Possessionum, et prædiorum, quæ ad Regium Erarium pertinebant anno 1120.=

Raymundus Berengarius hujus nominis quartus, Comes Barcinonensis, idem qui Matrimonio se coniunxit cum Petronilla Regina Aragoniæ, donationem fecit Ecclesiæ Tarraconensi, non solum illius civitatis, tunc destructæ, et solo æquatæ, sed etiam territorij amplissimi, cuius terminos designavit, quod hodie Campus Tarraconensis dicitur, ut constat ex donatione, quam ad Litteram refert Petrus de Marca in Appendice Marcæ Hispanicæ Cap. 358. Et quamvis huiusmodi donatio, atque dotatio satis, superque sufficiat ad probandum Regium Patronatum: concurrat etiam Titulus præambulus donationum, et Indultorum Alexandri secundi, Gregorij septimi, et Urbani secundi, de quibus supra, quorum Virtute, dominium, et Iurisdictio Decimarum, et Primitiarum ad Regiam Coronam pertinuit. Vide eundem Marcam Ubi proxime Cap. 373. et cap. 384, Ubi ex Archivo Regio Barcinonensi refert Testamentum Raymundi Berengarij comitis eiusdem Civitatis factum anno 1131. in quo instituit Raymundum Berengarium eius filium, non solum in Principatu, Cæterisq. Ditionibus, sed etiam in Archiepiscopatu Tarraconensi, et Episcopatibus Barcinonensi, Gerundensi, Auxonensi, quo satis intelligitur, non

ipsum

Vide Marcam in Apendice Cap. 401.

Vide Marcam in Apendice Cap. 417. et 460.

ipsas Ecclesias, quæ divini sunt Juris, sed earum Patronatum relictum fuisse. Et pariter Regina Petronilla in suo Testamento, condito anno 1152 apud Marcam in Appendice Cp. 418, filium suum Primogenitum heredem instituit in Aragoniæ Regno cum omnibus comitatibus, et Episcopatibus, et Abbatijs.

Barcinonensis civitas à Maurorum Tyrannide erepta fuit per Carolum Magnum Imperatorem, et commendata Regimini Comitum, qui Beneficiario Jure eam possederunt. Amissa autem Civitate, et recuperata à Raymundo Berengario illius comite: Ecclesiam Cathedralem, quæ solo æquata fuerat ab Infidelibus instauravit, et à fundamentis ædificavit, construxit, atque dotavit anno Dñi 1058. Et post finitum opus, consecrata fuit Ecclesia, ut constat ex Instrumento Consecrationis, et Dedicationis, quod ad Literam refert Marca in Appendice cap. 248.

Ecclesia Urgellensis instaurata, ac dotata fuit ab Imperatore Ludovico Pio, ejusque mandato à Comite Suniefredo anno Dñi 819. ut constat ex Instrumento relato à Petro de Marca in Apend. Cap. 1. Et cum spoliata fuisset tractu temporis parte bonorum, quibus anteà dotata fuerat, restituta ei fuere jussu Ramiri Aragoniæ Regis anno 1040. ut constat ex Actis relatis à Marca ibi proximè cap. 210; eodemque anno redificata fuit Ecclesia Cathedralis juxta instrumentum Dedicationis, quod refert cap. 220.

Carolus Magnus Gerundam expugnavit anno Dñi 786. Cius Eclesiam Cathedralem construxit, eique in Dotem dedit Decimas, aliaque bona, et Latifundia. Marca Lib. 3. Marcæ Hyspanicæ cap. 6. ex num. 9. Et cum ecclesia illa corruisset, aliam construxerunt Comites Barcinonenses, Dotem illi assignantes, et statuentes in eâ Canonico-Regulares, teste eodem Marca

Lib. 1. ad annum 1038. fol. 440, vt latius patet ex instrumento, quod refert in Appendice Cap. 218./ Vicensis Civitas olim Ausona vocabatur. Marca Lib. 1. ad annum 911. fol. 381. Episcopatus Ausonensis, hodiè Vicensis, instauratus fuit ab Wifredo comite Barcinonensi anno Domini 888. Hic Ecclesiam ædificavit, atque ditavit. Marca Lib. 3. in Dissertatione de Origine Cultus B. V. de Monserrate num. 3. fol. 335. et Lib. 4. ad annum 886. fol. 370, et 372. Notandum est, quòd licet Clerus, et Populus Vicensis Episcopum eligebant, non tamen ad Electionem procedebant antè petitam, et obtentam Principis Licentiam, vt constat ex instrumento relato à Marca in Appendice cap. 171. et docet Auth. gestorum Comitum Barcinonensium Cap. 24. fol. 553. Quod ita fieri consuevit vsque ad annum 1206 in quo Petrus primus Aragoniæ Rex, Archiepiscopo Tarraconensi, eiusque Suffraganeis, et Abbatibus, cæterisque Ecclesiarum Prælatis æterna lege concessit, vt approbaretur consuetudo hactenus observata in Electionibus Prælatorum, easque celebrari in futurum jussit, Assensu Regio minimè requisito, vt tradit Auth. antiquus Gestorum Comitum Barcinonensium, et Balutius Lib. 4 Marcæ Hyspanicæ ad annum 1206. fol. 519. Ne tamen prorsus abjiceret jus Regium, edixit, vt postquam Electio facta fuerit, Electus Regi præsentetur in signum Regiæ fidelitatis, quod approbatum est ab Innocentio tertio Lib. 10. Epist. 144.

Concil. Trid. Ses. 25 de Reformat. Cap. 9. substulit omnia Iura Patronatus ex privilegio competentia, et in vi huius dispositionis derogata censentur omnia jura Patronatus contenta in quibuslibet indultis Ap.cis licet in eis exprimatur concessio juris Patronatus cum clausulis amplissimis, perinde ac si ex fundatione vel dotatione competeret, ut pluries decisum fuit per Rotam; et per Sacram Congregationem, teste Garcia

de Benefic. p. 1. cap. 9. ex n. 115. fol. mihi 624. Gonza
lez ad Reg. octav. glos. 18. ex n. 1. ad 92. Qui tamen
n. 93. et seq. usque ad 106. inclusive defendit, et probat
pluribus Rotæ Decisionibus, indulta concesa Ducibus
Alvæ et Alburquerciis, atque Marchioni Astoricensi, in
suo robore permanere, non obstanti Conciliari dispo-
sitione, atque ex eisdem fundamentis defendi posse vi
dentur privilegia concesa Duci Lermensi, in quibus con
cesus fuit Ius Patronatus ecclesiæ collegiatæ illius oppidi et
Ampudiæ.

Instrumentos

La firma y signo es de substancia del instrum.^to^ q.^e^ f. 266
como consta de la Ley 54. tit. 18 partida 3. y allí
Gregor. Lop. y de la Ley 12 y 13. tit. 25. lib. 4. de la Recop.^on^
Pareja tit. 1. resol. 3. q. 2. desde el n. 57 = Quan-
do no consta q.^e^ el ess.^no^ de q.^n^ se dice firmado, ó
autorizado un instrumento, lo es; el que alega
que lo fue, debe probarlo, segun la Ley 115. tit. 18.
partida 3. Pareja en el lugar citado desde el n. 57.
que al n. 68, siguiendo al Sr Molina, y otros, en-
seña que la firma, y signo del ess.^no^ y los demas
requisitos prevenidos en la citada Ley 54. tit. 18 de
la partida 3. y en la 12 - 13 - y 14. tit. 25. lib. 4. de la
Recop.^on^, son de forma substancial, y que p.^r^ lo mis-
mo, el defecto de qualq.^ra^ de ellos haze incapaz
de fe, el instrum.^to^

[illegible]

Imagines.

Dogma catholicum optime defendit Natal. tom. 6. sæculo 8. dissert. 6. per totam, quæ omnino videnda est, maxime vero §. 3. fol. 133. et seqq. ubi Hæreticorum argumentis satisfacit, præcipue vero objectioni, quam Dallæus, Calvinianus, Ministerpro-ponit ex Patrum quinque priorum Ecclesiæ Sæculo-rum doctrina, et ex Illiberitano Concilio. Quid ad Disciplinam tantum, quid etiam ad fidem in hac materia pertineat, explicat citatus Doctor d. §. 3. versic. Respondeo ad hæc Dallæi argumenta. Vide Fleuri tom. 8. Histor. Eccles. lib. 36. n. 9.

Indulgentia.

Vide Natal. Alexan. in Theologia Dogmatica, et Morali tom. 1. tractatu de Indulgen. cap. 1. folio 535 cum segq. et in Dissertationibus super Historia Ecclesiastica tom. 9. saeculo 15. et 16. Dissert. 8. ex num. 53. fol. 567. ac tandem tom. 3. Dissert. 3. saeculi tertij fol. 680. cum scholijs, et notis Constantini Roncaglia. Vide etiam Bellarmin. tom. 3. de Indulgen. lib. 1. per tot. fol. 646. et segq. maxime cap. 9. et 14. ita tamen, ut simul consulas Natalem tom. 1. Theolog. Dogmatica tract. de Indulgen. regulas 12. 14. 15. et 16. et quae idem docet in Appendice de Iubileo fol. 532. Thomassin. de nova, et veteri Ecclesia Disciplina tom. 1. lib. 2. cap. 15. Fleuri tomo 25. Histor. lib. 125. n. 34. 35. et 36. ubi optime explicat Catholicae Ecclesiae doctrinam quoad vim, ac effectum Indulgentiarum; Palavicin. in Histor. Concil. lib. 24. cap. 12. n. 6. et 7. ubi Tridentinorum Patrum mentem exponit.

[illegible]

5 Que si despues de estar recibidos a penitencia estos Reos y reconciliacion, bolvieren a reincidir, y lo confessaren, o se provaren antes que lo determinen los Inquisidores, se deve consultar al Consejo Supremo de la Inquisicion. = Castropal. t. p. tr. 4. disput. 8. punct. 16. §. 5.

6 Que si las tales personas estuvieren negativas, se prosiga el processo hasta la conclusion para la difinitiva, y no se sentencie la Causa sin consulta de el Consejo.

7 Que un Inquisidor sin el otro, no determine estas Causas, y sea siempre con consulta de Theologos, y Juristas.

8 Que quando huviere alguna Causa de este genero, se haga exacta averiguacion, (confessando los Reos, que van a juntarse en los Conventiculos) de la forma que se hallaron en ellos, si realmente en persona, o en espiritu, quedandose en sus casas, sin salir de ellas, lo qual se podra saber de otras personas de las mismas casas.

Sacaronse estas Instrucciones de el Registro quinto de la Santa Inquisicion, año de 1536.

Inquisitor Generalis. Mat. 274

Inquisitorum Iurisdictionem a Rege delegatam, non esse Ecclesiasticam, ac per consequens non posse pro tuitione familiarium uti censuris, tenet Regens Dn. Iosephus de Mur in Alleg. pro Reg. Majoricar. Aud.a Contrariam sententiam totis viribus defendit Narbona par. 2. ad l. 1. tit. 1. lib. 4. Recopil. glos. 22. ex n. 43. = Vide Concordiam Regiam apud citatum Narbona, et ejus commentaria par. 2. per totam. Videndus Vanespen de Iure Eccles. par. 1. tit. 22. cap. 3. Pignatel. tomo 1. Consult. novissim. consult. 124. et 125.

Inquisitor Generalis Hispaniæ, residet in Curia Regia. Est Praeses Supremi Inquisitionis Consilij. Creatur a D. N. Rege. Habet facultatem, et potestatem eligendi, ac nominandi Inquisitores Provinciales. Paramo de Orig. Sanctæ Inquis. lib. 2. tit. 2. cap. 4. Castropal. tom. 1. tr. 4. disput. 8. punct. 12. §. 2. n. 3. Cortiada, qui plures citat tom. 1. decis. 30. n. 9. Debet tamen Supremo Consilio tales electiones communicare, ex Rescripto Philippi Secundi Regis Catholici, directi ad D. Hieron. Manrique Epi. Abulen. Inquisitorem General. quod habetur in scrinio Senatus, ibi: Que aunque la provision de Inquisidores y demas Ministros de Inquisicion os toca por vuestro Cargo de Inquisidor General, y es de creher, que procurareys siempre cumpliendo con vuestra obligacion, acertar en ellas, y proveher personas (a lo menos para Inquisidores) benemeritas, de letras, virtud, y recogimiento, y de experiencia de negocios, y prudencia, y de la edad, que el Derecho, y Breves Apostolicos disponen: para que mejor se aciente, las comunicareys antes con el Consejo, como casi siempre se ha hecho por vuestros Predecessores. Habetur in Memoriali impresso pro M. Froylan, et tribus Consiliarijs dicti Consilij n. 58. lit. V.

Habet Iurisdictionem Delegatam, in causis Fidei a Sede Apostolica; in cæteris vero a Rege. Cum multis Regens Cortiada dicta decis. 30. n. 10; Inquisitores vero Provinciales subdelegatam, Castropal. tom. 1. tr. 4. disput. 8. puncto 12. §. 2. n. 4. Matheu de Regim. cap. 7. §. 3. Sect. 1. n. 5. et 22. Cognoscunt de omnibus causis hæresis, et hæresim sapientibus, ut Apostasia, blasfemia

hæreticali, percussioni sacrarum Imaginum, schismatis, maleficorum, Incantationum, Superstitionum, et aliarum quæ constant ex tex. in cap. ad abolendam, cap. Inquisitionis, et per tot. tit. de hæret. in Decretal. et in 6. et ibi DD. Farinac. tr. de hæresi fere per tot. Latissime dessè decis. 439. cum seqq. lib. 4. Mathieu citatus cum mille alijs, et Cortiada dicta decis. 30. n. 12. Cum omnibus annexis, connexis, incidentibus, et dependentibus illarum ibidem. n. 13. contra omnes, et quascunque personas quavis Dignitate Illustres, sive Sæculares, sive Religiosas, vel alias exemptas, Molin. de Iustitia tom. 6. tr. 5. disp. 28. etiam contra Proreges, Gubernatores, et Rectores Provintiarum, Religionum Generales &a. Cortiada citatus n. 14. et 15. Consulto tamen Senatu supremo ibidem.

Inquisitorum Iurisdictionem extendit D. Solorzano tom. 2 lib. 3. cap. 24 à n. 44. ad Hispanis Regnis, cuius opinio non tam sententia, quam dementia dici meretur. Idem tradit Pignatel. tom. 1. Consult. noviss. consult. 125.

Ab hac tamen Iurisdictione Inquisitorum eximuntur Papa, Nuntij, alijque Officiales Sedis Apostolicæ, Archiepiscopi, et Episcopi, alij Inquisitores, Reges, et Principes laici, ut hæc omnia probat allegati DD. et Cortiada nn. 17. 18. 19. 20. et 21.

Vide Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 5.

Cognoscunt de causis Fidei, eique annexis, privative ad Iudices Sæculares, sed cumulative quoad Episcopos, quod procedit de iure, ut aiunt citati Doctores; sed de generali Hispaniæ Consuetudine, Regijs Rescriptis, et Pontificio Privilegio, in causis hæresis Inquisitores privative cognoscunt, vocatis tantum in proferendis sententijs, et assistentibus Episcopis, vel per se, vel per eorum Vicarios; siquidem per delegatam Iurisdictionem, quam Inquisitores exercent, Ordinariæ Episcoporum Iurisdictioni non censetur omnino derogatum, nisi contra hæreticos judicialiter confessos, et obstinatos, quos Inquisitores puniunt, illorum Diœcesanis inrequisitis, Barbosa decis. Apostol. 442. n. 19. Cortiada n. 25.

Si Ordinarius, et Inquisitores discordent, consulendus est Supremus Senatus. Cortiada citatus n. 31. cum Molina, Solorzano, et alijs. Non declarant Inquisitores, aliquem hæreticum, neque eum relaxant, nisi consulto prius Senatu. Semel autem talis declaratus, et relaxatus, non potest Iudex Sæcularis de meritis sentª vel condemnationis cognoscere, sed debet clausis oculis dictam Sententiam exequi cap. ut Inquisitionis de hæret. in 6. et statim Reum sic per Inquisitores damnatum, tradit ad strangulandum, et comburendum, quæ est pœna de generali consuetudine observata contra impios hæreticos. Cortiada cum solita adlegatione dicta decis. 30. n. 39. et 40. ac n. 41. modum hæc practicandi refert, et varia exemplaria, tam in casu quo Reus est præsens, quam si fuerit absens. Vide etiam apud citatum Authorem d. decis. 30. n. 184.

Vide infra fol. 381.

Concordiam Eminmi D. Cardinalis Espinosa, Inquisitoris Generalis, initam cum D. Rege, eiusque Consilio Aragonæ anno 1568. ubi plura de Competentijs, prærogativis, exemptionibus Familiarium, et Officialium Sancti Officij concordata fuerunt. Refert etiam Regens Cortiada n. 186. aliam Concordiam cum D. Cardinali Zapata Inquisitore Generali 6. Martij 1631. et Regiam Epistolam directam Exmo. Marchioni de Mortara Proregi Cataloniæ, 2. Iulij 1661. in qua disponitur, quod in casu quo Inquisitores nolint admittere Conferentiam iuxta Concordiam, procedi debet contra illos per citationem ad Banchum Regium, aliaque huiusmodi remedia. Vide ibi Cortiadam in fine dictæ decisionis 30. et Caldero decis. 100. tom. 2.

Inquisitores ante capturam cuiuslibet Regij Ministri, consulunt Regem, media Consultatione facta per Consilium supremum, por la Carta Reservada, cui respondet Rex, atque

decernit permissionem, ex stylo immemorabili, ut dicitur in Memoriali pro Magistro Troylan n. 145.

Ius patronatus.

Ius patronatus non transit in fidecommissarium, nisi clare de eo disposuerit testator, sed remanet apud hæredem grauatum. Lambert. de jure patr. lib. 1. par. 2. q. 10. art. 3. n. 2. Peregrin. de fideicom. art. 6. a n. 35. usque ad 38. Viuianus de jur. patron. par. 1. lib. 4. cap. 2. n. 26. Covar. var. lib. 2. cap. 18. n. 8. Rota decis. 64. n. 4. par. 13. recent. Nisi in testamento apposuerit testator verba prægnantissima, quæ apta essent comprehendere jus patronatus, prout si grauasset hæredem ad restituendum substituto omnia jura, et actiones, dummodo hujusmodi expressio jurium, et actionum cadat super ipsa restitutione a grauato facienda ex adductis per Rot. decis. 24. n. 4. par. 13. recent. Aut si substitutus esset de agnatione testatoris, vel adesset urgentissima contemplatio agnationis lineæ substitutæ, quo casu, facilius dicendum esset, in fidecommissum recidere jus patronatus, tamquam jus familiæ, et agnationi honorificum. Rota decis. 64. n. 5. par. 13. recent.

Vide Lagunez de fructibus p. 1. cap. 31. § 4. per totum.

Fere omnium DD. sententia est, jus patronatus non transire in fidecommissarium, sed remanere sub libera hæredis grauati dispositione. Peregrin. de fideicom. art. 6. n. 37. Fusar. de substit. q. 634. n. 2. Viuian. de jur. patron. lib. 4. cap. 2. n. 26. Rota decis. 542. par. 5. recent. per totam, et decis. 130. 172. et 206. par. 7. et decis. 124. et 126.

post Ursan. de jur. patron. et Dec. 100. et 190. par. 12. recent. per tot. et Dec. 64. n. 4. par. 13. et Dec. 367. n. 10. coram Bichio, et Dec. 283. n. 8.

Illud certum est, quod jus patronatus non transit in fideicommissarium, nisi testator, id velle clariis verbis jusserit, et expresserit; alias remanet penes hæredem directum, nec transit in successores ad fideicommissum vocatos. Garcia de benefic. par. 5. cap. 9. n. 18. ibi: Nam quamvis jus patronatus transeat ad hæredes etiam extraneos, non est quid hæreditarium, seu de corpore hæreditatis, nec transit tamquam ad hæredes, quamvis ex testatoris jussu, et voluntate expressa, possit fideicommissarius consequi jus patronatus. = Rota Decis. 72. n. 11. par. 7. recent. ibi: Nam vis non stat, an quo possint transire ad hæredes extraneos, aut sub titulo universali, sed quomodo transeant; nam certum est, si clare pateat de voluntate testatoris, quod jus patronatus transire debeat ad fideicommissarium, illud capit fideicommissarius; et Dec. 130. n. 7. eadem par. 7. recent. ibi: Quia non repugnat naturæ juris patronatus, quin possit transferri in secundum hæredem, et ulteriorem, ubi certa est dispositio, nec dubitatur de voluntate testatoris; et Decis. 74. n. 4. par. 13. et prius in Dec. 100. n. 7. par. 12. recent.

Id autem provenit ex ea juris præsumptione, quod testator (nisi in contrarium se declaraverit) voluerit omne jus honorificum, quale est jus patronatus,

remanere potius in libera dispositione hæredis directi sibi cogniti, et gradilecti, et ut plurimum de agnatione sua, et a se descendentis, quam illud transire ad extraneos sibi ignotos, successores in tempus remotissimum, ad successionem vocatos, ut egregie argumentatur doctissimus Cardin. Mantica de tac. et ambig. lib. 4. tit. 12. n. 15. ibi: Ad secundum objectum respondetur, quod jus patronatus in fidecommissarium universalem non transit, non quidem ea ratione, quod crimen simoniæ committatur, sed quia non est verosimile, id testatorem sensisse; nam præsumitur, illud magis voluisse apud hæredem directum, et honorificum manere; quia jus patronatus ad honorem magis quam ad commodum pecuniarium respicere videtur; ea autem præsumitur testator, voluisse fidecommissariis restitui, quæ commodum habeant pecuniarium, non autem quæ ad honorem duntaxat videntur pertinere. Rota decis. 52. n. 6. par. 7. recen. et dec. 542. n. 12. et 13. par. 5. et dec. 289. n. 8. par. 9. et dec. 104. n. 8. et 9. par. 12. et dec. 34. n. 5. par. 13.

Rota decis. 206. a n. 8. ibi: In fidecommissarium transeunt ea tantum, quæ commodum pecuniarium continent, sed jus patronatus est quid religiosum, et commodum pecuniarium non respicit, sicuti jus sepulcrorum, nec est de corpore hæreditatis etc... quia hæres gravatus restituere hæreditatem fidecommissario non proprie hæreditatem restituit, sed bona per hæreditatem accepta. = Vide Castropal. de Relig. par. 2. tr. 13. disp. 2. punct. 4. n. 5.

Inventarium.

Curator, qui scienter describit in inventario bona propria, censetur ea hæreditati donare l. ult. C. arbitrium tutelæ, Cancer var. lib. 3. cap. 2. n. 8. Cristany tom. 1. decis. 18. n. 3. Gratian. cap. 365. n. 59. et cap. 366. n. 6.

Inventarium plene probat contra conficientem, et habentes ab eo causam; non autem contra tertium, qui citatus non fuit, neque interventionem habuit in eo; quia beneficium Inventarij fuit introductum ad præservandum hæredem à damno, et non ut lucrum caperet in tertij præjudicium. Hæc et alia in materia habentur magistraliter in Allegatione pro Dn. Raymundo Fortuny n. 42, ubi jura, et DD. tom. 1. fol. 106.

Instrumentum. Quid requiratur ut instrumentum desumptum ex archivo publico, fidem faciat; et quando Archivum dicatur publicum, vide Allegationem pro Laurentio Bou Peñarroja Generoso, per totam, tom. 2. folio 618.

De effectibus Inventarij, vide allegationem pro Dn. Dao Desclapes, cum Sor. Prudentia de Santacilia, dubio 1. per totum.

Instrumentum

Instrumentum publicum habens cum solemnitatibus requisitis, non indiget matrice, sed quidquid sit de ista, semper probat. Rota in Reatina Depositi 25 Maij 1601. coram R. P. D. Peña inter suas, deci. 914. n. 5.

Instrumentum continet probatam probationem. Rota coram Peña deci. 935. n. 1. ex Grato consil. 122. n. 7. et Alexandro consil. 37. n. 16. lib. 2.

Instrumenti exemplum, sumptum a proprio originali, habetur pro originali. Rota in Pampilonen. Tributi dela Sarda 4 Martij 1602. coram R. P. D. Peña, inter suas deci. 957. n. 3. ex Bartolo in l. si quis ex argentarijs §. 1. n. 3. vers. ultimo scias ff. de edendo. Verallus deci. 224. n. 3. par. 2. Chiarens. deci. 67. et Rota in Derthusensi, Iuris conferendi 24 Ianuarij 1594. coram R. P. D. Pamphilio.

Instrumenta in filsijs, et protochollis continentibus alia authentica instrumenta, omnimodam fidem faciunt. Rota coram Peña inter suas, deci. 235. n. 3. ex Parisio consil. 27. n. 18. lib. 2.

Instrumenta non amittunt legalitatem, seu fidem, ex eo quod non appareant in Protocollo Notarij dum prothocolla quorumdam instrumentorum sunt deperdita, et non reperiuntur. Ottobonus deci. 251. n. 54. ex Rota deci. 241. n. 4. par. 6. et deci. 29. n. 8. part. 7. recent. = Nec relevat, quod non fuerint protocollata, quia negligentia Notarij, partibus nocere non debet. Ottobon. dicta deci. sioni 251. n. 52. et 53.

Ius Accrescendi.

An in contractibus locum habeat Jus accrescendi. Negat Molina, de Hispanor. Primogen. lib. 1. cap. 12. n. 36. versu. Decimo, ex l. si mihi, et Titio ff. de verbor. obligat. l. unar C. quando non petentium partes petentibus accrescant. Affirmat Cancer, cum distinctione tamen, var. p. 3. cap. 22 de jure accres. a n. 46. usque ad 58. videndus.

Ius accrescendi, vel potius non decrescendi locum habet in jure patronatus, propter eius individuitatem, ex late traditis a Rota par. 5. recent. decis. 336. n. 4. Car. din. de Luca de jure patron. discursu 35. n. 10. Bellon. de jure accres. cap. 6. q. 48.

Juramentum.

Supplet in Donationibus deffectum patriæ potestatis, et Insinuationis. Decisum per S. S. R. Mag.d Consilium, in Causa super Ilidicomi. de Canamel, et Son Pons Ferrage, ibi: Cum tamen prædicta donatio inter patrem, et filium in potestate constitutum, fuit ex pacto juramento confirmata, quod patriæ potestatis, et Insinuationis deffectus supplet, et sufficit quod in corpore instrumenti legatur clausula jurisjurandi absque eo, quod notarius in fine, de illo iterum attestari, nec novos testes præter instrumentales ad id adhibere teneat. Hæc Regia sententia publicata fuit per Ludovicum Boer Regium Mandati Scribam, 28 Julij 1665, in favorem Francisci de Villalonga Domicelli, et contra D.na Leonoram de Villalonga. = Habetur authentica in processu vertente in R.a A.a inter D.m Jacobum Brondo, et Georgium de Villalonga, super pensionibus 35 librar. Cens.

Juramentum non confirmat contractus minorum, data lesione. Cardin. de Luca de donat. discur. 33. n. 12. et de alienationibus discur. 29. n. 14.

Juramentum in supplementum probationis, habet locum, etiam in causa gravi, ubi est pluquam semiplene probatum. Leon tom. 2. decis. 139. cum Senatu Valentino. Et dec. 205. iterum de eadem materia late disserit, omnino videndus utrobique. Cristany decis. 82. tom. 3.

Juramenti vinculum personale est, et non potest ad hæredes transfundi, ita ut ex contraventione perjurus efficiatur. D. Thomas 2. 2. q. 98 art. 2. ad 4. ubi Caietan. et communiter Theologi. Canonistæ in cap. veritatis de jurejurando, Carleval de judic. tit. 1. disput. 2. n. 390. ubi plene D. Olea in Miscellan. q. 6. n. 22. et 23. Inde absolutio in hærede jurantis necessaria non est. Sabelli §. Absolutio num. 27. Et nota, quod juramentum Rectori non obstat, cum agit nomine Ecclesiæ. Rota post Bolthium de manutent. decis. 518. n. 18.

282

Idemtitas.

Idemtitatem adlegans, aut in ea se fundans, debet illam probare. Menoch. de praesumpt. lib. 6. praesumpt. 15. n. 2. et dat rationem n. 3. quia scilicet idemtitas actuum non praesumitur, nec etiam idemtitas rerum, ibidem n. 25. Ciriacus Controver. 609. n. 7. Et in hac materia, appellatione rerum, jura, et actiones veniunt. Barbosa de appellat. 235. n. 9.

Judex. = Jurisdictio.

Judex illiteratus, debet gravie se conformare voto sui Assessoris, et nequit ei jubere, quod contra proprium judicium operetur, vel signet, quia hoc esset contra jus naturale. l. 1. C. de Assessoribus, Giurba consil. 31. n. 12. ad 20. Late, et docte Bovadilla lib. 1. cap. 12. Valenzuela consil. 43. n. 173. Barbosa in cap. 3. n. 7. de rescript. et voto 126. n. 198. Vantius de nullitatibus ex defectu Ordinis a n. 146. Plene Mathew de Regimine cap. 6. § 5. a num. 32. omnino videndus.

Jurisdictio. Merum, et mixtum Imperium, praescribitur spatio tanti temporis, cujus memoria hominum non sit in contrarium. Castillo cum alijs de Magistr. tom. 1. cap. 19. a n. 40. Cancer variar. lib. 2. cap. 2. n. 104. cum seqq. Menoch. de arbitr. casu 2. n. 308. volum. 1. Avendan. cap. 19. n. 12. cum seqq. Aponte decis. 2. n. 9. = Vide infra verbo Privilegium.

Judex Ecclesiasticus, nequit litteras Contentionis expedire, et notificare Judici Saeculari, qui non est de sua Dioecesi, quia est extra territorium, sed debet implorare auxilium Dioecesani, cui subest Judex Saecularis, litterasque requisitorias subsidiarias mittere, ut ipse Judex Dioecesanus, praedictas litteras Judici saeculari notificare faciat, et ita praticatur inconcusse in Catalonia. Urgens Cortiada tom. 1. decis. 13. n. 53. Adeo, ut hoc non servato, Contentio nulla sit, ut fuit declaratum per Cancellarium in casu relato ab ipsomet Cortiada decis. 24. n. 12. Et ita praticari vidi Majoricis de mense Octobri 1722 instante Capitulo Canonicorum Almae Sedis, ad cujus petitionem expeditae fuerunt litterae requisitoriae subsidiariae, et directae Ill.mo Episcopo Barcinonae, ubi Contentio moveri debebat. Vide D. Mathew de Regimine cap. 8. § 5. a n. 126. Praxim, et formulam refert Cortiada decis. 13. ex n. 73.

Similiter Judex Saecularis Ordinarius, + auxilium alterius Judicis Ordinarij Regij, in cujus territorio Judex Ecclesiasticus habet suum Tribunal, litteras-

Vide omnino Cortiada tom. 1. decis. 13. a n. 73. et decis. 14. a n. 18. ad 18. ubi refert praxim, et modum notificationis.

In casu Contentionis suscitatae per Capitulum Majoricarum, expeditae fuerunt per R. A. Catal.ae litterae subsidiariae responsivae directae R. A. Majoricar. ad effectum notificationis illarum Ordinario Ecclesiastico, Capitulo, et P. Fiscali. Vide Calder. dec. 113. a num. 30.

+ debet implorare

que requisitorias subsidiarias mittere, et Iudex sæcularis requisitus, eas Ecclesiastico notificare faciat. Cortiada dicta Decis. 13. n. 55. videndus.

Iurisdictio Collectorum Cameræ Apostolicæ, est privativa ad alios Iudices, in omnibus negotijs, spectantibus ad eandem Cameram, Rota decis. 9. et 12. in novissimis. D. Ioannes Ludovicus Lopez, in sua doctissima Allegatione pro Iurisdicti-one Iudicis Brevis Apostolici, discur. 3. n. 187.

Iurisdictio concessa in certum genus causarum, vel perso-narum, est privativa. Capicius Latro lib. 2. decis. 155. n. 4. ibi: Et cum sit concessa Iurisdictio in certum genus per-sonarum, intelligitur privative concessa, ut per Franchis decis. 417. et ante ipsum Capic. decis. 9. in 6. limit. Idem docet Stanfrella in observat. ad Capic. Latronem, in dicta decis. 155. lib. 2. n. 4, ibi: Tradidi locum istum declaratio-ne indigere; etenim ambigi minime potest, quin Magnus Admiratus, privativam Iurisdictionem quoad omnes habeat, in certas personas descriptas ex D. Regente nos-tro n. 3. Patrn. in Pragmat. 11. de Militibus n. 25. Rovito ad Pragmat. Regni impressas, Prates in Responso 42. et à D. Consiliario Rocco, in tract. de Officijs tit. 16. de Officio Præ-fecti classium n. 2. et 16. Propterea, cum is certus Iudex sit certis personis deputatus, ad tex. in l. nec quidquam 9. ff. de Offic. Proconsulis, et eleganter inter multos probant Iacobus Menoch. de præsumption. 18. n. 17. Ioannes Garcia de No-bilitate, Glos. 1. n. 5. vers. Item facit, Afflict. decis. 41. n. 2. et diserat prius Felinus, in cap. pastoralis 11. de offic. Delega-ti n. 2. vers. limita 5. = Idem docet D. Iosephus de Sesse tom. 4. decis. 438. per totam, maxime n. 15. omnino vi-dendus nam integrum, et plenum tractatum facit in dicta decisione, de jurisdictione, et quando cumulative, vel pri-vative concessa intelligatur. De hac materia consule D. Mathæum de Regimine cap. 4. §. 10. n. 21. et alibi.

Iudex Ecclesiasticus. f.^c 282#

Licet crimen Sacrilegij sit mixti fori, ita ut puniri valeat a Iudice Saeculari, poenis dispositis a Iure Civili, ac Regio, et simul ab Ecclesiastico, poenis Canonicis, Guido Pape dec. 562. n. 2. et 3. et communiter DD: tamen haec mixticetas fori, solum operatur, ut Iudex Ecclesiasticus possit procedere contra clericum laicum, licet Saecularis praevenerit in iudicio; non tamen potest Eccles.cus alias poenas imponere delinquenti, quam medicinales, et Canonicas, non autem temporales, pecuniarias, aut alias respicientes vindictam, et rei punitionem. Cevallos de cognitione per viam violentiae q. 59. n. 16. in fine, Salcedo cap. 87. lit. H. versiculo ult, quia ad huiusmodi poenas procedere nequit Iudex Ecclesiasticus, post praeventionem Saecularis. Socin. in cap. postulasti de foro competen. q. 16. vers. tertio casu, n. 10. Roland. a Valle, consil. 24. n. 14 Caballus, resolut. criminal. centur. 2. resol. 192. n. 6. sed tantum ad spirituales, et pure medicinales, ut excommunicationis, et poenitentiae salutaris ad absolutionem obtinendam; et in his terminis concurrere possunt Iudex Ecclesiasticus, et Saecularis. Clarus lib. 5. sententiar. §. fin. q. 36. n. 47. Acevedo in l. 2. tit. 2. lib. 1. Recopil. n. 10. vers. verum tamen est. Vide Cortiadam dec. 264. n. 37. et 265. per tot. Hinc invaluit inconcussa praxis Castellae, de qua testatur Cevallos ubi supra, dicto lib. 5. glos. 18. n. 10. et dict. q. 59. in fin. Lopez in Allegatione pro Iurisdictione Iudicis Brevis Cruciatae cap. 4. n. 22. quod in huiusmodi causis, si praevenerit Iudex Saecularis contra clericum laicum, contra quem simul procedat Ecclesiasticus, ratione Sacrilegij: atque ad poenas temporales, vel condignas, declaratur talem Iudicem Eccl.^m vim facere, cognoscendo de causa principali, et remitti iubetur ad saecularem; quoad Sacrilegium vero, imponat clerico poenitentiam salutarem. Licet enim quando Iurisdictio est cumulativa, ut in dicta specie, locus sit praeventioni, tamen

Iudex Ecclesiasticus, turbans seu usurpans Regiam Iurisdictionem, ipso facto amittit temporalitates, incurrit poenam exilij, et extraneus a Regnis Castellae habetur, ex l. 4. tit. 1. lib. 4. Recopilationis.

cognitio utriusque Iudicis, tendit ad diversos fines, et poenas, ac proceditur diverso modo, licet causa sit una, et unicus idem. Quippe in causis Criminalibus, nemo debet bis judicari, l. sicut primum §. 1. l. Senatus 14. ff. de accusationibus, Larrea decis. 98. n. 2. Julius Clarus §. fin. q. 57. per tot. Covarrubias variar. lib. 2. cap. 10. Boer. q. 289.

Iudex Ecclesiasticus, nequit pro debito personæ Ecclesiasticæ, nec alia de causa, emparam providere in manus laici. Cancer cum alijs, et binis decisionibus Cancellarij par. 2. variar. cap. 4. a n. 10. ad 12. videndus, Cabedo qui decisum refert decis. 86. par. 1.

Iudex potest propria authoritate Ministros Curiæ constituere in loco suæ Iurisdictionis, et seu deputare potest Assessorem, Notarium, Nuncium, et Promotorem Fiscalem. Antonellus videndus, de loco legali lib. 3. cap. 3. per totum.

Inhibitio = Absolutio

S. C. T. sess. 13. cap. 3. disponit, reum appellantem, debere coram Judice ad quem, acta primæ Instantiæ omnino producere, et Judicem, nisi illis visis, ad ejus absolutionem posse procedere.

= Vide Fagnanum in cap. 12. de fide instrumentorum lib. 2. decretal. ex n. 9. fol. mihi 162.

Eadem Sancta Synodus sess. 22. de reformatione cap. 7. hæc habet: Legati, et nuncij Appostolici, Patriarchæ, Primates, et Metropolitani, in appellationibus ad eos interpositis, in quibusvis causis, tam in admittendis appellationibus, quam in concedendis inhibitionibus post appellationem, servare teneantur formam, et tenorem sacrarum constitutionum, et præsertim Innocentij IV. quæ incipit Romana quacumque consuetudine, etiam immemorabili, aut stilo, vel privilegio in contrarium non obstantibus; aliter inhibitiones, et processus, et inde secuta quæcumque sint ipso jure nulla.

Textus, qui in hac conciliari dispositione innovatur, est caput Romana § de sententia excommunicationis in sexto, quod nuperrimé fuit etiam innovatum per S.mum Dnm Nrum Innocentium XIIJ in Bulla expedita precibus Regis Catholici, et instante Eminen.mo Card. Belluga.

Ex his totis viribus probare nititur Dns Salgado de supplicationibus ad S.mum part. 2. cap. 9. per tot. nullam nullivsque roboris, et effectus esse absolutionem Metropolitani, vel ejus inhibitionem, quando acta Judicij à quo non fuerint apud eum exhibita. Unde concludit vir doctissimus, nullam esse absolutionem quæ non visis actis reo excommunicato fuerit impertita, et quod

inhibitione non obstante potest Episcopus inhibitus ad ulteriora procedere, cum non aliàs inhibitio teneat, quam vio processu. Et ex hoc motivo improbat Author praxim notoriam, et stilum immemorabilem in Tribunalibus jamdiu receptum, stante Decreto irritanti, quod in Concilio legitur.

Idem asserit citatus Dns Salgado de Regia protectione part. 2 cap. 10. ex N. 34. adeò ut utroque loco, nullam dicat absolutionem, quæ ad certum tempus cum reincidentia concedi solet, nulliusque roboris inhibitionem ex defectu formæ à Sacro Concilio præscriptæ.

His tamen non obstantibus, praxi, et universali consuetudine receptum est validam esse absolutionem per Judicem ad quem, etiam actis non visis, concessam, validamque inhibitionem, eo tamen temperamento, ut non absolutè absolutio concedatur, sed ad certum tempus cum reincidentia, prout etiam inhibitio, quæ ad tempus determinatum similiter conceditur, quo pendente, omnia acta Judicis à quo nulla sunt, et attentata, ut optimé docet Baz in praxi tom. 2. part. 5. cap. unico N. 14. versi. *Solent tamen* fol. 58. Dns Covarruvias practicar. quæst. cap. 23. per tot. Staphil. de literis gratiæ fol. 133. Andreas Gail. lib. 1. observ. 144. Et agnoscere videtur idem Dns Salgado de supplicat. ad Sanctiss. part. 2. cap. 7. ex N. 5. Lancellot. de attentatis part. 2 cap. 20. limitat. 1. Scaccia de Appellationibus q. 17. limitat. 4. Membro 2 ex N. 26 Zerola in praxi Episcopali part. 2. verbo *appellatio*, versic. *Nono quæritur*

Inhibitio, jure quo utimur, non requirit causæ cognitionem; imo post eam sine citatione, et aud.i expeditam, nullus est processus Judicis a quo. Lancellot. de attentat. post inhibit. par. 2. cap. 20. in præfat. n. 148. Gratian. tom. 5. cap. 914 n. 26.

Inhibitio Romanæ Curiæ, super causa temporali vertente coram Magistratu Sæculari, non admittitur. Calderó decis. 134. n. 35. D. Frasso de Regio patron. Indiar. tom. 1. cap. 44. n. 32.

Vide Bullam Innocentij xiij. expeditam 13. Maij 1723. instante Cardin. Belluga, et post eam Decreta Clementis xij. et Urbani viij. circa appellationes, inhibitiones, et absolutiones, quæ esse videntur juris communis correctoria.

Instantia.

Instantia causarum, jure Civili perit per lapsum triennij, ut constat ex textu expresso in l. properandum C. de judicijs, et docent communiter Doctores. Jure vero Canonico in terris Ecclesiae, et causis Ecclesiasticis prorsus servando, solum triginta annis perit instantia, et praescribitur, ut constat ex cap. penult. de judicijs, et ibi plenissime videndus Fagnanus. D. Mathew de Regim. cap. 13. §. 1. ex n. 71. ad 80. Ratio est, quia si actioni judicati per 30. annos praescribitur: cur non etiam actioni, et instantiae in judicium deductae? Et nota, ab hac praescriptione non subduci tempus minoris, imo nec pupillaris aetatis, nec contra illam restitutionem in integrum concedi, ut expresse cavetur in d. l. properandum C. de judicijs. Et ita decisum fuit per Regium Senatum Majoricensem, Referente D. Canet, 27. Maij 1687. contra Ecclesiam Cathedralem, seu Confraternitatem SS. Petri, et Bernardi, restitutionem petentem, ibi: Non procedit haec praetensio in hoc casu, ubi non agitur de laesione causata ex contractu, sed ex praescriptione; aliter enim semper esset concedenda restitutio adversus praescriptionem, cum in omni casu laedatur jus partis ex ipsa praescriptione. Ita

Conditio si sine liberis. Caducatio gradus.

1. Petrus Ignatius de Torrella instrumento 16. Aprilis 1593. Guilliermo Torella sobrino suo ex fratre contemplatione certi, et determinati Matrimonij, donationem fecit de praesenti post ipsius obitum effectum sortituram, Praedij vocati la Vall de la Nou, aliorumque bonorum, reservata sibi facultate ea fideicommissio subjiciendi in ultimo testam.to Donatori praeobijt Guilliermus donatarius, relictis tribus filijs, nempe Petro Ignatio, Raymundo, et Thoma. Postea testamento 13. Martij 1603. virtute dictae facultatis instituit donator haeredem Petrum Ignatium, et illi quandocumque decedenti sine filijs, aut descendentibus masculis legitimis, et naturalibus, substituit dictum Raymundum, et huic eodem modo decedenti, Thomam; huicque pariter filiam majorem Petri Ignatij, et successive alias ejusdem filias, quarum ultimae substituit filiam natu majorem, et successive alias Raymundi, et ultimae istarum filias Thomae, ordine primogeniturae, quarum ultimae quandocumque decedenti sine filijs substituit Petrum Gregorium Rossinol, suum ex sorore nepotem, et illi sine liberis decedenti, Beatricem Rossinol, et

huic Eleonoram Dezcallar, et Torrella, et D. Fran-
cinam Marcer, et post istius obitum D.m Georgium
de Sant Juan filium suum, et ultimo istorum sine
liberis decedenti, substituit D. Guillermum de Sant Ju-
an, filium dicta D. Francina, et suos, ad omnimo-
dam suæ, et suorum voluntatem.

2. Supradicti Petrus Ignatius, Raymundus, et Thomas
mortui fuerunt sine prole, et vivente Thoma Torrella
ultimo possessore obiit Petrus Georgius Rossiñol, relicto
filio, qui pariter decessit in infantili ætate ante
mortem dicti Thoma. Beatrix Rossiñol prædecessit
sine liberis, ac etiam D. Francina de Sant Juan,
et Marcer, et postea D. Georgius de Sant Juan
et Eleonora Dezcallar, sine prole, ac tandem
D. Guillermus, relictis D. Antonio de Sant Juan, et
Elisabeth Moniali B.a Virginis Conceptionis, filiis
primi gradus, Balthasare Rossiñol, Barbara Dezcallar,
et Ferdinando Moix, nepotibus ex filiabus, qui omnes
petierunt tamquam sui dicti Guillermi praeditum
fideicommissum, contra D. Leonoram Dezpuig, et
D. Petrum de Veri, heredes Thoma de Torrella ulti-
mi possessoris, contra quos, et favore illorum, modo quo
infra fuit causa decisa per Regiam Aud.m Refe-
rente D. Martorell, die 20. Martii 1656. Scrª
Armengual, nunc Quiz, ex motivis sequentibus, ibi:

3. Quia tamen ex serie, et tenore dictæ clausulæ hæreditariæ, constat testatorem in prædicto fidei-commisso considerasse effectum suæ dispositionis, adeò ut deficientibus substitutis in gradibus mediis admitterentur in ultimo gradu positi, nempe qui essent Sui D. Guillermi de Sant Juan quo casu, secundum veriorem Doctorum Sententiam substitutus posthumo, admittitur eo non nato, nam provisio in unum casum extenditur ad alium casum omissum, si in eo testator verisimiliter disposuisset, pro ut in occurrenti casu verosimile est, quod voluit testator succedere substitutos, etiam ventre non nato; si enim dilexit eos nata, et mortua filia dicti Thomæ Torrella, pariter, et fortius dicendum est illos dilexisse, ea non nata, quia videtur credendum, quod testator voluit disponere in forma ut ejus dispositio sortiretur effectum, non autem quod reddi posset elusoria;

Jurisdicion de la Junta Appca

A instancia del Sr. Phelipe segundo concedio la Santidad de Pio IV, su Breve, con fecha de 17 de Noviembre de 1560, en el qual con insercion de el que se havia concedido por Paulo III, al Sr. Carlos V, cometio a S.M. los pleitos que la Orden de Santiago tenia con la Dignidad Episcopal de Badajoz, y con otros Prelados, tanto sobre Diezmos, como sobre Jurisdicion, que S.M. les concluyesse, de tal modo, que aquello que por S.M. se acordase, las partes fuesen obligadas à observarlo; y lo que en contrario se hiciere, con qualquiera autoridad, fuese de ningun valor, ni efecto: concediendole para ello, de cierta ciencia, y mera liberalidad, plena, y libre facultad, y authoridad. Y haviendo S.M. acceptado estas Bullas diputó tres Ministros de su Consejo, que con nombre de Junta Apostolica conocieron de aquellos negocios, y se continua hasta aora.

Sententia, caeterique actus iurisdiccionis, facti per Magistratum intrusum, valent, eique opponi non potest defectus iurisdiccionis. Ratio est, quia hic probatur per publicam reputationem, et est fructus possessionis territorij; et sic eo ipso quod constet de publico exercicio, vel usu iurisdiccionis ordenaria, tenent acta, et de nullitate argui nequeunt, maxime per eum, qui in Iudicem intrusum consensit, ut plenissime docet post Bart. Bald. et alios Sebastianus Vantius de nullitatib. tit. quib. mod. senten. nulla defendi possit, ex n 36 ad 42. cui addetexst in L. Barbarius, 3 de officio Praetor.

Alieni Imperij invasor, quatenus possidet, licet iniuste possideat, iure tamen Imperium administrat, et actus iurisdiccionis, quos facit, validi sunt, et obligant. Victoria de potest. civili, n. 23. Grotius de iure belli. lib. 1 cap. 4 n 15. prout factum fuisse Romae circa acta Lucij Sulla, author est Florus, lib. 2 cap. 1. ea ratione, quia acta tyranni salva Republica annullari non possunt. Deinde observandum est ex eodem Grocio lib. 3 cap. 3, bellum iustum ex iure Gentium dici, non ex causa, unde oritur, aut ob quam movetur, sed ex eo quod a Principe, aut Populo summum Imperium habente, et praevia indiccione fiat, quibus positis, licet causa belli motiva iniusta sit, bellum tamen quoad efectus externos iuri Gentium, iustum est, et solemne. Cum autem iusti, sive solemnis belli efectus sit summum in victos Imperium, ut ipsemet Author docet lib. 3 cap. 8; hoc autem summum Imperium, supremasit iurisdiccio, a qua tanquam a fonte Magistratuum authoritas provenit: consequens omnino est, acta, et sententias, factas per Magistratus Principis intrusi, dummodo ijs supremus sit, et bellum publice indictum, nullas dici non posse ex defectu iurisdictionis.

Mas f. 278

Iurisdictio activa, et passiva.

De differentia inter Iurisdictionem activam, et passivam, eiusque effectibus, qui maximè momenti sunt, videnbe ✠ Cardin. de Luca in Miscellan. ex num. 87. discur. 1.

Inquisitores.

Inquisitoribus Hispaniæ, non solum præservatur prima instantia iuxta Concilium Tridentinum, verum etiam secunda, ita ut à sententia Inquisitoris Generalis, atque Supremo Inquisitionis Consilij, nullatenus apelletur, aut apellari, suplicari, vel recurri posit ad Tribunal Sanctæ Generalis Inquisitionis Romanæ, nec etiam ad Summum Pontificem, cuius Literæ citatoriæ, inhibitoriæ, evocatoriæ, compulsoriæ, et aliæ quæcumque, quovis nomine senceant eo ipso quod in prima, secunda vel ulteriori instantia, derogent, vel præjudicent Hispanæ Inquisitionis facultatibus, privilegijs, Indultis, vel authoritati, aut de causa in ea agitata cognoscere velit Summus Pontifex illarum vigore, licet manu propria Sanctissimi signatæ sint, aprehenduntur per Regem (non tamen per Regia Prætoria aut Supremum Consilium) et exequi prohibentur, hocque est indubitata Regis nostri Regalia, tanquam Patroni, et Protectoris Sanctæ Inquisitionis, ut docet D. Salg. de Suplicat. ad Sanct. par. 2. cap. 33. ex n. 82. ad 146.

Huius doctrinæ veritas, et nostri Regis prærrogativa, nititur pluribus Apostolicis Concessionibus, quas refert citatus Author ex n. 85. Præcipuæ sunt Innocentij VIII, anno 1485. et 1486. Alexandri VI, anno 1494. Julij II anno 1508. Leonis X anno 1518. Adriani VI, anno 1523. Clementis VII anno 1524, et iterum anno 1529. Pauli III anno 1539. et rursus anno 1544, ac tandem Julij III anno 1551, quam ad Literam tradit D. Salg. citat. n. 142.

Diximus præfatas Literas à Rege retineri, et exequi prohiberi, etiam si sint manu propria Sanctissimi

signata, et merito; quia licet hæc exceptio sufficiat in præjudicium primæ instantiæ Ordinariorum regulariter, non tamen quando per Sanctam Romanam Inquisitionem, vel etiam per Summum Pontificem præjudicium inferri prætenditur Hispanæ Inquisitioni Jurisdictioni, in prima, secunda, vel ulteriori instantia. Ratio est, quia in præfatis Indultis Apostolicis, tria copulative requiruntur, ut Literæ evocatoriæ locum habeant, nempe signatura manu Sanctissimi, derogatio in forma specifica, dictarum Bullarum, et Regis Catholici consensus, ut constat ex constitutione Julij III, et explicat Salg. n. 93. Et licet obreptio, vel subreptio non sit causa sufficiens retentionis, in hoc tamen casu secus est, quia non retinentur præcise propter hoc vitium, sed ratione præjudicij publici, et ex defectu formæ ex D. Salg. citato, n. 121 cum seqq.

Verum Inquisitionis originem tribuit Claudius Fleuri Lucio tertio Romano Pontifici, in Constitutione ad abolendam de hæreticis ut explicat [illegible] Histor. Eccles. lib. 73. n. 36. tom. 15.

1

Iurisdictio Academica Salm.ce

Iurisdictio Magistri Scolæ Salmantinæ restringitur ad duas Dietas, seu viginti leucas in L. 20. tit. 7. lib. 1. Recop. quæ corrigit Legem 18 eiusdem tit. Quod licet verum sit, quando scolasticus actor est, non tamen si reus fuerit in Criminalibus, quia si de proprio foro Universitatis excipiat, ad Magistrum Scolarum remitti debet, ut de causa cognoscat a quibuscumque huius Regni tribunalibus, ut docet D. Salg. videndus par. 1. de Reg. Prot. cap. 2. § 5. eo n. 41.

Iurisd.o Academ.ca compluti

Quo vero ad Rectorem Collegij maioris, atque Universitatis Complutensis, et Collegiales, ac Scolasticos eiusdem, Iulius II, in Bulla data Romæ 21 Augusti 1512, concessit Collegialibus, scolasticis, cæterisque matriculatis in præfata Universitate dummodo in ea studendi causa permaneant, omnimodam exemptionem à iurisdictione, correctione, et potestate Archiepiscopi Toletani, aliorumque Ordinariorum, eosq. admisit, et constituit sub immediata protectione Sanctæ Sedis Apostolicæ, ita ut conveniri nequeant civiliter, nec criminaliter coram alio Iudice, quam Rectore Complutensis Academiæ, cuius forus, et iurisdictio, pribativa est in passivis quoad omnes causas, quæ moveri valeant contra scolasticos in ea degentes, sive sint ratione contractus, sive delicti, aut rei sitæ, taliter ut ubicumque initus sit contractus, aut delictum comisum, debeat scolasticus conveniri, et puniri

Vide Anguianum de legib. lib. 3. controver. 33.

à Rectore. Ipse tamen Rector immediate subest Summo Pontifici, eiusque Legatis, et Delegatis, cum inhibitione aliorum omnium Iudicum.

Privilegia Universitatis Parisiensis, sunt 180, quæ refert Rebuffus in tractatu de privilegiis Scolar. et ex eo Adamus Contzen lib. 1. Polit. cap. 15 per tot. Et licet maxime privilegiati sint, non tamen foro activo potiuntur, saltem ultra dietas. Solum privilegium habent, quod est in ordine 162, non teneri forum rei sequi. Advertit tamen citatus Contzen, hoc solum servari, ubi Conservatores speciales sint, quasi utriusque parti Iudices.

In eadem Iuliana Constitutione communicantur Rectori, et Scolasticis Complutensibus, omnia privilegia, et exemptiones (non tamen Iurisdictio) actenus concesa Rectori, et Scolasticis Universitatum Parisiensis, et Salmantinæ; prout etiam facultas lucrandi fructus Beneficiorum, et Prabendarum, licet curam habeant animarum, aut practicam, et personalem residentiam exigant, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis.

Præfata Iulij II Constitutio, fuit in forma specifica confirmata, alia Clementis VIII, data Romæ 25 Maij 1600; hoc addito quod possit Complutensis Academiæ Rector cognoscere de causis beneficialibus Scolasticorum, quoties rei fuerint, ita ut non solum in civilibus, et criminalibus, sed etiam in beneficialibus causis, exempti sint ab Ordinariorum Iurisdictione, et conveniri debeant coram Rectore Complutensi.

Designat Conservatores in solidum Abulensem Episcopum, Abbatem Collegialis Ecclesiæ Sanctorum Iusti, et Pastoris, et Comendatorem Collegij Beatæ Virginis de Mercede redemptionis Captivorum eiusdem Urbis.

Derogat Constitutioni Bonifacij VIII in Cap. Statutum de rescrip. in 6°, et Concilijs generalibus, restringentibus Iurisdictionem Iudicum

Comissariorum Apostolicorum ad duas dietas, non tamen derogat Concilio Tridentino in Cap. Causæ omnes sessioni 24 de reformat. nec signata reperitur manu propria Sanctissimi, ut pro forma requirit, non obstante quod Bulla expedita sit sub annulo Piscatoris, quod non sufficit, nec de iure post Concilij Decretum, nec juxta praxim iam diu receptam in Regio Castellæ Consilio, ut probat omnino concludenter D. Salg. de suplicat. ad Sanct. par. 2 Cap. 6 per tot. et iterum § unico eiusdem capitis. Unde ex verbis dicti Cap. Causæ omnes, præservata manet Ordinariorum Iurisdictio in Causis beneficialibus eclesiasticorum, etiam quoad forum paribum.

Imo Iudices Conservatores perpetuo deputati, ordinarij censentur, et ad ipsos causæ beneficiales, cæterique ecc.cæ in 1a. inst.a pertinent, ac præservatæ censentur in cap. causæ omnes. D. Salgado de retent. Bullar. par. 2. cap. 11. per tot. maxime ex num. 93.

Iterum Clemens X alia Constitutione expedita Romæ 25 Maij 1672, confirmat etiam in forma specifica præfatas Bullas Julij II, Clementis VIII, nihilo denovo super addito.

Ex atestatione Secretarij Concilij Tridentini constat, quod cum in eo ageretur de derogandis exemptionibus Capitulorum Eclesiasticorum, petente Episcopo Legionense, posita fuere in Decreto hæc verba: salvis privilegijs Universitatibus, ac illarum personis concessis, quæ asserit Secretarius apposita fuisse ad præservandam exemptionem Collegialis Eclesiæ Sanctorum Iusti, et Pastoris Complutensis.

Et quia in Bulla Clementis VIII, de qua supra, communicantur Complutensi Academiæ omnes exemptiones, et privilegia Salmanticæ Universi-

tatis, quæ pendent ex Bulla Innocentij VIII, relata ad literam per Acebedo in L. 20. t. 7. lib. 1. Recop. sciendum est, Innocentium in præfata Constitutione deputare Conservatores Studij Salmantiensis Archiepiscopum Ispalensem, et Episcopos Cordubensem, et Pacensem, imposita eis præcisa necessitate, et præcepto, non alios in subconservatores deputandi, quam personas in Ecclesiastica Dignitate constitutas, decernens irritum et innane quidquid secus à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contingerit atentari. Unde infert Acevedo n. 4. quod nisi Cancellarius, et Vicecancellarius, Conservatores et subconservatores habeant, et possideant Dig. nitatem in Eclesia, sententia per eos lata, nulla est ipso jure ex defectu jurisdictionis. Et amplius præcipit Innocentius Conservatorum jurisdictionem restringi ad duas dietas. Et licet P. Atendo de iure Academico lib. 3. q. 2. n. 9. dicat in Academia Salmantina posse actorem studiosum, reum clericum intra quatuor dietas existentem cogere, ut in suo foro academico compareat, iuxta Constitutionem Julij II editam anno 1505 per quam derogatum credit Constitutioni Innocentij, asserens secus esse quando reus est laycus, qui ultra duas dietas conveniri non potest iuxta LL. Regias 19 et 20. t. 7. lib. 1. Recop. tamen hæc assertio omni prorsus fundamento caret; tum ex defectu territorij, tum etiam ex poste-

Restrictio ad duas Dietas quoad forum activum in praxi servatur. D. Salgado de reg. prot. par. 1. cap. 2. §. 5. ex n. 41. Atendo de jure Academ. lib. 3. q. 2. per totam.

rioxi Bulla Gregorii XV, quam affert, et explicat Fagnan. omnino videndus in Cap. Si Clericus de foro compet. lib. 2. Decretal. fo. 56 cum seqq. in qua hæc expresse cabentur.

Omnes Literæ Conservatoriæ sive perpetuæ, sive temporales revocantur, ac nullæ, et invalidæ decernunt, sive actenus concessæ fuerint, sive Conservatores vigore privilegiorum electi sint.

De cætero statuitur, ut Judices Conservatores, sive principales, sive subrogati, eligi, nominari, aut deputari non posint, nisi sint in Ecclesiastica Dignitate constituti, aut Canonici Ecclesiæ Cathedralis, et amplius Judices, et Examinatores Synodales, in Synodo Diœcesana electi.

Conservatores, in causis inquibus Scolastici, Regulares, vel alias exempti actores fuerint, nullam prorsus jurisdictionem habent, sed in iis tantum, in quibus rei extiterint, ut etiam disponit Tridentinum de reformat. session. 14. cap. 5. ibi: in civilibus etiam causis, si ipse actor extiterit, aliquem ei apud suos Conservatores Judices in judicium traere minime liceat.

Tandem innobatur dispositio textus in Cap. fin. de off. et potest. Judicis Deleg. ubi Conservatoris jurisdictio restringitur ad vnam dietam.

Sequitur ergo quod nisi Magister scolarum Salmantinus habeat delegationem ab Archiepiscopo Hispalensi, vel ab Episcopis Cordubensi, et Pacensi, dici non potest Conservator illius Academiæ, et quod vicescolasticus, et Judex Studij, nisi fuerit Canonicus Ecclesiæ Cathedralis, aut in Dignitate Ecclesiastica

Hæc Constitutio Gregorij XV. non revocat Conservatorias Universitatum, quorum Judices sicut delegati ad universitatem causarum, ordinarij censentur, et jurisdictionem perpetuam in officium habent. Cenedo de provent. par. 2. cap. 59. D. Salgado videndus de Reten. Bullar. par. 2. cap. 11. per totum. Non tamen possunt hi uti jurisdictione extra duas Dietas, ut idem Salgado docet de Reg. prot. par. 1. cap. 2. §. 5. ex num. 41.

Cum Bulla Gregoriana non deroget Conservatorijs Universitatum, et in Bullis favore Studij Complutensis derogat. cap. Statutum de rescript. in 6. fit inde posse Rectorem sua uti jurisdictione licet non sit Judex Sinodalis, nec constitutus in Dignitate Eccl.a Unde vera est doctrina Carlevalij.

Imo secus quando sunt Conservatores Academici, ut docet Ronductus ubi supra n. 24.

constitutus, et Judex Synodalis Conservator esse non poterit. Et similiter dicendum erit de Rectore Complutensi, tamquam dictis qualitatibus destituto. Ex his cavendum est à D. Carleval de judic. tit. 1. disp. 2. sectione 5. ex n. 498. ubi docet Magistrum Scolarum, et Scolasticum Salmantinum, prout etiam Rectorem Complutensem, esse Judices Conservatores utriusque Academiæ respective, et uti tales cognoscere posse de omnibus causis civilibus, et criminalibus, et sive Scolastici sint ~~[illegible]~~ actores, sive rei, ita ut quanlibet trahant ad suum forum, saltem infra duas dietas. Hæc enim doctrina falsa est, ut constat ex citatis Bullis Apostolicis, et ex verbis Concilij Tridentini, maxime post Bullam Innocentij XIII § 26. in qua præfata Gregoriana Constitutio innovatur. Sed verius est Bullam Gregorij non derogasse Conservatorijs Universitatum. Ronductus de prævent. par. 2. cap. 59. Salgado de reten. Bul. par. 2. cap. 14.

Judices Conservatores cum delegati sint, tenentur delegationes suas probare, et in primis literis citationis, tenorem Pontificiæ commissionis inserere; alias nulliter procedit, ut probat D.r Michael de Calderò tom. 3. decis. 118 per tot.

Solum cognoscunt de manifestis injurijs, et violentijs tam atento iure comuni, quam novo ex Constitutione Gregorij XV, noviisime instaurata, et servari jussa per Bullam Innocentij XIII, præcibus Cardinali Belluga § 26. Idem Calderò decis. 112. ubi explicat quid comprehendatur sub nomine manifestæ injuriæ, et qualiter debeat de ea constare. = Hæc in Conservatoribus quibus jurisdictio datur in forma communi locum habent; secus vero in Conservatoribus Universitatum. Salgado videndus de reten. Bul. par. 2. cap. 14. Ronduct. de prævent. par. 2. cap. 59.

In casu civilibus Conservatores cognoscere possunt quando subditi privilegiati sunt rei; alios autem ad proprium forum trahere non possunt; immo licet Laicus non subditus, sua sponte comparat, nullus erit processus, quia jurisdictio Conservatoris in re mere profana, non est prorogabilis, quando Literæ Conservatoriæ à Summo Pontifice dimanarunt, non tamen sunt à Rege confirmatæ. Calderon ubi prox. decis. 120. Cevallos de cognitione per viam violent. par. 2. q. 151. Si vero loquamur de Judicibus Conservatoribus Universitatum Hispaniæ: cum delegationem habeant à Rege et concessum territorium certum ad universitatem causarum, prorrogari poterit jurisdictio, prout cum alijs tradit Calderon decis. 121. ex n. 11.

Hæc per jus Canonicum, Concilium Tridentinum, et Bullas Apostolicas ordinata sunt circa jurisdictionem, et potestatem Judicium Conservatorum, Magistri Scolarum Salmantisensis, atque Rectoris Complutensis. Quia tamen territorium subjectibum, jure legentium pertinet ad Regem, illudque non habent Ecclesiastici Judices, nisi à Principe nostro concedatur, iuxta doctrinas cumulatas tom. 2. observ. fo. 360: per Legem Regiam Castellæ, quæ est 18. t. 2. lib. 1. Recop. in vim concordiæ cum Magistro Scolarum Salmantino cautum est cap. 1, præfatum Scolarum Magistrum cognoscere posse, etiam extra casum injuriæ, et violentiæ manifestæ, et similiter suam exequi sen- Jus Regium

tentiam apellatione non obstante, et in L. 20. eiusdem tit. disponitur, præfatum Magistrum Scolarum, seu Viceescolasticum, jurisdictione carere extra duas dietas, iuxta Bullam Innocentij VIII, de qua supra, quæ observari mandatur ad vnguem quoad qualitatem Conservatorum, ita ut eligi non posit, nec subrogari, qui non sit in Eclesiastica Dignitate constitutus; in cæteris vero servandum esse jus comune, et Regium. Hoc idem disponitur in L. 26. eiusd. tit. quoad Universitatem Complutensem, eiusq. Iudices, ita ut Concordia expresa in dicta L. 18, repetita cenceatur quoad Academiam Complutensem. Videndus Cevallos de cognit. per viam violent. par. 2. q. 15. vbi probat Conservatorem Vniversitatis cognoscentem contra laicos intra duas dietas, et suam sententiam exequentem apellatione remota, vim non facere, cum vtatur potestate sibi à Lege Regia tributa, licet contrarium servet praxis iuxta notata infra fo. 383. pag. 2.

De Iurisdictione Academica, et Scholarium foro atque de privilegijs Universitatum Salmanticensis, Complutensis, et Pinciana, late agit D. Olea videndus tit. 2. q. 4. ex num. 5.

Iudex Ecclesiasticus quo ad modum et poenas in procedendo

Episcopus, vel quilibet Iudex Ecclesiasticus nequit procedere contra laycos, etiam in casibus, in quibus habent jurisdictionem, vel in causis mixti fori, si praevenerint, nisi per Ecclesiasticas censuras; ubi autem imponere volunt, et exequi penas pecuniarias, vel temporales, aut etiam capere laycos, debent uti auxilio brachij saecularis, non obstante decreto Sacri Concilij Trident. de Reformat. sessione 25. cap. 3. ut demonstrative convincit D. Leon tom. 2. decis. 151 per tot. ubi aliter dicendum esse fatetur, si per legitimam praescriptionem centenariam, aut immemorabilem, quae tamen concludenter probari debet, hanc facultatem praescripserint. Et prae oculis habendum est ad Consuetudinem inducendam tria necesario desiderari, scilicet consensum Populi, frequentiam actuum, et longum tempus. Et quidem consensus Populi talis requiritur, qui habeat legem ferendi potestatem. Nec sufficit officialium Principis scientia, ad inducendam consuetudinem, quia Principis consensus requiritur, ut omnino concludenter probat D. Crespi observ. 63. ex n. 15 D. Larrea tom. 2. alleg. 32 n. 21 et 22.

Vide Adamum Contzen lib. 5. Politicor. cap. 19. per totum ubi optime explicat consuetudinis naturam vim, et effectus.

Et quod Iudices Ecclesiastici indigeant auxilio brachij Saecularis ad imponendam, vel exequendam penam pecuniariam, et ad laycos capiendos, cesante consuetudine, aliàs vim facere dicatur, optime probat, et decisum refert D. Larrea tom. 1. decis. 1. per tot. Regens Calderò tom. 3. decis. 71. per tot. maxime à num. 13. Cortiada tom. 1. decis. 26. à n. 58. Idem Calderò tom. 3. decis. 106. Ratio est, quia Episcopi à jure

Contrariam sententiam tenentes,

non habet territorium, ut constat ex authoritatibus et doctrinis, quas allegavimus tom. 2. observ. fo. 360. et licet ibi aliqui DD. allegentur, eorum tamen doctrina sequenda non est; tum quia jure Gentium territorium spectat ad Principem dominantem; tum etiam, quia ita expresse cavetur in Legib. 14 et 15. t. 1. lib. 4. Recop. quae hujusmodi executiones poenarum temporalium, et personarum districtionem fieri prohibent absque auxilio brachij saecularis, non obstante qualibet contraria consuetudine, eo expresso motivo, quia absque Regia noticia, et consensu introducta declaratur. Vide in comprobationem doctrinae adnotatas tom. 2. observ. fo. 245. et ulterius D. Salgado de Reg. Protec. par. 2. cap. 4. ex n. 36. ubi plenissime, et melius parte 1. cap. 14. ex n. 99.

Iudex Ecclesiasticus, quoad tutelas.

An clericus tutor, curator, seu Administrator laici, qui onus tutelae, curae, seu administrationis sponte suscepit, pro reddenda ratione administrationis, et reliquorum restitutione, sit conveniendus coram Iudice Ecclesiastico, vel saeculari, difficillima questio est. In qua licet quatuor sint pugnantes DD. opiniones, verior videtur sententia docens, clericum tutorem, curatorem, aut Administratorem conveniri posse coram Iudice saeculari, ut docet Cortiada tom. 4. dec. 223. per totam, ita tamen, ut exequutio sententiae condemnatoriae fieri debeat per Iudicem Ecclesiasticum, implorato ejus auxilio per Litteras requisitorias, ex Cortiada citato num. 25. Vela dissertat. 45. ex num. 86. Quid quoad capacitatem clericorum ad tutelas. Vide infra fol. 369.

Iudex Ecclesiasticus

Quilibet Iudex Ecclesiasticus Regiam jurisdictio-
nem perturbans, seu usurpans, ipso facto incurrit pœnam
exilij, amittit temporalitates, et extraneus à Regnis
Castellæ habetur juxta L. 4. tit. 1. lib. 4. Recop. Ad. 286

Iudex Ecclesiasticus non facit vim, cognoscens de
novi operis nunciatione facta per clericum contra
laicum. Gutierrez consil. 48. D. Salgado de Reg. prot.
par. 2. cap. 8. n. 54. Cortiada tom. 5. dec. 289. ex
n. 27. ratio est, quia iuxta probabiliorem senten-
tiam, quam sequitur Cortiada ibidem, nuncians no-
vum opus est reus, et nunciatus, vel cui fit nuncia-
tio est actor, cum ille qui nunciat videatur in iure
suo molestari, et se defendere; notum autem est, acto-
rem sequi debere forum rei.

Iudex Ecclesiasticus.

A sententiâ, qua Iudex Ecclesiasticus se Iudicem pronunciat, an apellatio admittatur quoad utrumque effectum, disputat Vela videndus Disert. 41. per totam.

Fuerzas
Iudex Ecclesiasticus — Fuerzas de estos Juezes

Episcopus, et Iudices Ecclesiastici nequeunt cognoscere de causis super jure Regali, quia Regalia sunt propria, et privativa Regiæ Coronæ, et annumerantur in cap. unico tit. quæ sint Regalia in usibus Feudorum. Vide Consultationem Regiæ Majoricarum Audientiæ anni 1718. tom. 2. obser. fol. 335. et doctrinas ibi in margine adlegatas. Ratio propter quam de illis nequit cognoscere Ecclesiasticus Iudex notoria est; nam cum jura Regalia Principis sint, maximum Fisci interesse versatur in earum conservatione; Fiscus autem quemlibet trahit ad suum forum. Cortiada tom. 5. decis. 251. cum seqq. Videndus omnino hæc omnia comprobans D. Salgado de Supplicat. ad Sanctiss. par. 1. cap. 1. ex num. 133.

Antunez
Fuerza en el modo de conocer, y proceder

Iudex Ecclesiasticus an, et quando faciat vim, tam in non deferendo appellationi, quam in modo cognoscendi, et procedendi, optime explicat cum casuum distinctione Antunez Portugal de Donation. par. 2. cap. 31. per totum, quem vide dum casus occurrat.

Iudex Ecclesiasticus, si censuris procedat ad impediendam exactionem Regiorum tributorum, quæ Millones vocamus, vim facit. Unde recte jussum fuit a Rege, omnibus conductoribus, et Administratoribus horum Iurium, quod si Ecclesiastici Iudices contra ipsos Censuris utantur, ad Regium Consilium recurrant per viam violentiæ, ut constat ex Regio Decreto 23. Decembris 1639. quod habetur apud Ioannem de la Ripa, Practica de Ventas R.s §. 20. n. 42. et sequentibus.

Iudex Ecclesiasticus. Episcopus

An et quando in suo casu procedat Ecclesiasticus Iudex, aut potius vim facere dicatur in controversijs super immunitate Reorum ad Ecclesiam confugientium, vide apud D. Contrada tom. 2. per totum.

Quid quando lis vertitur super privilegio fori, et ut quaestio sit, An Ecclesiasticus Iudex competens sit, nec ne, consule citatum Regentem tom. 3.

Quid tandem si dubium versetur circa Episcopi, aliorumque Iudicum, et Praesulum Ecclesiasticorum Iurisdictionem, potestatem, ac praeeminentias, latissime tractat praefatus D. Contrada, et apud eum caeteri omnes DD. tom. 4. et 5. per totum.

Iudex Ecclesiasticus.

Episcopus de Iure saltim elapso anno exequi debet pia relicta propter negligentiam haeredis, ut constat ex expressis textibus in Cap. Nos quidem 3. de testam. ubi plenissime Fagnanus, prout etiam disponit Concilium Trident. ses. 22. de reformat. cap. 8. et d. ubi permittitur Episcopis tanquam Sedis Apost. delegatis, in casibus à Iure concessis, omnium piarum dispositionum, tam in ultima voluntate, quam inter vivos executio, et Ius visitandi Hospitalia, Collegia, et Confraternitates laicorum, Eleemosinas montis pietatis, loca pia, etiamsi eorum cura ad Laycos pertineat, ac tandem omnia, quae ad Dei cultum, aut animarum salutem, seu pauperes sustentandos instituta sunt, non obstante quacumque Consuetudine,

etiam immemorabili, privilegio, aut statuto; excepti
tamen Hospitalibus etc., quæ sub Regum immediata pro-
tectione sunt.
His suppositis, questioni est, an quando fundator, Capella-
niam perpetuam erexit absque Episcopi autoritate, quæ Be-
neficium Ecclesiasticum non est, valeat prohibitio testatoris,
ne Ordinarius se intromittat in earum provisione, collatione,
et visitatione. Communis resolutio est affirmativa. Garcia de
Benef. par. 1. cap. 2 ex n. 35 qui num. 38 docet, quod etiam in Cap-
pellanijs collativis, potest fundator excludere Ordinarium,
ex Concilio Trident. ses. 22 de reform. cap. 9. nisi in casu
negligentiæ, iuxta text. in Cap. tua de Testam. et ita sæpè decri-
sum per S. congregationem testatur. Et quamvis de hoc ali-
qui dubitent, certum tamen est, Episcopum, in Capellanijs
profanis ius visitandi non habere, ex Gonz. in Reg. 8. Glo.
5. n. 35, saltem quando ita cautum est in fundatione, ut ad-
vertit Garcia citatus, n. 40. A. Cevallos, de cognit. per viam
violen. quæst. 78. ex n. 46. Acevedo, in L. 9. tit. 6. lib. 1. Recop.
num. 8, prout expressè cavetur in dicto cap. 9. ses. 22 Con-
cilij Tridentini, ibi: nisi secus forte in institutione, et ordi-
natione talis Ecclesiæ, seu fabricæ expressè cautum esset;
Cevallos de patronatu Regiæ Coronæ, cap. 38. Ratio est, quia
bona secularia permanent, et in traditione rei suæ quilibet
potest ponere onus, et conditionem sibi benè visam, L. in re
mandata, Cod. mandati. Unde iurisdictio ad Iudicem
pertinet secularem, Lara de anniver. lib. 2 cap. 1. per tot.
maxime ex n. 40. Vide tamen D. Valenzuela tom. 2. con-
sil. 130.

Iudex Ecclesiasticus.

Iudex Ecclesiasticus occupans, vel impediens Regiam iurisdictionem, sive per viam simplicis querellæ, sive apellationis, vel alias, ipso facto naturalitatem et temporalitates amittit, et de crimine usurpatæ jurisdictionis, solum Rex cognoscere potest ex L. 3 et 4. t. 1. lib 4. Recop. V. f. 283#

Licet in L. 5. t. 1. lib 4. comp. prohibeatur Iudici Ecclesiastico, citare laicos in causis Ecclesiasticis ad Curiam Episcopalem (cabeza del Obispado) stantibus Iudicibus inferioribus, exceptis causis criminalibus, beneficialibus, dezimalibus, et matrimonialibus; quæ Lex condita fuit per Reges Ioannem Primum, et Secund. et confirmata per Carolum Quint. Matriti anno 1538, ante Concilium Tridentinum: ex illius tamen decreto in Cap. Causæ omnes sessionis 24 de reformat. omnes causæ Ecclesiasticæ coram Ordinario tractari

debent, non vero coram inferioribus Iudicibus. Vide D. Salgado de Reten. Bullar. par. 2. cap. 11. ex num. 85. et apud eum Narbonam.

Judicium

Judicium ordinarium est illud quod exigit solemnitatem libelli, et litis contestationis, ac etiam publicationis, et conclusionis, aliasque solemnitates à Canonico, et civili jure praescriptas, quae termini substantiales vocantur. Hocque adeo procedit, ut judicium illud, quod sua pte natura sumarium est, et executivum, ordinarium fiat ex modo procedendi, si via ordinaria introducatur, ut explicat Card. de Luca de judicijs disc. 1 ex n. 44. Vela dissert. 23. n. 66. et 67.

D. Salg. de reg. protec. par. 1. cap. 2. n. 116, eandem aggeriit doctrinam, subdens, causam privilegiatam, et executivam alimentorum, in vim instrumenti Guarentigij, vel immissionis ex L. fin. Cod. de edic. D. Adria. toll. licet sui primeva natura atenta non admitat appellationem suspensivam, ac per consequens vim non faciat Judex admitens solum appellationem devolutivam: tamen ex varijs causarum figuris, atque ex ordine, et modo procedendi, intentandi actionem, atque excipiendi, alteratur, et variae natura judicij, et qualitas appellationis, adeo ut judicium alias privilegiatum, et executivum, efficiat ordinarium, appellabile in utroque effectu, et non privilegiatum. Unde si Judex in hac specie executivè procedere intendat, et appellationi suspensivae non detullerit, vim facit.

22v

Institutio Canonica

Institutio triplex est. Prima corporalis, quæ nihil aliud est, quam immissio in possessionem beneficij, et hoc competit Archidiacono de jure communi, absque ulla prescriptione. Cap. Ad hoc. de Offic. Archidiac. Sagnan. in cap. cum Ecclesia. de caus. posses. et proprietat. num. 28. et 29.

Secunda est, authorizabilis, quæ consistit in approbatione ad curam animarum. Et hoc ab Archidiacono fieri non potest. Cap. cum satis de Offic. Archidiac. Unde cum Jus ei resistat, præscribi non potest, nisi per quadragenariam cum titulo, aut immemorabilem possessionem. Sagnan. in dict. Cap. cum Ecclesia. num. 30. et 31.

Tertia est quid medium inter corporalem, et authorizabilem institutionem, et vocatur collativa. Quæ licet de Jure spectet ad Episcopum tantum Cap. cum ex injuncto in fine. de hæreticis in sexto. Canones tamen non resistunt, quominus competat ex consuetudine Archidiacono; imo huic consuetudini assistunt, ut probatur in Cap. In plebibus 63. Distinct. Cap. Super eo. de Offic. Delegat. Cap. Ad hoc. de excessib. Prælator. Unde fit, ut hæc institutio absque titulo præscribi possit, quia quoties præscriptio non habet vehementem Juris resistentiam, titulum non requirit, cum titulus necessarius tantum sit ad excludendam malæ fidei præsumptionem, ut optime probat Sagnan. ubi proxime num. 32. 33. et seqq. maxime quando possessio centenaria est, quæ quoad hunc effectum æquipollet immemoriali, ut ibidem docet. Et quamvis Barbosa de Jur. ecclesiastico lib. 3. cap. 12. ex num. 207 probet, institutionem regulariter ad Episcopum

pertinere ex cap. 1. et cap. ex frequentibus de institution. cap. 1. eod. tit. in 6. fatetur tamen, alijs Ecclesiasticis personis, capitulis, aut Monasterijs competere posse, si a fundatoribus cautum sit, quia in ipsa fundatione conditio apponi potest, quod institutio spectet ad inferiorem, de consensu tamen Episcopi; licet hodie per Concilium Tridentinum Sess. 14. de Reformat. cap. 12. et 13. hoc correctum fuerit, et cautum, institutionem Rectoris in fundatione, vel dotatione Ecclesiae, Episcopo, non autem inferiori reservandam esse. Et nihilominus docet num. 244. posse Prelatis inferioribus jus instituendi competere ex causa speciali, nempe ex privilegio, seu prescriptione immemorabili, aut consuetudine legitime prescripta. Quod iterum docet de potestat. Episcopi. part. 3. Allegat. 72. num. 184. cum seqq.

His suppositis, advertendum est, de jure prohibitum non esse Monasterio habere curam animarum, sive quia habeat populum, ut dicitur in cap. 1. de capelis Monachor. sive quia aliqua Ecclesia Parrochialis sit illi unita, vel de mensa Monasterij. Clementina Unica. §. Quidam etiam Ecclesias. de excessib. Prelator. Et licet Urbanus III. statuerit, ut in Ecclesijs ubi Monachi habitant, per Monacum populus non regatur, dict. cap. 1. de cappel. Monachor. sed precisse presententur Presbiteri, qui ab Episcopo instituantur, tamquam Vicarij perpetui, et nullatenus amovibiles, nisi per Episcopum, et ex causa, nonobstante contraria consuetudine, ut cavetur in

Cap. Unico de Capellis Monachor. in sexto: nihilominus non absolute damnata censenda est consuetudo, sed ea tantum, quæ refferatur ad Vicarios temporales seculares; nam quoad Regulares, et Obedienciarios, intacta manet vis obediencia, quam Religiosi profitentur, cuius vigore amoveri possunt ad libitum Superioris, ut explicat Loterius: de re beneficiar. lib. 1. quæst. 33. ex num. 84.

In Ecclesiis Parrochialibus subjectis alicui Monasterio, duæ cadunt inspectiones: una circa ipsam curam animarum, et alia circa curæ exercitium, quæ inter se nihil habent commune, cum possit cura, saltim habitualis, esse penes unum, et exercitium penes alium, ut explicat Loterius citatus num. 89, et dicto lib. 1. quæst. 20. qui ex num. 90. recte docet, Ecclesiam Regularem, quæ habet Parrochialem pleno jure subiectam, non teneri curam exercere per Vicarium perpetuum, sed satis esse permittere Religioso curæ exercicium amovibiliter, et ad nutum, licet secus esset, quando Parrochialis non esset pleno jure subiecta, sed pertineret tantum ad Monasterium, titulo simplici Unionis, quo casu administrare tenetur per Vicarium perpetuum, ex dispositione text. in Cap. Extirpando. §. Qui vero. extra de præbend.

Ex quo infert num. 98. et segg. ~~...~~ institutionem authorizabilem, fieri debere per Episcopum, eo tantum casu, quo per Monasterium præsentatur, aut præsentari debet Vicarius perpetuus; quia cum institutio authorizabilis respiciat ipsam curam animarum, quæ ab ipso Episcopo procedit, ab eo tantum fieri potest. E contra vero, quando Ecclesia Parrochialis pertinet ad Monasterium, ~~...~~

Hec omnia com probat Tondutus lib. 1. qq. Benefic. part. 2. cap. 3. § 3. per tot. Eman. Rodriguez qq. Regular. lib. 1. quest. 36. art. 1. et constat ex cap. In Lateranensi 31. § Nos autem de prebend. ubi precipitur Abbatibus, ut Episcopis instituendos Presbiteros representent, ut illis de plebis cura respondeant in Ecclesijs, que ad ipsos pleno jure non pertinent. Et ita decissum fuit per Rotam apud Duran. Decis. 71. num. 8.

pleno jure, tantum abest, ut necessaria sit institutio authorizabilis Episcopi, ut ei minime permittatur: quia in effectu huiusmodi institutio est implicita provissioni Abbatis ipsius Monasterij, qui censetur jure proprio instituere Vicarium, institutione collativa, et eundem vice Episcopi institutione authorizabili, ut explicat Lotterius dict. lib. 1. quest. 33. num. 100. et tot. Seraphin. Decis. 1304. Rota in Pampilonensi Thesaurarie. 23. Januarij 1617. coram Coccino. Vide Barbosa de Jure Ecclesiast. lib. 3. cap. 6. ex num. 2. ad 15. ad intellectum Concil. Trident. Sess. 7. de Reformat. cap. 7. Et nota hoc Decretum loqui de Parrochialibus pertinentibus ad Monasteria, ex mero titulo unionis, non vero de pleno jure subiectis. Et circa huiusmodi Vicarios temporales, praxis est, quod illorum nominatio pertineat ad Prelatum Monasterij, cui beneficium unitum est, et Episcopus debet solum approbare, et admittere, ac licentiam dare administrandi Sacramenta, quatenus ipse Vicarius idoneus repertus fuerit, et potest eum examinare; non autem requiritur collatio, aut institutio. Garcia de Benefic. part. 1. cap. 2. ex num. 92. Flores de Mena Variar. quest. 10. num. 26. Pyrrus Corrad. in prax. benefic. lib. 3. cap. 9. num. 28. et 29. An autem possit Episcopus extra Visitationem, et sine causa huiusmodi Vicarias temporales ad nutum Abbatis amobiles, possit in perpetuas erigere post Concilium Tridentinum, alia questio est, in qua

negatiuam sententiam tenet Barbosa de potestat. Episcop. Allegat. 72. num. 120. Garcia part. 11, cap. 2. num. 12. Corrad. ubi proxime num. 16. 17. 18. 19. & 20. Et in omni casu certum est, Ordinarium non posse Vicarium perpetuum instituere in istis Beneficijs Curatis Monasterijs unitis, aut pleno iure subiectis, in vim præfati Decreti Conciliaris, quin præcedat formalis erectio Vicariæ perpetuæ, quia non potest conferri Beneficium quod non fuerit Ap.ca aut Ordinaria authoritate erectum, ac proinde debet prius erigi Vicaria perpetua, ut possit dici Beneficium, cum antea certum sit, illud non posse beneficium nec conferatur in titulum, sed sit tantum nudum salarium, seu stipendium. Unde Sacra Congregatio decreuit, Vicarios perpetuos institui non posse, absque erectione tituli Vicariæ ut prosequitur Pet. Corrad. d. cap. 9. n. 27. et segq. Barbosa ibidem de jure Eccles. lib. 3. cap. 6. n. 4. et 5. Qui ex n. 6. tradit plures limitationes regulæ traditæ a Concilio in præfato cap. 7. sess. 7. et præ cæteris duas summe notandas. Prima quando à tempore immemorabili unio facta est, et ex tunc constat Vicarios amouibiles, scientibus, et patientibus Ordinarijs, et nunquam Vicarium perpetuum fuisse constitutum. Secunda, quando Beneficium unitum sit Monasterio Monachorum, aut Mendicantium: tunc enim non potest Episcopus deputare Vicarium perpetuum; quia sic restrinxit Pius V. Decretum Concilij in d. cap. 7. in suo Motu proprio, quod incipit: Ad exequendum Pastoralis Officij debitum, anno 1567. Debent Monachi nominare Vicarium, et Episcopus examinare, et approbare. Flores de Mena q. 10. n. 40. Garcia par. 11. cap. 2. n. 13. Cui constitutioni non obstat regula 8. Cancellariæ, ut probat Gonzalez glos. 5. §. 4. ex n. 59. Nec etiam alia Gregorij xiij. ex traditis a citato Gonzalez n. 79. Barbosa n. 9.

[illegible]

Interese

Interese lucri cesantis, vel damni emergentis, an posit in pactum deduci, cum taxatione determinata quantitatis, puta octo pro centenario, anceps est quaestio, in qua D. Carleval de judiciis tom. 2. t. 3. disp. 8. section. 6, mordicus negativam sententiam tenet, eamque conventionem foeneratitiam esse contendit, eo principali motivo, quia dum contractus celebratur, interese est quid futurum, omnino incertum, et dependens à futuro eventu lucri, aut damni. Unde si postea neutrum eveniat, pactum usurarium erit, solumque debebitur interese, quando Creditor probaberit se lucrum amisisse, vel damnum sensisse; neque distinguit inter publicos mercatores, caeterasque personas, quia in omnibus probationem requirit, ut locus sit exactioni ejus quod interest. Hac sententia à multis DD. defenditur apud Carleval citatum.

Contraria tamen non solum probabilior, sed etiam omnino evidens esse videtur, non solum ex iuris principiis, et Doctorum authoritatibus, verumetiam ex praxi, et consuetudine generali, saltim quando interese lucri cesantis, vel damni emergentis stipulatur favore publici mercatoris, cui iuris praesumptio assistit. Licet enim tempore contractus incertum sit lucrum, vel damnum: hac ipsamet ratio incertitudinis efficit ut posit quota determinari prudenti iudicio, tum ex qualitate personarum; tum ex comertiorum frequentia, et qualitate; tum etiam ex more Regionis, ut optime prosequitur Julius Caponius tom. 5. discep. 399. per tot. ubi respondet fundamentis Carlevalij, et adstruit veritatem huius sententiae, circa quam videndus est omnino Leotard. de usur. quaest. 32 cum tribus seqq. Hoc unum certum est apud omnes, interese lucri cesantis, vel damni emergentis, secluso dolo, et fraude, non solum licitum, sed etiam obligatorium esse post

moram debitoris, ut constat ex Gibalino lib. 2. de usuris compensationibus per tot. et quando persona in cuius favorem stipulatio facta fuerit, non ami- titur praesumptione iuris, tunc probari debet interesse lucri, vel damni, iuxta doctrinam Leotardi de usur. q. 14, qui quaest. 15. explicat modum pro- bandi damnum emergens. et quaest. 16. docet ex com- muni Doctorum sententia, pactum, ut stetur iu- ramento Creditoris circa interesse lucri, vel damni valere, ut etiam probat Carissime C. Carbona in L. 13. Glo. 1. t. 18. lib. 5. Recop. fo. mihi 799, subdens num. 1 cum segg. ius Regium nihil quoad hoc immutare.

Libellus.

In actione personali, ineptus est libellus, si in eo non exprimatur causa petendi. Inde non tenetur reus respondere, nec litem contestare, nisi forsan opponere omiserit exceptionem inepti libelli, Cap. final. de libel. oblat. At in actione reali secus est, quia sufficit explicare dominium, licet illius causa, vel titulus non exprimatur, iuxta tex. in leg. Et an eadem 14. §. Actiones ff. de except. rei iudic. ibi: Actiones in personam ab actionibus in rem hoc differunt: quod cum eadem res ab eodem mihi debeatur, singulas obligationes singulæ causæ sequuntur, nec ulla earum alterius petitione vitiatur. At cum in rem ago, non expressa causa, ex qua rem meam esse dico: omnes causæ una petitione aprehenduntur: neque enim amplius quam semel res mea esse potest; sæpius autem deberi potest.

Quid tamen, si quis rem aliquam petat certa causa expressa, quam non probat, probat tamen aliam postmodum emergentem? Iure Canonum decisum est, actorem ita agentem succumbere debere, reservato iure, ut eo in alio iuditio utatur. Hoc tamen decisio non indistincte procedit; nam quoties nova causa nova omnino non est, sed dependens ab antea deducta, ita ut eam coadiuvet, et confirmet, tunc, etiam post litem contestatam admittitur, quia venit in corroborationem, et perfectionem præcedentis. D.

Salgado de Retent. Bullar. part. 2. cap. 8. per tot. maxim. ex num. 24, cuius doctrinam tanquam veram, et communiter receptam sequitur, et explicat Dom. Olea tit. 6. q. 2. ex num. 36. ubi illustrat materiam tex. in Cap. Abbate sane de Sentent. et re iudicat. in 6, ex quo praefata regula sumitur. Et num. 42. docet, quod quando ius, quod supervenit novam, et diversam actionem non tribuit, sed tantum eam, quo competebat, et quo in iuditium deducta iam fuerat perficit, et convalidat, certum est, ex supervenientia talis iuris iuditium inchoatum sustineri, et ex eo absque nova instantia sequi posse condemnationem, sive ius in persona actoris, sive in persona rei superveniat.

Hoc clarius procedunt in Regno Castellae atenta dispositione legis 10. tit. 17. lib. 4. Recop. in qua iubentur Iudices causas decidere atenta solum veritate, quo ex actis resultat, licet processus, aut libellus deficiat in ordine iuris, cuius apices omnino postponuntur = Vide annotata lib. 1. mearum Obser. fol. 233. verbo Libellus, D. Olea ubi tit. 6. q. 1. n. 18. Hermosilla in l. 56. tit. 5. part. 5. glos. 2. ex n. 34.

Liquidatio.

In Regno Castellae non fit liquidatio judicio separato: sed quoties fructuum, aut interesse condemnatio fit, taxari debent a Iudice, vel Senatu, iuxta probationes ex processu resultantes, et non fit ad Calculatores remissio, ita ut condemnatio sit de re certa, et quantitate liquida, iuxta l. 3. tit. 5. lib. 2. et l. 20. tit. 9. lib. 3. Recop. Vide tamen Maldonado de secunda supplicat. tit. 3. q. 9. per tot. Gutierrez pract. lib. 3. q. 38. ex n. 26. Paz de tenuta cap. 13. ex num. 30.

316

Lex humana

Omnes, qui fidem catholicam profitentur, in eo conveniunt, legem civilem iustam, subditorum conscientias obligare, et merito, quum ita constet ex Sacra Pagina ad Romanos 13, ibi: Omnis anima &c. ad Titum 3, 1, ibi: admone illos Principibus, et Potestatibus subditos esse, dicto obedire &c. Mathei 17, 24, prima Petri, cap. 2. Primo Regum, 8: Non te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos. Et hanc veritatem optime adstruit P. Contzen lib. 5. Polit. cap. 8. § 1 et seqq. respondens omnino concludenter argumentis hereticorum. Hanc veritatem latissime comprobat Magister Soto de iust. et iure lib. 1. q. 6. art. 4, ubi postquam iustitiam Legis ad hunc effectum constare docet ex causa finali, ut scilicet lata sit pro communi bono; ex parte agentis, ita ut Legislator suam non fuerit facultatem transgressus; ex parte materiae, ut nempe honesta precipiat; ac tandem ex parte formae, quod scilicet equalitatem, et proportionem contineat: distinguit inter Legem Canonicam, et Civilem, asserens, esse fidei catholicae certum, Ecclesiastica Leges obligare in foro conscientiae, ex genere suo, sub mortali; quod evidenter probat ex Sacra Scriptura, et constat ex Concilio Viennensi, quod habetur in Clementina Ad nostram, de Haeretic. fuitque deffinitum in Concilio Constantiensi contra Wicleff, et a Leone X, contra Lutherum, articulo 22. = De Lege autem Civili, docet eam omnino obligare conscientias subditorum, non tamen hereticum esse id negare: Monet etiam quod si Lex Civilis, humano tantum bono advesaretur, conscientiam non obligare, secluso scandalo. An autem possit Princeps Saecularis Legem condere, prohibens, ne bona immobilia temporalia transeant ad Ecclesiam, et Ecclesiasticas personas, vide Thesaurum Castellum de immunitate lib. 2. cap. 38. per tot. ubi affirmativam sententiam defendit

V.e f. 316. a #

Læsio

Læsio alia est enormis, alia enormissima. Enormis dicitur, quæ dimidiam iusti pretij partem excedit, Enormissima vero, quæ ultra progreditur, ita ut sit ultra bessem, ex communiori sententia.

Quando læsio est enormis, potest emptor aut rem venditam restituere, cum fructibus à die petitionis, aut iustum pretium supplere, ita ut eius electio sit, iuxta tex. in leg. 2. cod. de rescind. vendit. cap. ~~2 et~~ 3. de emption. et vendit. Si vero læsio enormissima fuerit. cum hoc sine fraude, et dolo emptoris celebrari non possit, imo huiusmodi læsionem semper insit, si non ex proposito, saltem re ipsa, qui dolo ex proposito æquiparatur, venditio nulla est, potestque venditor rem cum fructibus vindicare a tempore celebrati contractus, cum hac tamen differentia inter principalem emptorem, et tertium, qui ab eo comparavit, ut contra illum ratione malæ fidei a dolo præsumpto resultantis, veniant fructus ab initio; contra istum vero, nonnisi à die motæ litis, nisi aliàs malæ fidei possessor effectus fuerit, ut docet Card. de Luca de empt. et vendit. discurs. 54. nu. 5. D. Olea resol. 18. post tit. 4. q. 3. n. 12. ubi (licet prefatæ differentiæ inter emptorem, et tertium non meminerit) optime tamen probat nullitatem contractus, et ex ea rei vindicationem competere. Habetur in addit. ad dict. tit. 4. q. 3. post num. 9. Ignatius Decis. 64. Fabor in C. lib. 4. tit. 30. Deffin. 3.

Remedium dicta leg. 2. cod. de rescind. vendit. personale est, competens solum contrahentibus inter se, non vero contra tertium. D. Olea d. tit. 4. q. 3. n. 4.

Et licet ecclesijs, et minoribus competat, possunt tamen iuuari beneficio restitutionis in integrum; quia licet primum sit ordinarium, pinguius tamen est beneficium restitutionis, quam illud, quod ex d. leg. 2. competit. Item, quia in hoc Reus electionem habet, ut diximus; in restitutione vero rem cogitur cum fructibus restituere. D. Couarrub. lib. 1. variar. cap. 3. n. 11. versiculo Sexto, et ibi Saxia. Item, quia restitutio tam quam in rem scripta competit contra tertium, Leg. In causa 14. §. Interdum ff. de minor; secus vero in remedio d. leg. 2. Item etiam quia in hoc non veniunt fructus interim percepti iuxta receptam Tribunallium praxim, de qua testatur Saxia ubi supra num. 71. In restitutione autem veniunt fructus D. Couarr. d. lib. 1. Var. cap. 3. in principio, quem omnes sequuntur.

Ad librorum editionem iuxta Regias leges faciendam solum requiritur Supremi Senatus licentia, ut constat ex legibus 22. 24. 32, et 33. tit. 7. lib. 1. Recopil. Barbosa de potestat. Episcopi, part. 3. allegat. 90. ex mem. 9. Sermorsen. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ 10. q. 3. num. 30. D. Salcedo in dict. ll. 32. et 33. Narbona in leg. 22. tit. 7. lib. 1. Recop. glos. 1. Licet enim Concilium Lateranense V. sub Leone X. session. 10. prohibuerit sub gravibus pœnis, et censuris librorum editionem, absque Episcopi licentia: certum tamen est, hanc prohibitionem nunquam in Hispania receptam fuisse, ut docent Pater Suarez tom. 5. in 3. part. Disput. 23. Sect. 7. num. 1. Navarrus in manual. cap. 7. n. 111. et 148. Rodrig. in Compend. qq. Regular. Resolut. 89. n. 1. Lezana in Summa tom. 2. Verbo: Libri n. 5. Deinde Lateranensis Sinodi dispositio, dominia tantum Romanæ Ecclesiæ comprehendit, ut explicat Cherubinus in notis ad Bullam. Leonis X, quæ incipit: Inter solicitudines pagina 561. tom. 1. Bullarii; præsertim quoad pœnas, et censuras. Carranza in Summa Concilior. et Cayetanus Verbo: Excomunicatio.

Nec obstat concilium Tridentinum sessione 4. Lateranense V. approbasse; quia tantum abest, ut eius Decretum indefinite, et generaliter probaverit, ut econtra illud limitaverit ad libros sacros quos imprimi vetuit absque Episcopi vel Diœcesani licentia, ut ex eius verbis constat. Unde, cum Ecclesiasticæ jurisdictioni defensores, et Regiæ Regaliæ impugnatores, quoad librorum editionem

Stricisque Concilij autoritate nitantur: omnino evidens est solido fundamento carere. Vide D. D. Ioan. Ludov. Lopez in Discurs. pro Regia Iurisdict. num. 124. et sequentibus.

Librorum prohibitio.

Quoniam frequentissime prohibentur in Romana Curia Libri catholicorum Doctorum, eo solo motibo, quia Iura Regia, Jurisdictionem, et preheminentias defendunt, et huiusmodi prohibitiones, non solum â congregationibus Sancti Officij, atque Indicis, sed etiam ab ipsa Summo Pontifice emanare solent, expeditis Brevibus Inquisitori Generali, ad earum publicationem in Hispania: ad propulsandam huiusmodi violentiam, et perniciem Regiorum Iurium vitandam, vetinet Rex noster huiusmodi Brevia, agnoscens tales prohibitiones, dumtaxat tendere ad infringenda sua Iura, et Reipublica destructionem. D. Salg. videndus de Regut. protect. p. 2 cap. 33. ex n. 144. Van Espen tom. 6. Tractatu de Usu placiti. par. 4. Cap. 1. per tot. maxime §. 2.

Litera requisitoria

An Judex requisitus teneatur præcise ad executionem procedere, an vero posit aliquas exceptiones admitere, explicant latissime videndi Cancer variar. par. 2. cap. 15 per tot. et Carleval de judicijs t.3 disput. 11. Comunis Doctorum traditio in praxi admissa, distinguit inter merum, et mixtum executorem.

Merus executor, cum nullam habeat jurisdicionem, nequit exceptiones contra executionem admitere, neque de illis cognoscere, ut cum alijs docet Carleval citatus n. 10. Executor vero mixtus tenetur audire partem, contra quam subsidium postulatur, quoties allegatur aliquid, quod sententiam impugnet, puta nullitatem, injustitiam notoriam, defectum jurisdicionis &c. et similiter debet probationes sibi oblatas recipere, non ad efectum ut super eis pronuntiet, vel interloquendo declaret, sed tantum ut si videat eas obstare, supersedeat in executione, et Judici requirenti remitat judicandas; sin autem fundamento careant, exequatur sententiam requirentis; alias sequeretur absurdum, quod Judex inferior, sive par, infringeret sententiam superioris, aut paris, contra notissima juris principia. Cancer dicta par. 2. cap. 15. ex n. 13. Carleval dicto tit. 3. disput. 11 ex n. 11. ubi magistraliter. = Vide D. Larrea tom. 2. decis. 82 ubi decissionem refert in Granatensi Pretorio, quo Judicem requisitum cognoscere de exceptionibus, oppositis contra intentatam executionem, quin tertius teneatur adire Judicem requirentem, iuxta magistralem doctrinam D. Covarr. prac. qq. cap. 16 n. 5. Vide eundem Covar. pract. cap. 9. et 10. ubi plenissime de ijs requisitorijs litteris agit, et earum adimplemento, aut retentione.

Legitima

Licet vinculum, substitutio, fideicommissum aut gravamen in legitima non teneat, immo pro non scripto habeatur, l. quoniam in prioribus C. de inoffic. test: si tamen filio tantundem, vel plus relinquatur, quam sit valor legitimae, potest filius in ea gravari, quia in re propria tenet gravamen, quod aequivalens compensatio relinquitur. Cancer par. 1. cap. 3. ex n. 37. Surd. decis. 24. et in tractatu de alim. tit. 2. q. 15. n. 162. cum seqq. Mantic. decis. 181. n. 2. Et si bene attendatur, non recte dicitur hoc casu gravari filium in legitima, nam si ipse mallet legitimam habere quam relictum, in manu sua est, ut notat Cancer citat. subdens n. 38. patrem non censeri apponere filio gravamen in legitima, nec de eius bonis disponere, nisi vel expresse id dicat, vel aliàs ex evidentibus conjecturis appareat, ex Peregrino Surdo, et aliis. Vide Fontanella decis. 85. ex n. 15. — Vide Ciriacum Controver. 438.

An autem gravamen, conditio vel onus positum in favorem filii, pro non scripto habeatur, vel reiiciatur à legitima, an. cepss quaestio est. Antonius Gomez lib. 1. Variar. part. 1. cap. 11. numero 27. pro non scripto haberi contendit, motus authoritate tex. in d. leg. Quoniam in prioribus 32. Cod. de inoffic. testam. et in Auth. Ut liceat matri, et Avio, cap. 1. collat. 8. Hanc eandem sententiam late probat D. Castillo lib. 5. controver. cap. 64. num. 60. et magistraliter Sachineus lib. 5. controver. cap. 24. ubi solide, et nervose defendit, non licere matri, vel Avio, cum relinquunt filio, et nepoti legitimam portionem, vel etiam haereditatem, eam conditionem adiicere, ut ususfructus patri non adquiratur; nam licet haec dispositio teneat in reliqua haereditate, reiicitur tamen à legitima. Et sane huius Doctoris opinio, prout ab ipso defenditur, verissima esse videtur.

Contrariam tamen sententiam tenent magni nominis —
DD quos refert Ayllon (sine examine tamen) in addit.
ad Gomez ubi proxime, et ante eum D. Castillo dict.
controver. 64. num. 16. Arias de Mesa lib. 2. Variar.
cap. 29. num. 1. et 2. Merlin de Legitima lib. 3. tit. 2.
quaest. 11. et supponit Card. de Luca (non tamen exami
nata quaestione) discurs. 1. de Regalib. num. 6. Cancer
part. 1. Variar. cap. 3. ex num. 40. ubi tamen distinguit
ut scilicet in filio minore substineatur indistincte
gravamen, quasi factum in favorem filij, iuxta leg.
filijs matrem 25 Cod. de inoffic. testament.; in maiore
autem non, nisi dilapidatorii, aut parum industrioi
signa apparerent; alias sequeretur absurdum, quod
indistincte posset pater gravare filium in legitima
sub praetextu utilitatis. Unde monet Cancer multum
in hoc iudicis arbitrium operari, cum sufficiat pro-
babilis dubitatio. Vide Ciriacum tom. 3. controversia
534. ex num. 1. ad 17. ubi primam oppinionem sequi
tur, eamque comprobat, ex eo, quod cum adultus cogi
non possit esse sub curatore, etiam dato a patre, si nol-
lit: valere non potest interdictio administrationis, quia
supposita eius validitate cogeretur esse sub cura.
Dubitant DD an valeat pactum reversionum aut
reciproca substitutio facta filijs, aut filiabus in legi-
tima, vel dote. Quaestio tantum procedit, quando
huiusmodi pactum, aut substitutio apponitur in ulti-
ma voluntate; nam si in contractu adsiciatur, con-
sentiunt DD. valere, ex traditis a Card. de Luca de
dote discurs. 90. et 155. In ultimis voluntatibus vali-
ditatem pacti reversioni, aut reciprocae substitutionis
probare videtur tex. expressus in leg. Si pater puello

12. Cod. de in Officios. testamento, ex cuius dispositione
hanc sententiam defendit Sul. Capon. tom. 3. disceptat.
219. num. 2. et 3. Capi. Latro consult. 122. anum. 43.
asserentes contrariam oppinionem, iure communi
defendi non posse; tum ex d. leg. si pater, quae correc-
ta non est per leg. quoniam in prioribus 32. Cod. de
inofficios. testam; tum etiam, quia ratione incerti-
tudinis probabilique dubij succedendi in dotibus, aut
legitimis premorientium, in eius pacti, aut substi-
tutionis reciproca, grauamen considerari non
potest.

Litis contestatio

Communis stilus in Regiis Conventibus Castellæ invaluit, ut indistincte proposita exceptione litis ingressum impediente in vim dilatoriæ, et petita super illa pronuntiatione, fiat provissio, ut pars illam proponens litem contestetur, reservata exceptione in definitivam. Leg. 5. tit. 10. partit. 3. Leg. 10. tit. 5. ead. partit. quas ita intelligit, et explicat D. Molina lib. 4. de primogen. cap. 9. num. 41. et 42. Quia cum fere semper soleant huiusmodi exceptiones altiorem indaginem requirere, merito contemnuntur donec de earum meritis appareat simul cum negotio principali, ut idemmet Author docet, non obscure innuens, aliud esse si in continenti constaret de exceptionibus peremptoriis, iuxta tex. in leg. Apertissime cod. de judiciis. et in cap. Suspitionis de Offic. Delegat. Azevedo in leg. 1. tit. 5. lib. 4. Recop.

Legatum conditionale.

V.e f.# 316#

Legatum pro maritandis Puellis, si tempore mortis testatoris maritatę fuerint.: Jacob. Cancer. var. resol. tom. 2. part. 3. cap. 20. signanter. ânum. 188.. D. Castillo. controvers. lib. 5. cap. 82. signanter num. 58.

[illegible]

[illegible] [illegible]

Litteræ Apostolicæ.

Licet Gratia Pontificia valida sit ex sola signatura Sanctissimi in Oratoris supplicatione adiecta: tamen informis dicitur et inexequibilis, adeo ut provisus intrusus dicatur, eique suffragari non valeat possessio triennalis, decennalis, nec alia, cap. avaritiæ de electione in 6. et constat ex reg. Cancellariæ 22. quæ per varios summos Pontifices confirmata fuit, ut late docet Rosa de executor. par. 1. cap. 2. qui num. 6. recte monet, Litteras Apostolicas non esse partem substantialem intrinsecam Gratiæ, esse vero integralem extrinsecam. Et ex hoc infert ex num. 25. locum habere mortuo Papa concedente, qui supplicationem signavit, Litteras in forma Rationi congruit juxta reg. 9. Cancellariæ. Et quando quis Litteris non impetratis possit excusari a pœnis contentis in Constitutione Julij tertij, idem Rosa in addit. ad citatum cap. 2.

Literæ Apostolicæ in Beneficialibus, dupliciter per Cancellariam expediuntur: vel in forma Gratiosa, vel in forma Dignum. Expeditio Literarum in forma gratiosa, est illa, quam facit Papa, cum ipse confert Beneficia, habens plenam notitiam de habilitate, et idoneitate provisi per Literas Ordinarij cum provisus est absens, vel per examen cum præsens in Romana Curia est, quia numquam in forma Gratiosa Literæ conceduntur, nisi docto de qualitatibus necessarijs provisi. In his Literis ipsemet Sum. Pontifex Beneficium confert; unde nihil probandum est coram Ordinario, aut Comissario Apostolico, quia omnia habet Papa pro sufficienter probatis, et tantum Executori committit nudum factum, et ministerium executionis, nempe ut immittat provisum in possessionem. Rosa de executor. par. 1. cap. 2 n. 30. et 31.

Cum vero expeditio Literarum fit in forma Dignum, Summus Pontifex non providet sed tantum mandatum dat de providendo, probata coram Ordinario precum veritate, et idoneitate provisi, juxta doctrinam eiusd. Rosæ ubi prox. n. 32. cum seqq. Qui recte infert ex n. 35. quod licet per

Literas in forma Gratiosa collatio facta censea-
tur, et ius in re queratur proviso Apostolico:
secus tamen contingit in Literis in forma Dig-
num, quae nullum ius proviso tribuunt, donec
executor suum expleverit officium. Unde per
provisionem, seu Literas expeditas in forma
Dignum non dicitur consumpta vacatio, quia ad
hunc effectum requiritur quod ius certum quaesi-
tum sit proviso, in diem executionis Comissarii
Apostolici. Unde provisus ab Ordinario praefertur
ut advertit citatus Rosa, n° 84 cum segg.
Notandum est, tam Literas in forma Gratiosa,
quam in forma Dignum, nullius esse momenti,
si obreptioni, aut subreptioni vitio laborent,
iuxta celebrem textum in Cap. Super Literis, de
Rescript. ubi plenissime Sagnan. qui omnino viden-
dus est in materia subreptionis.
Executor Literarum in forma Gratiosa semper
est merus, quia nihil ei faciendum committitur, nisi
ut tradat proviso Apostolico possessionem, ea ratione quia
signata per Pontificem supplicatione, statim oratori
queritur ius in re, et executor, solum extraiudicialiter
procedit, nisi forsan adsit legitimus contradictor aut
possessor, quo casu citari debet, et executor de mero fit
mixtus. Unde regulariter non potest alteri subdelega-
re commissionem, quae in nudo ministerio consistit.
Nec ab eo admittitur appellatio suspensiva, dum me-
rus permanet executor, ut docet Rosa, dic. par. 4 cap.
14 n° 4 cum segg. Vide notata infra, verbo Ordinari-
us, fo. 234.
Alia res est in proviso per Literas in forma Dignum,
quarum executor semper est mixtus, eo quod tunc
non est Papa, qui providet aut confert, sed ex illius
mandato, et authoritate Apostolica, Ordinarius aut exe-
cutor, quatenus provisus reperiatur idoneus. Unde an-
tequam executor procedat ad iustificationem idonei-
tatis, nullum ius habet provisus praeter eventuale,
modo tamen traddito per citat. Rosam, dict. par. 4 cap.

tiae ex n. 6, et Cardinali de Luca in summa de Benef. ex n. 219. Et de differentia inter mixtum, et mixtum non executorem: quando unam, vel aliam qualitatem habeat: quid verificari debeat ad Gratiae validitatem, aliaque observatione dignissima, in materia executionum Literarum Apostolicarum, latissime agit omnino videndus Rossa, in additionib. ad 1. par. capitis 6, et rursus, cap. eiusdem partis 1. ubi optime distinguit inter vitium subreptioni, et defectum iustificationis, explicans quid intersit an narrativa Oratoris sit causa finali, ac per consequens Gratiae fundamentum, an vero Causa impulsiva. et similiter quid referat inter modum, et conditionem.
Praxim executionis Literarum Apostolicarum in forma Gratiosa, et informa Dignum explicat Card. de Luca, de iudic. discur. 43. Aberro tamen, et à citato Rossa cavendum est, quatenus docent, et supponunt commiti posse executionem Literarum in forma Dignum Iudici delegato; nam licet haec vera essent attento antiquo iure, iuxta textum in cap. Statutum de Rescript. in 6, et in cap. fin. de offic. delegati, eod. tit: hodie tamen stante dispositione Sacri Concilij Trident. in cap. Causae omnes 20, de reformat. sessio 24, et illius clausula irritante, praefatae Literae solum commiti valent Ordinarijs; alias comissio nulla est, et Literae in Senatu retinentur in vim Regaliae protectioni, iuxta notata infra, verbo Ordinarius f. 231.

Litterae Gratiae si Neutri, impetrari possunt ab uno ex collitigantibus, cum neutri eorum est jus quaesitum, et nihil aliud continent, quam Mandatum de providendo fausre impetrantis, casu quo neuter ex colligantibus jus habeat quesitum. Non jus Oratoris probatur ex eius confessione; non jus vero alterius partis, ex actorum revolutione. Debet tamen spectari exitus causae, nam respectu non juris partis, non potest dici justificatum, nisi post sententiam. Huius Gratiae naturam explicat Rosa de Executor. par. 1. cap. 18. et ibidem in additionibus.

Litera Apostolica continentes graciosam subrogationem in iuribus collitigantis defuncti, expediri solent in Romana Curia, iuxta Regulam 21 alias 28 Cancellariæ, quæ desumpta fuit ex textu in Cap. 2 ut lite pend. nih. innov. in 6; et non solum expediri valent favore collitigantis sed etiam tertij. Quod qualiter procedat, et quomodo huiusmodi literæ exequi debeant, late explicat Rosa de executor. par. 1 cap. 17 per tot. Quid tamen in Hispania, ubi ex L. Regia derogatio patronatus laicorum non admittitur? Vide supra, fo. 23.

Literæ Apostolicæ = Resignatio Beneficiorum duplex est, alia pura, alia in favorem. In utraque ius à resignante abdicatur, dummodo duo copulativæ concurrant, nempe admissio legitimi superioris, et quod resignans aliunde habeat unde vivat, iuxta decretum Concilij Trident. sess. 21 de Reformat. cap. 2, et Constitutionem Pij V. de qua apud Rosam de executorib. par. 1 cap. 15. Pura, et simplex resignatio fieri potest non solum coram Papa, sed etiam coram Ordinario, aut alio legitimo superiore; in favorem vero alicuius personæ, solum coram Papa, vel ab eodem potestatem habente fieri potest, non tamen in favorem consanguineorum, aut affinium resignantis, ex prohibitione Pij V in citata Bulla, quæ tamen quoad hoc caput in Hispania recepta non est, ut tenatur Garcia, de Benef. par. 11. cap. 3 num. 20. Card. de Luca, de Benef. discur. 63 n. 12, et 13. In resignatione simplici et pura, consensus Ordinarij sufficit, simulcum consensu Patroni, si Beneficium iuris patronatus fuerit; Vide tamen Garcia de Benef. par. 11 cap. 3. §1 à num. 1. Olea de cession. iur. tit. 2 q. 5. n. 20, et 21 = Resignatio vero in favorem necesario fieri debet coram Sanctissimo, à quo et Cancellaria Apostolica expediuntur literæ in forma Dignum, directa Ordinario Loci, aut mixto executori, qui debet assumere partes Iudicis, et coram eo probari debent narrata per Oratorem, præcipue vero debet verificari, resignanti manere congruam sufficientem et etiam exprimi debet per resignatem in dicta Supplicatione, an Ordinatus fuerit ad titulum Beneficij, quod resignat. Et de huiusmodi literis, earumque verificatione, et executione videndus omnino est Rosa de Executor. par. 1 cap. 15 per tot, et in addition. ibid. hoc

Consensus Ordinarij semper requiritur ratione matrimonij spiritualis, quod aliter dissolvi nequit. Vide Vallensem in Paratit. lib. 1. tit. 9.

tamen intellecto, quod post Concilium Tridentinum, et Bullam Sum. Pont. Pij IV commissio nulla erit nisi Ordinario Loci fiat, et Bulla, seu Literæ commissionis retineri debebunt, tanquam contrariæ primæ instantiæ. Deinde requiritur etiam ad validitatem resignationis in favorem, quod resignans per 20 dies supervivat post factam resignationem, iuxta regulam de infirmis, quæ est 18 Cancellariæ, de qua videndus est Cochier, et Card. de Luca, pro veritate scribens, de Benef. disc. 34, 35, 36, 37, 38, et 39, ubi latissime explicat effectus præfatæ regulæ, et naturam resignationis in favorem, per totum discursu 40 et 41, circa resignationem, quæ fit ex causa permutationis, an scilicet, et quando abdicet ius a Resignante, illudque transeat ad resignatarium. Et tandem notandum est, ex Constitutione Greg. 13, quæ hodie viget inter suas 87, omnes resignationes, etiam ex causa permutationis, factas in manibus Papæ, publicari debere cum literis Apostolicis, desuper confectis, infra novem menses (hoc intellige solum in Hispania, nam in alijs Regnis infra 6 menses publicatio fieri debet) numerandos non à die præstiti consensus, sed à die datæ Concessionis Apostolicæ, in Ecclesia Cathedrali, Collegiata, aut respectiue Parrochiali, ubi Beneficium fundatum fuerit. Si vero resignationes etiam ex causa permutationis in Manibus Ordinarij fiunt, infra mensem admitti debent, et provisio fieri, et infra tres menses à die provisionis factæ, tenetur provisus posesionem accipere; alias provisio nulla est, Beneficium vacare censetur, cuiusque dispositio ad Sedem Apostolicam pertinet, ut latissime explicat Garcia omnino videndus, de Benef. par. 11 cap. 3. § 4 ex num. 273, qui num. 290 cum seqq. praxim publicationis refert.

Legitima.

Filius non potest petere legitimam in singulis corporibus rerum hæreditariarum dari, quia portio est, bonorum omnium, quæ defunctus reliquit, non corporum singulorum. Nequit enim diminutio fieri corporum ~~singulorum~~ hæreditariorum, propter legitimam, l. 3. ff. de impens. in reb. dotal. fact. l. deducta 58. §. accepti ff. ad trebell. Id unum igitur petere potest, ut boni viri arbitrio constituatur ex bonis, neque pretiosioribus, neque deterioribus, sed ex mediocribus, tex. in l. si quis argentum 33. §. 1. C. de donation. Menoch. de arbitr. cas. 163. Scobar de ratiocinijs cap. 30. n. 5. Ant. Faber in suo Codice tit. de Inoff. testam. defin. 3. Amato resol. 39. n. 168. lib. 1. et resol. 56. n. 30. in 2. et Alvar. Velasc. in praxi partitionum, et collationum post suas consultationes cap. 22. ex n. 17. Peregrinus de fideicom. art. 37. n. 28. cum seq. et n. 61. Costa de portione rata q. 140. ex n. 5. Fontanella tom. 2. decis. 534. a num. 28. usque in finem, qui num. 29. testatur de inconcussa praxi tribunalium Cataloniæ, dicens, quod in eo negotio facti legitimis bonorum æstimationibus, Judex eligit eas, quæ sibi videntur competentes proprietates, ut adjudicet legitimario, usque ad concurrentem quantitatem eius portionis, quæ assignata fuit pro legitima. Gratian. cap. 794. n. 2. et late cap. 698. videndus, quia pulchre materiam tractat, a n. 26. usque in finem.

Filius Monachus non computatur in numero filiorum, sicut nec omnes alij, qui incapaces sunt, quoad hoc ut faciant partem. Guido Pap. decis. 295. et 593. Faber in C. lib. 1. tit. 3. def. 9. et Cler. Maynard. decis. 25. n. 4. sequitur Cancer lib. 1. var. cap. 3. de legit. n. 50. cum alijs.

Filius, vel filia, qui, vel quæ renunciavit suæ legitimæ cum juramento, facit partem, licet ad partem non admittatur. Guido Pape dicta decis. 592. et decis. 295. illiusque pars accrescit illi, in cuius favorem renunciavit, Guido Pap. citatus, Paulus de Castro in l. 1. §. idem Neratius n. 2. et ibi Ruiga n. 8. ff. ad Senatus consult. trebell. Maynar. decis. 24. lib. 4.

Cancer variar. par. 1. cap. 3. de legit. n. 51. cum alijs. = Hoc casu, dotes filiarum, pro quibus renunciarunt legitima, augent cumulum bonorum, et sic computata inter omnes filios, et filias, legitima, si filia habeat integram legitimam, aut plus, habet pro eo, ac si justam integram partem haberet, et de residuo bonorum alij filij capiunt legitimam. Sin autem filia, aut filiabus, quæ renunciarunt, aliquid deest ad integram suam partem legitimæ, illud quod deest, accrescit illis in quorum favorem est facta renunciatio. Ant. Faber in C. lib. 1. de Epis. et cler. defin. 2. ubi subdit, portionem ad dictam filiam spectantem, ubi patri facta esset renunciatio, hæredi eius lucro cedere, et non ad utilitatem aliorum fratrum. Allegat Guidon. Pape, decis. 599. Boer. decis. 104. n. 10. Hieron. Gabriel. consil. 15. n. 21. Capel. Tholosan. q. 458. n. 2. Communem dicit Cevallos, com. contra com. q. 115. n. 1. Sed etiam hoc tradit idem Faber de error. decade 12. error. 8. Cancer lib. 1. var. cap. 3. n. 51. ubi quod hæc est verior opinio, quidquid alij sentiant.

Filius, vel filia, ingressus Monasterium capax bonorum, facit partem in computationem legitimæ, et eius portio accrescit hæredi, seu (ut alij volunt) hæreditati, ad effectum, ut cum ea transeat ad hæredem, non vero ut veniat in beneficium aliorum filiorum. Ita decisum per Regiam Audientiam 24 Novembris 1648, Rel^e. Martorell, scriba Llinas, inter Balthasarum Rossinol, et D^r. Antonium de San Juan. Quæ decisio satis probatur ex superioribus Doctrinis, et eam amplexi fuerunt Arbitri inter Laurentium Ballester, et eius fratres, quorum sententia fuit executioni mandata, Regia Audientia Decreto 23. Junij 1720, quod habetur Originale in processu super executione dicti Laudi et in Libro.

Legitima.

Filio adjudicatur legitima, una cum fructibus a tempore mortis patris, in rebus quæ fructus pariunt; in aliis vero, quæ fructus non pariunt, quia in illis interesse tantum debetur, non solet interesse adjudicari, nisi a tempore moræ, vel litis motæ. Ita practicatur in Senatu Cataloniæ, prout de eius observantia testatur Michael Ferrer par. 3. obser. cap. 403. sequendo Consilium Angeli 101. Cancer par. 3. variar. cap. 16. n. 39. et par. 1. cap. 3. de legitima n. 55. Fontanel. tom. 1. decis. 92. a n. 12. Grivel. cum Senatu Dolano, decis. 98. et Fontan. loco citato ait, quod quando legitima detrahitur ex corporibus, quæ fructus non pariunt, vel ex pecunia numerata, non alias interesse debet legitimario, quam a die moræ, vel litis motæ. Ratio est, quia cum nullos fructus recipiunt hæres, nec recipere potuerit ex re infructifera, sive mobilis illa sit, sive immobilis, proinde non est, ut aliquos restituat. Fontan. citatus n. 15. apud quem invenies plures quæstiones de legitima, breviter, et magistraliter resolutas ibidem n. 16.

Si legitima relinquatur a patre filio in pecunia, debetur etiam interesse a die mortis. Vincent. de Franch. decis. 16. cum Senatu Neapol. Peregrin. de fideicom. art. 36. n. 63. quos vide, ne supra tradita doctrina credatur contraria.

Mobilia, ut sunt mensæ, banchi, sedes, et reliqua utensilia, et supellectilia, putas catenæ aureæ, vasa argentea, et similia, quæ fructus non pariunt, nec parere possunt, l. si habitatio §. si usus, l. per servum §. usus fructus ff. de usu, et habitatione, Siurba decis. 32. n. 6. ex stilo Regiæ Audientiæ Cataloniæ, non pariunt interesse, nisi ex die æstimationis, ex illa pecunia, qua æstimata illa sunt. Dotem ut magistraliter Fontan. tom. 2. decis. 492. per totam maxime a n. 14. ubi refert varias illius Senatus declarationes, et signanter unam 15 Novembris 1596. referente D. Hieronymo Astor, inter Joannem Roquet, et

Paulum Calba, ubi fuit positum hoc motivum, ibi: quia obligatus ad restitutionem mobilium, vel illorum valoris, non constituitur in mora quoad interesse solvendum a die litis motae sed a die estimationis. = Et die 14 Abr. 1600. referente Sentjust, inter dictum Viguer, et Lucam Soler, ubi fuit dictum, interesse mobilium esse adjudicandum ~~a die petitionis~~, non a die petitionis, sed sententiae, et sic cum fuerunt in certam summam redacta. = Et an idem sit in legitima, remissive idem Fontan. n. 17. et 18. videntur in dicta decis. per tot.

Legitima. Interesse quantitatis pro legitima veluta, debetur á die mortis. Ita Senatus 23 Junij 1636. Rte. Thió, scriba Prats, inter Antoninam Pelegrí, et Bonet, ac Joannem Bonet. Docet Vincentius de Franchis, cum Senatu Neapolitano, decis. 16. Peregrin. de fideicom. art. 36. n. 69.

Legitima. = Interesse quantitatis debitae ratione legitimae, computatur ad forum 5. pro 100. Decisum in Regia Aud.a die 2 Decembris 1681. Rte. Canet, scriba Rosella, ibi: et sic quod fuit relictum per patrem, eidem Elisabeth pro legitima, debet producere fructus, prout pariunt corpora hereditaria, ad forum 5. pro 100. alio non constito.

Legatum Conditionale.

An, et quando legatum, vel fidei commissum Conditionale, praemortuo substituto, vel legatario, ante conditionis eventum, sit transmissibile, nec ne. Vide doctam Allegationem D.ris Joannis Bravo, et Delrado pro Michaele, et Paschasio Blau fratribus, cum D.na Mariia Selua, et alijs litis consortibus.

Legatarius, cui testator reliquit tutelam, vel Administrationem, si ab administratione, seu tutela excusetur, amittit legatum. l. etiam 114. de legat. 1. l. post legatum 5. §. amittere ff. de his quibus ut indignis, l. qui tutelam 28 ff. de testament. tutel. Quod quomodo probat vide Capic. Latr. consult. 106. n. 11. et Allegationem pro Opere pro D.a Anna Maria Cutuner, cum D.a Maria Mut, et Dureta, §. 1. per tot.

Legato usufructu bonorum, si legatum fuit mere gratuitum, quamvis bona, quorum usufructus legatus fuit, evincantur ex causa fideicommissi, non competit legatario, seu usufructuario actio evictionis pro fructuum refectione l. a substituto 11. (. 42.) §. 1. l. si domus 24. §. 1. ff. de legat. 1. l. cum pater §. evictis ff. de legat. 2. Peregrin. consil. 24. n. 1. lib. 4. Menoch. praesump. 118. n. 4. lib. 3. Cancer variar. par. 3. cap. 4. n. 27. Rota Romana in Bononiensi, legati, seu usufructus 5 Decembris 1650, apud Bichium decis. 445. n. 28, ibi: Rota censuit, Savignato non competere actionem, pro consequutione annuarum librarum 150. quia nimirum petuntur occasione evictionis sequutae in uno ex praedijs legatis, ad quam haeredes legantis non tenentur pro certis bonis in specie legatis.

Lex. = Statutum.

Vide in comprobationem Antonellum de loco legali lib. 2. q. 9. et omnino Arias de Mesa var. lib. 2. cap. 18. ubi optime probat, stante clausula irritante, inobservantiam legis, vel statuti opponi non posse.

Lex, seu Constitutio praesumitur usu recepta Decius cons. 549. Rebuf. in concordatis, tit. de collat. §. praefatique Ordinarij, verbo post praesentium, vers. et quando quis. Rolandus de Lucca Doti q. 99. in fine, et consil. 99. lib. 2. Ant. Augustin. in compendio Decision. tit. de Constit. n. 3. Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 4. par. 2. ad finem, Mohedan. decis. 2. de probat. n. 20. alias 90. Rota decis. 56. n. 4. et decis. 97. n. 2. et decis. 301. n. 2. par. 2. divers. et in 775. par. 1. diversor. et decis. 301. n. 2. par. 2. divers. et in una Higorrigiensis Canonicatus 24. Maij 1584. quoram Orano, de qua Garcia de Benefic. par. 11. cap. 3. n. 221. et in una Meliten. Abbatiae, 24. Januar. 1590. apud Garcia citatum par. 7. cap. 14. n. 3. Eman. Rodriguez qq. regul. tom. 1. q. 6. ar. 11. et Salas de legibus disput. 13. sect. 5. Garcia de Benefic. par. 2. cap. 1. n. 41. ubi alios DD. et decisiones adducit, et contrarijs respondet.

Nec obstat Menoch. lib. 2. praesumpt. 2. ubi ait, quod lex promulgata non praesumitur usu recepta, quia est quid facti; nam econtra praesumitur recepta, ex quo ligat. Garcia ubi proxime, n. 45.

Statutum eo ipso quod reperitur insertum in volumine Statutorum, praesumitur usu receptum. Rota decis. 36. n. 4. parte 4. recentiorum.

Majoricis adest Privilegium D. Regis Alfonsi 4 Octobris 1287, quo cavetur, inobservantiam Franquezarum, et Statutorum allegari non posse, immo ea non obstante, observanda fore. Vide eius thenorem in Allegatione pro D.na Nicolea Dameto et Eufrasina Valleriyr, art. 1.

An lex Regia taxans pretia rerum, comprehendat Ecclesiasticos? Vide Surdum, consil. 301. n. 12. et seqq. pene per totum.

Lex prohibens, ne bona immobilia transeant ad manum mortuam, facta a Jacobo 2.o Majoricarum Rege, habet decretum irritans, quod omnem praescriptionem, et contrariam consuetudinem infringit. Luca de Regular. dis. 51. n. 7. et 8.

Moratoria.

Quidquid occurrere valeat in materia Moratoriae a Principe concessae, vide apud D. Salgado in Labyr. par. 2. cap. 30. ubi plenissime, Antunez Portugal de Donat. Reg. lib. 3. cap. 42. ex num. 35. Bas in theatro Jurispr. tom. 2. cap. 45. per totum. Quid autem juris sit circa aliam speciem Moratoriae, quae a creditoribus conceditur, habes in hoc eodem tomo verbo Creditores fol. 34.

Missa

Incruenti sacrificij novæ legis, corporis nimirum, et sanguinis Christi veritatem demonstrat Natalis Alexander tom. 8. sæculo 13. et 14. dissert. 13. ex sacra scriptura, ex traditione, Græcorum, et Latinorum Patrum consensu, alijsque invictis argumentis contra Albigenses, et Wiffclefistas Hæreticos, in Lutheranis, et Calvinistis redivivos.

Mobilia

Quamvis mobilia consistentia in suppellectilibus, pannis lineis, utensilibus, et similibus, praesumantur consumpta per Decennium, et ideo restituenda non sint, ut ex communi DD. sententia docet Sabelli §. Mobilia num. 3: Si tamen agatur de mobilibus solidioris materiae veluti de libris, picturis, argenti, metallis, et similibus, quae servando servari possunt longissimo tempore, non praesumuntur solo spatio decennii consumpta, ut ibidem docet Sabelli, et Ciriacus controversia 16. num. 3.

Pelaez Mieres de maiorat. part. 4. quaest. 39. per tot. in antiqua impressione Granatensi, disputat, an heres possessoris maioratus teneatur solvere estimationem bonorum mobilium, quae consumpta sunt. Et negative resolvit, casu quo maioratus possessor praedictis rebus utatur, ad verum usum destinatis, exemplo usufructuarii iuxta leg. si usus fructus §. ultim. ff. usufructuar. quemadmodum caveat. Si tamen utatur aliquibus rebus, ad usum non destinatis, vel alio modo damnificet res maioratus, potest agi contra eius heredes ad deteriorationem, vel interesse, eosque compellere, ut rem lapsam restituant maioratui, vel deteriorationem solvant, ex tex. in L. si usus fructus §. Deperditis ff. de usufructu, cum aliis quos allegat. Vide Villadiego in Polit. tit. de forma libellandi num. 185. pag. 434.

Monasterium

Regula est à Doctoribus comuniter domum ad Eclesi-
am vel Monasterium ampliandam vel fabricandam, compel-
li pose quemlibet privatum, etiam maioratus aut fidei-
comisi posesorem, vendere domum, aut agrum, soluto pre-
tio iusta taxationem, ut convertatur in emptionem alteri-
us domus vel agri quæ vice permutati dominij succedat
in locum domus alienatæ, ut ingentisime probat D. Leon
omnino videndus lib. 1. decis. 90 per tot. Martello tom. 3.
decis. 260. Cyriacus controver. lib. 2. cap. 231. Card. de Luca
de servitu. disc. 83. et licet D. Covarr. lib. 3. Var. cap. 14 ex
n. 1. hanc comunem traditionem in dubium revocet et
impugnet eo fundamento ductus quia iura ab Authorib.
ponderata, id non probant, ut ibi optime expendit: sub n.
tamen fin. tria fatetur. 1º, pose Principem compellere priba-
tum, domum propriam vendere ad constructionem Eclesiæ
aut Monasterij, vel etiam constructi ampliationem, hancque
ese iustam causam, ut Princeps iuri privati derogett. 2º, non
solum Principem, sed et quemcumque Iudicem inferiorem,
pose compellere privatum, propriam domum, vel agrum
vendere iusto pretio quoties ea fuerit necesaria ad construc-
tionem Eclesiæ parrochialis aut Cathedralis, cum ipsæ sint
præcisæ necesariæ ad Divinum cultum, et Sacramento-
rum administrationem, iuxta textum in cap. ad audien-
tiam de Eclesijs edifican. 3º. quod si privata domus, aut
ager, iusto pretio oblato ad constructionem Eclesiæ valde
utilis, non tamen præcise moraliter necesaria, petatur,
cum administrationi Sacramentorum, et divino cul-
tui, iam aliàs sit consultum: tunc non poterit Iudex
inferior, absque Decreto Principis, privatum dominio
rei propriæ invitum privare, etiam si iustum pretium
ipsi oferatur, iuxta terminos = L. invitum ff. de contra.
em. emptio. = et tandem iustam agnoscit cohactionem
quæ per Iudicem fit, quoties domus privati fuerit Ecle-
siæ utilis ad constructionem, vel ampliationem, si atentis
circunstantijs, quæ prudenti arbitrio pensandæ sunt,

Vide Anton. Gomez
lib. 2. var. cap. 2. n.
51. et ibi Ayllon in
addit. Hermosilla
tom. 2. in l. 3. tit. 5.
part. 5. glos. 1. ex
num. 50; praque
vero videndus est Fa-
rinac. tom. 1. decis.
372. et 676. per
tot. quæ habentur
par. 1. recent. decis.
372. et 676. et ad-
legantur a Cardin.
de Luca dis. 83. de
Servitutibus. Ac tan-
dem Negens Contra-
da tom. 4. decis. ~~246~~
246. per totam.

319

nullum, aut grauium detrimentum ex hac conditione privato inferatur, in qua specie, communi opinioni adhaeret.

Maior tamen est difficultas an Ecclesia vel Monasterium post hoc privilegio retractus, competentium in terrium post hoc privilegio retractus, competentium sepulchrum, ff. de Relig. et sumpt. fune. Legis si quis sepulchrum, ff. de Relig. et sumpt. funer. vel contra Ecclesiam, vel Monasterium pariter privilegiatum. Pro negativa sententia stat D. Valenzuela Consil. 48 per tot. ubi decisum refert non posse Ecclesiam Cathedralem Cartaginensem compellere laicum ad alienationem Capellae, ac juris patronatus, et sepulcri, varijs rationibus, quarum praecipua est, quia nequit Ecclesia adversus aliam suo privilegio uti, maxime dum (prout hic) agit de damno vitando, contra Ecclesiam agentem de lucro captando, quia in pari causa, potior est conditio rei, quam actoris; et certum est, privilegium huiusmodi solum loqui de praedijs profanis, non vero de Ecclesiasticis, ut optime prosequitur ex n. 81.

Cardinalis de Luca de servit. disc. 83. admittit praefatam comunem sententiam, eiusque extensionem ad officinas, et alia ipsam Ecclesiam concernentia, ut sunt coemeterium, Sacristia, atrium, et similia; imo etiam ad habitationem Religiosorum, seu Clericorum ipsi Ecclesiae inservientium, quoties in forma Monasterij cum ipsa Ecclesia connectuntur, ex Menochio consilio 26 . . . Giurba decis. 86. Surdo concil. 62 n. . . et Vincentio de franchis decis. 223. Quae licet pro regula vera sint in abstracto, in praxi tamen dupliciter limitantur. Primo ut hoc privilegium solum intret ad limites necessitatis probe, ac moralis honestatis, non autem ad luxum, sine quando absque usu huius exorbitantis privilegij potest esse consultum. Non enim cogi potest privatus dominus, etiam secularis, et multominus Ecclesia, vendere propriam domum, nisi in subsidium, et casu quo

Ecclesia privilegiata non habeat sufficientem, et competentem situm ad officinam denuo construendam Cyriac. lib. 2. controv. 231. Cardinal. de Luca ubi proxime n. 4. subdens, quod ubi Ecclesia, vel Conventus habet aparte vero proprias domos, et areas, in quibus Sacristiam, aliasq. officinas construere possit, locus non est cumpulsioni vicini ad vendendum. Et ita decisum fuit per Rotam decis. 332 et 676. par. 1. Recen.

Altera limitatio ex Luca cit. n. 5. est, ut hoc privilegium non procedat contra aliam Ecclesiam, vel Conventum, eamq. verissimam ipse dicat quoties aeque convenit idem privilegium in eodem genere, ita ut tam in agendo quam in excipiendo utriq. Ecclesiae competat, scilicet quando Ecclesia contra quam iste Retractus intentatur indiget domo retrahenda, pariter pro eius ampliatione, vel ornatu, seu maiori comoditate; vel etiam quando edificium quod de novo fieri intentatur, magnum afferret praeiudicium alteri Ecclesiae; secus vero ubi agitur de domibus, vel areis iure privati dominij per Ecclesiam possessis, ad usum conductitium, seu alios usus profanos à cultu, vel comoditate Ecclesiae alienis; circa quod notandum est, non intrare privilegium quando domus contigua conducta est, dummodo destinata sit habitationi Beneficiatorum, licet illi actu non inhabitent, ut in terminis decisum fuit per Rotam decis. 213. par. 2. Recen. et iterum decis. 414. et 424. par. 9. quas refert, et sequitur Luca ubi prox. n. 8.

Idem Em. Author in conflictu observ. 250, non solum praecisam, vel moralem necessitatem requirit, sed etiam extensionem ad officinas, et appendices absque praecisa vel morali necessitate, simplicitatem asperitatem, ac irrationabilitatem esse dicit; quia cum Ecclesia sit cultrix Iustitiae, et equitatis, solum uti potest privilegio in subsidium, addens etiam considerandam esse rei vendendae qualitatem, an scilicet ratione antiquitatis, vel conspicuitatis, adsit interesse inestimabile honorificentiae, et decoris, ultra intrinsecum pretium naturale.

Quale autem pretium solui debet, tradit Valconnd.
de Secun. Supplicat. tit. 3. q. 40. n. 13. 14 et 15, ubi notat,
quod in casu, quo quis compellatur vendere domum, prae-
dium, seu agrum pro ampliandá Ecclesiá, in tali ca-
su ultra aestimationem, tertia pars pretij vendenti
dari debet, propter compulsionem ad vendendum

Monasteria quoad fundationem

Vide Frances de Urrutigoyti var. resol. cap. 23. per totum

Ut fieri posse nobis Monasterij fundatio, regularis, hac requiruntur 1° Beneplacitum Apostolicum = 2° consensus Ordinarij, quale non dicitur ad hunc effectum Capitulum Sede vacante = 3° Consensus Populi, seu Universitatis in Concilio generali; non enim sufficit assensus Decurionum, seu Magistratus = 4° Consensus Parrochi, et Beneficiatorum = Et tandem assensus Religiosorum existentium in eodem Loco. Hec docet et explicat Card. de Luca de Regularib. discursu 29, et supposito, consensum Ordinarij suppleri posse per Superiorem, subdit n. 24. certam regulam statui non posse cuicumque casui aplicabilem, immo ex facti qualitate, et circunstantijs pendere, an aliqua ex prefatis requisitis supplenda veniant, hancque esse Sacra Congreg. praxim testatur. Et discursu 30. n. 5 et 6. docet consensum Episcopi, et Parrochi, scripturam non requirere, sed sufficere tacitum, et implicitum ex scientia, et patientia resultantem.

Decretum Clementis VIII adest, quo cavetur novos Conventus erigi infra quatuor miliaria absque consensu Regularium infra dictum ambitum existentium, non posse. Hoc tamen solum procedit in Monasterijs extra Urbes, vel opida de novo construendis. Card. de Luca de Regularib. disc. 31. ubi de modo dicta miliaria computandi. In his vero, qua intra septa Civitatis noviter fundantur, sufficit certa distantia iuxta privilegia singularum Religionum. Videndus Luca dicto disc. 29. 30. 31. 32. 33. 67. et 68. de Regularib. atque disc. 29 de Parrocho, et Corrada decis. 246. ex num. 134.

Monasteria erigi prohibentur, nisi in eis saltem duodecim Religiosi ex Fructibus, redditibus, et consuetis Eleemosinis commode valeant sustentari. Constat ex Decreto Gregor. XV. edito die 17 Augusti 1621 apud Fagnanum in Cap. Non amplius de institutionib. nº. 54. libro 3º. Decretalium pag. 176. Et consulta S. Congregatio, an hoc Decretum comprehendat Religiones Capuccinorum, et Societatis Jesu, affirmative respondit. Et iterum, an locum haberet in Italia solum, an etiam extra Italiam declarabit ubique Locorum servandam esse, ut constat ex traditis à Fagnano citato usq ad num. 55; alias preter nullitatem fundationis, Regulares eam facientes penam subiectionis Ordinario ipso facto incurrunt.

Quod supra diximus ex Cardinali de Luca, nempe necesarium esse Beneplacitum Apostolicum ad Monasteria denuo construenda certissimum est in Italia, Insulisque adjacentibus, maxime post Bullam Innocentij X quae incipit Instaurandae, cuius tenorem, ac decissionem refert Fagnanus ubi supra sub nº. 41. Extra Italiam vero, sufficit alternative Licentia Papae, aut Episcopi iuxta Decretum Concilij Tridentini sessione 25 de Regularib. cap. 3. ut optime probat Fagnanus in dicto capite Non amplius quaestione 2. ex n. 65 ad 72. Hac tamen facultas privativa est Episcopi, eaque uti nequit Vicarius Generalis, ut prosequitur Fagnanus q. 3 apertot.

Monasterio, aut Ecclesia servitus imponi non potest, et ideo iura prohibent fenestrarum in Ecclesiam constructionem, ut constat ex Clementina 1ª. de senten. excomunicat. Card. de Luca, de Servit. discur. 16. et latius discur. 17, ubi docet indecorum esse super Capellas, et altaria, in quibus divina celebrantur, laicos habitationes habere. Vide L. 24 tit. 32 part. 3. et ibi Greg. Lopez. et cap. nulli 12. q. 2.

Matrimonium

Matrimonium non presumitur nisi ab allegante probetur. Quomodo autem probari possit, explicat Fagnanus in Cap. Lator §. Qui filij sint legitimi, et Mascardus de probat. conclus. 1022 usque ad 1036. Lucca de matrim. discurs. 16. Gutierr. in eodem tractat. Cap. 46 - 71, 72. et 73.

Maritus.

Maritus potest propria authoritate uxorem in adulterio apprehensam occidere, et si etiam adulterum necaverit, dotem lucratur. l. 82. tauri, et ibi latissime Gomez. Hanc legem iustam esse, et in utroque foro servari posse tuta conscientia, contendit Scobar in tractatu de utroque foro art. 1. casu 2. per totum. — Vide D. Mathæu de re crimin. controver. 11. et 12. et D. Castro disceqt. 10.

Contrariam tamen sententiam defendit, et iure quidem Sanchez de matrim. tom. 3. lib. 10. disput. 8. ex num. 32. tum ex motivis de quibus ibi; tum etiam ex cap. fin. de præscript. ubi omnes Leges Civiles damnantur, quæ sine lethali culpa servari non possunt. Et hæc opinio hodie approbari videtur per Ecclesiam; cum ab Alexandro Septimo, proposit. 19. damnata sit sententia aserens posse maritum uxorem in adulterio deprehensam occidere.

Aliud tamen est in foro externo, in quo minime puniri debet maritus; tum quia parcendum est iusto dolori; tum etiam, quia facit quod leges permittunt. quod tamen in patre respectu filiæ. Vide Scobar, et D. Sanchez citatos.

Maritus-Uxor.

Ex textuali dispositione Legis feminæ § illud et Authen. ex testamento Cod. de secund. nupt. pater, vel mater, maritus, aut uxor, amittit proprietatem eius portionis in qua successit filio intestato, quam reservare tenetur filijs primi matrimonij, retento tamen usufructu. Hæc autem doctrina solum procedit quoad bona, quæ filius intestatus reliquit, quæ acquisiverat ex parente præmortuo. In alijs vero bonis aliunde quæsitis, hoc est servanda distinctio: ut si primo nubat, postea succedat, privatur proprietate, dicta L. feminæ § illud. Si vero primo succedat, postea nubat, quoad dicta bona non privatur proprietate. Cancer cum alijs par. 1. cap. 5. de succesion. ab intest. n. 25. 26. Vide Anton. Gom. in L. 14. tau. — Vide D. Leon tom. 2. decis. 158.

Matrimonium.

An ex Pontificia dispensatione dissolvi valeat quoad vinculum matrimonium ratum, quaestio est, de qua Navar. in Manuali cap. 22. n. 21. ubi contra alios affirmative resolvit, et a Paulo 3. et Pio 4. dispensatum fuisse testatur. Vide omnino Sanchez de matrim. lib. 2. disp. 14. per totam, et Natal. tom. 2. Theolog. Dogmat. lib. 2. de matrim. cap. 1. reg. 16. ubi negativam tuetur sententiam. De bimestri, quod sponsis conceditur ad consummationem matrimonij, intra quod possunt ingredi Religionem, vide textum in cap. ex publico de conversat. coniugator. Sanchez tom. 1. de matrim. lib. 2. disput. 18. Basil. Pont. in eodem tract. lib. 9. cap. 3. Quid si copula praecesserit? Vide Sanchez lib. 1. disp. 44. ubi negative resolvit.

Per ingressum in Religionem cuiuslibet coniugis, dissolvitur matrimonium. Vasquez tit. 3. in 3. part. disp. 241. cap. 6. ibi: Ingressus in Religionem sufficit ad solutionem matrimonij carnalis, non autem ad solutionem spiritualis, et hac causa quotidie quidem adhiberi posset ad dissolvendum carnale, si homines vellent ea uti. Cepeda Empressas sacras, pag. 112. qui allegat praefatum Vasquez d. disp. 241. Hoc tamen intelligendum est tantum de matrimonio rato; quia semel consummatum omnino indissolubile est ex praecepto, et institutione Christi, Matthaei 19. ut magistraliter probat P. Sanchez de Matrim. lib. 2. disput. 13. per tot. Bellarmin. lib. 1. de matrim. cap. 15. 16. et 17. quidquid haeretici, et aliqui Catholici dixerint. Potest tamen coniux ingredi Religionem, dummodo alter consentiat, et (si iuvenis fuerit) Religionem etiam ingrediatur; si autem senex, itaut periculum incontinentiae cesset, castitatem voveat, ut definitur expresse in cap. cum sis de convers. coniugator. cap. ad Apostolicam eodem titulo. Sanchez de matrim. lib. 7 disput. 32. Ex causa vero fornicationis licitum est divortium quoad thorum, et habitationem, non vero quoad vinculum, quod sola morte finitur, ut definitum fuit per S. Concil. Tridentinum sess. 24. de matrim. can. 10. Unde nunquam vivo coniuge adultero, potest innocens novas contrahere nuptias. Sanchez lib. 10. disp. 2. ubi respondet Haereticorum argumentis. Vide Natal. Alexan. tom. 4. saeculo 4. cap. 6. §. 4. pag. 150. et tom. 9. saeculo 15. dissert. 17. art. 14. n. 8.

Matrimonium clandestinum irritatum fuit ab Ecclesia ex Decreto Concilij Tridentini sess. 24. de matrim. cap. 1. indirecte inhabilitando personas, et directe irritando contractum. Quomodo autem id fieri potuerit, quod gravissimam continet difficultatem, explicat magistraliter P. Sanchez de matrim. lib. 3. disput. 4. per totam.

Majoratus quoad probationem.

Majoratus probatur primo per originalem scripturam institutionis, cum Regis licentia. 2. deficientibus scripturis, per testes, qui deponant de earum tenore. 3. si deficiat scriptura, illiusque probatio per testes, probari poterit majoratus per consuetudinem immemorabilem succedendi primogeniti jure, dummodo testes de consuetudine deponentes sint bonae opinionis, et famae, ita vidisse per tempus quadraginta annorum, audivisse a majoribus, et ita se habeat publica fama. Constat ex L. 41. tau. ubi Ant. Gom. et caeteri Tauriste. Et quoad probationem consuetudinis succedendi, prae oculis habenda est magistralis doctrina Domini Crespi observ. 14. per tot. et Dom. Molina de Primogeniis lib. 2 cap. 6. n. 39. ubi formulam ponit, iuxta quam probari debeat primogenialis successionis consuetudo.

Hanc eandem doctrinam docet magistraliter Molina dicto lib. 2. cap. 6. qui ex n. 24 unicum actum sufficere etiam extrajudicialem, ad hanc consuetudinem tenatur, et ita comprobant Addentes, et similiter ex n. 51. tenet Legem Regiam, quae statuit majoratum probari per immemorabilem praescriptionem, locum etiam habere in quadragenaria cum titulo, quia haec aequipolet centenariae, et immemoriali; idque certissimum esse, quando contenditur de existentia majoratus, et libertate bonorum, comprobant Addentes ibid. ex Pereyra decis. 52. n. 13. et Dom. Castillo tom. 5. cap. 23. § 8. ex n. 10. Quid tamen si dubitetur de Regia facultate, vide D. Josephum Vela tom. 2. dissert. 48. ex n. 14.

Et prae oculis semper habe, quod quando constat de titulo, et fundatione, non potest allegari contra eam praescriptio etiam mille annorum, quae mutet, aut revocet vocationes factas in institutione. Petrus Barbosa in leg.

cum notissimè d. §. illud C. de praescript. 30. annor. n. 9. Rostaro de causis pijs lib. 2 cap. 11. n. 8. qui loquitur in Anniversarijs, Pegas tom. 9. ad Lib. 2. Ordin. Portugal. in Rubr. tit. 33. n. 432. et tit. 27. § 3. n. 3. Aguilar ad Rojas par. 1. cap. 2. n. 112. fol. 495.

Et nota quod mortuo detentatore, intentari, et proponi potest actio tenutae a vero Maioratus successore, cuius jus metiendum est, non a persona ultimi detentatoris, sed eius in quem iuxta tenorem fundationis, civilis, et naturalis possessio transiverat, licet actualem non occupaverit. Laz omnino videndus in tract. de tenuta cap. 35. per tot. maxime ex n. 49. Aguila ad Rojas par. 5. cap. 3. ex n. 45.

Maioratus quoad repraesentationem

De hac materia ad mentem L. 40. Tauri, et Regia Pragmatica anni 1615, quae habetur in L. 14. et finali tit. 7. lib. 5. recop. Vide notata tom. 2 observationum fo. 307. pag. 2. et fo. 315. etiam pag. 2.

Repraesentationem indistincte locum habere in Maioratuum successione, non solum inter descendentes, sed etiam inter transversales, tam respectu ultimi possessoris, quam etiam fundatoris ex sola dispositione legis 40. Tauri, ante Pragmaticam anni 1615. optime probat D. Castillo lib. 3. cap. 19. ex num. 122. ad 196. ubi contra Avendaño, et Flores de Mena, id procedere defendit, quamvis in persona, quae repraesentare praetenditur, jus certum, et invariabile radicatum non fuerit. Et lib. 4. cap. 56. ex num. 82. magistraliter, et solide explicat Novam Pragmaticam praeallegatam, quam quoad repraesentationem, mere declaratoriam esse docet, non correctoriam antiqui juris. Unde etiam in antiquis Maioratibus pro regula constituit, semper repraesentationem admittendam fore, ita tamen ut contraria voluntate testantis, etiam ex urgentibus coniecturis deprompta excludatur. In Maioratibus vero institutis post Pragmaticam, coniectura non admittantur, ut late pariter, et docte prosequitur.

Mayoratus quoad agnationem, et masculinitatem.

An quando testator ad maioratus, aut fideicommissi perpetui successionem, masculos simpliciter, et absolute vocavit, nec feminam in aliqua parte admisit, aut invitavit, censeatur agnatio contemplata, licet expresse rationem conservandae agnationis non adduxerit, gravissima quaestio est. In qua D. Molina lib. 3. cap. 5. ex num. 25. ad 38, quem sequuntur Addentes, ita pluries decisum testantes in Regio Supremo Consilio, docet ex masculorum vocatione pluries repetita, et absolute facta, agnationis rationem pro expressa haberi, et nec feminam, nec masculum ex ea, in concursu masculi agnati remotioris lineae admitti posse, idemque tenet Peregrinus quem et alios citant Addentes ubi proxime.

Eandem opinionem mordicus tenet D. Castillo lib. 2. cap. 4. num. 78. cum pluribus seqq. omnino videndus. Qui tamen lib. 5. cap. 122. ex num. 45. re maturius perpensa dubiam agnoscit hanc sententiam, motus autoritate rerum iudicatarum pro contraria opinione, et plurium magni nominis DD. asserentium ex simplici vocatione masculorum, non agnationem praecisse, sed simplicem sexum masculinum in linea praedilecta contemplatum fuisse. Cum enim maioratus suapte natura non solum agnatum, sed etiam cognatum admittat, imo et feminam, nisi aliter constet de contraria testatoris voluntate: eatenus a regula recedendum est, quatenus de contraria disponentis voluntate constiterit. Unde cum dispositio testantis, qui masculos ad maioratus successionem invitavit, so-

lum quo ad sexum à iuris dispositione exorbitet, frustra extenditur ad contemplationem agnationis.

Hoc clarius procedunt quando maioratus institutus fuit à femina, aut masculo extraneo, ita ut primo vocatus ad successionem, cognatus, aut extraneus sit; tunc enim ex repetita masculinitatis qualitate coniectura desumi non potest contemplatae agnationis: nisi forsam testator expresse dixerit, se velle vocatorum ipsorum agnationem conservare, aut masculos ex masculis, sive ex linea masculina vocaverit, quia cum in verbis nulla sit ambiguitas, voluntatis coniectura, aut interpretatio non admititur. L. ille, aut ille §. cum in verbis, ff. de leg. 3. Quod qualiter procedat optime explicat D. Castillo videndus lib. 6. cap. 133. per tot. Ratio est, quia in linea masculina solum masculi ex masculis continentur, ut ex veriori, et recepta sententia, docet Card. de Luca, de feudis, disc. 15 n. 9. et de fideicom. disc. 28. n. 10. et 11. Quod adeo verum est, ut procedat etiam post Regiam Pragmaticam anni 1615, ex traditis supra, verbo Agnatio, fo. 3. et nota in vocatione descendentium masculorum per generationem masculinam, vel ex generatione masculina, solum masculos agnatos contineri. Gratian. discept. 999. et alij videndi apud Sabelli, in summa divers. tract. verbo Masculinum, n. 1.

Quid tamen, si in clausula dispositiva vocati sint descendentes masculi, in conditione vero posita sit linea masculina? Vide Sese tom. 4. Decis. 412. ex numero 1. ad 38. Larrea, decis. 53. ex n. 9. ubi docet, quod etiam quando mayoratus instituitur à femina (in quibus terminis loquitur, ut patet ibidem, n. 6.) quoties testatrix descendentes feminas, filias, neptes, vel ulteriores habebat, tempore, quo mayoratum instituit, ex ipso quod eas non vocabit, excludere voluisse, et verbum descendentes, tunc solum ad agnatos referendum; imo etiam si masculi non essent expresse, et dispositive vocati, sed positi in conditione negativa, et in eorum defectum alij agna-

ti vocarentur: tunc Agnatio inducitur, et admittendus non est masculus ex femina, quia non debent Agnati in defectum conditioni admitti, propter Cognatos excludi. Vide Joannem Torre de Mayorat. par. 4. cap. 38. §. 13. ex n. 108. ubi docet, quod quando non simpliciter masculi vocantur, sed additur particula de linea masculina, censetur Agnatio contemplata, et masculi ex feminis non succedunt. Vide Molinum de Ritu nuptiarum lib. 3. quæstione 24. ex num. 145. usque ad 208. ubi plenissime. Vide etiam Velam tomo 2. dissert. 49. num. 54. et 55.

Verum nota, mayoratum agnationis, fini tia agnatis, effici regularem, ut optime docet Vela Dissert. 49. ex num. 70. Roxas part. 3. cap. 4. num. 19. et 20. quia extincta qualitate sub qua testator successores incitavit, vel etiam defficiente, successio indistincte defertur personæ proximiori in linea, quia tunc mayoratus tantum ex eius natura, et perpetuitate in familia conservatur; cumque hoc a lege procedat, hinc est, vocationes etiam a iure suppleri ordine a lege præscripto, qui in linea, gradu, sexu, et ætate consistit.

Maioratus qua ad partem conditionalem, et dispositivam.

In maioratibus, et fideicommissis regula est, substitutionem passivam ab activa declarari, ita ut illi dicantur in substitutione passiva in conditione positi ad exclusionem substituti, qui in substitutione activa præcedenti, fuerunt dispositive vocati, et e converso. Leg. final. ff. ad Trebel. Cancanate Consil. 29. ex num. 59. D. Castillo lib. 4. cap. 157. num. 1. et 17. D. Leon tom. 3. Decis. 1. nu. 22. Vide tamen eundem Cancanate cons. 6. n. 8. 41. et 42. Torre par. 1. de Maiorat. cap. 25. ex n. 144. Rota in Mantuana ad Lucam de fideicom. Disc. 80. num. 6. Luca de fideic. Dis. 71. n. 10. et 11.

Maioratus quoad Vocationes

Prima vocatio, regula est cæterarum, quia ordo succedendi datus inter vocatos primo loco, intelligitur datus inter sequentes. Menoch. cons. 215. n. 177. lib. 3. D. Castill. lib. 4. cap. 9. n. 38. D. Crespi videndus observat. 22. n. 41. 42 et 43. D. Molina lib. 3 cap. 5. n. 65. et 66. ubi Addentes.

[illegible] [illegible]

Maioratus iuxta L. 27 Tauri

Vide, quae adnotavimus tom. 2. observat. fo. 314 et omnino D. Olea, tit. 2 q. per tot. ubi selectissima quae resolvit.

Non inducitur maioratus ex sola melioratione tertij, et quinti, ut constat ex doctrinis ubi proxime cumulatis; imo licet pater in melioratione vocaverit filium, eiusque descendentes; in defectum eorum, alium filium, et eius descendentes; et his deficientibus, alterum filium, eiusque descendentes, et bona perpetuo alienari prohibuerit; vinculi tamen, aut maioratus verbum non adiecerit: tunc nec perpetuus maioratus erit, nec prohibitio, quia utrumque ad vocatos, et eorum descendentes restringitur, et consequenter bona in ultimo descendente libera manent. Optime D. Castillo lib. 2. Cap. 22 ex n. 44 ad 56, ubi magistraliter explicat decisionem Legis 27 Tauri, cuius ordo in substitutionibus ordinandis, permissivus est, non preceptivus.

[illegible] #683

[illegible]

Maiorazus quoad post[...]gationem lineanum

Vide quae diximus ex Roxa, Castillo, et alijs tom. 2 observ. fo. 221 pag. 2.

An finitis masculis ex masculis in maioratu agnationis, et masculis ex feminis in maioratibus simplicis masculinitatis, feminae succedere debeant, an vero successio retrocedere debeat ad feminam ex linea anteriori masculi primi vocati, difficilis quaestio est, de qua late disseruit Roxa de incomp. p. 2. cap. 4. ex n. 21. In qua duo casus distinguendi sunt ex eodem Authore, n.º 34 et seqq. Primus est quando aliqua femina, vel eius filius superest ex linea ultimi possessoris, siue effectiva, siue contentiva: tunc namque ad superstitem ex hac linea decurrit successio maioratus absque eo, quod ad lineam anteriorem primogeniti retrocedat, nec ad aliam debolvatur. Cap. 4 de natura succes. feudi ibi: Ad solos, et omnes, qui ex illa linea sunt, ex qua ille fuit. Secundus casus est, cum omnes defficiunt consanguinei ex linea effectiva, vel contentiva ultimi possessoris. Et cum ex natura maioratus necesse sit, quod quaerat successores, et transeat ad alios ex alia linea: tunc, ad eos, qui sunt ex linea superiori primogeniti, debolvitur successio. Tum, quia ex natura maioratus, eiusque perpetuitate, feminae solum temporaliter exclusae intelliguntur in concursu masculi, seu agnati, eorumque lineis durantibus: tum etiam, quia extincta linea universali masculorum, seu agnatorum, transitus fit per saltum ad lineam feminarum, et successio inter eas progreditur eodem cursu, et ordine, quo decurrerat successio masculorum, ex praesumpta mente fundatoris. Credendum siquidem est, quod sicut praedilexit, ac praetulit masculos, eodem ordine vocabit feminas, et ab eis descendentes. Vide Olea tit. 3. q. 4. n. 19. et in addit. resol. 14. n. 7. et 8.

D. Castillo lib. 5. cap. 143. §. Unico num. 16. et 17. asseruit (nullo allegato Authore) in terminis maioratus) quod licet femina exclusa propter masculos remotioris lineae, contra alias ultimo possessori proximiores reintegrari non posset: tamen

habilis manet, ut succedere possit, nonobstante prima exclusione, post extinctos masculos, non quidem iure reintegrationis, sed ex novo iure supervenienti, si inveniatur proximior ultimo possessori, ita ut sensus sit, feminam semel exclusam, amplius reintegrari non posse, neque ex pristino iure succedere. Si tamen proximior ultimo possessori fuerit, ex novo iure supervenienti, in defectum masculorum admitti debere, et ceteris feminis, et masculis etiam cognatis, in ulteriori tamen gradu existentibus, praeferri. Unde quoties agnati masculi defecerunt, femina proximior, licet semel exclusa fuerit, remotiorem feminam, et cognatum, etiam ulterioris gradus excludat. Quae sententia esse videtur contra ordinem linealem, de quo Roxas part. 1. cap. 6. ex nu. 10. Ex ea namque sequitur, ut in maiorazatu simpliciter masculino, si mortuo ultimo possessore, successio ad masculum alterius lineae transeat, isque postea sine liberis masculis decedat: deferri non poterit successio instar fluminis ad masculum ulterioris lineae sed necessario retrocedere debebit ad masculum postea natum in linea primogenita, et postergata feminae semel exclusae, contra regulam traditam a Molina lib. 1. cap. 6. n. 22. et lib. 3. cap. 5. n. 72. quae ut ibi explicat solum limitata reivalet ratione perpetuitatis, ne bona libera maneant. Vide D. Castillo cap. 166. ex n. 37. Roxas p. 3. cap. 4. n. 55. Luca de fidei. dis. 25. n. 21. Roca tom. 1. disp. 3. n. 5. 16. et 74.

Maioratus quoad succesionem

Videnda quæ adnotabimus tom. 2. observ. fo. 318.

Maioratus quoad concursum.

Vide in tom. 2. observ. fo. 319 et 320.

Maioratus quoad incompatibilitatem

Quoties testator prohibet concursum sui maioratus cum alio, ita ut eo ipso facto concursu in eadem persona, iubeat in sequentem in gradu transire, vel in consanguineum proximiorem, maioratus censetur incompatibilis incompatibilitate reali, et lineali, taliter ut frater, aut proximior consanguineus transversalis eius personae, in qua evenit concursus, succedere debeat et post ipsum omnes à se descendentes, exclusis persona quae utrumque maioratum occupabit, eiusque filijs, ac descendentibus, ut decisum fuit in Granatensi Senatorio, et magistraliter docent D. Larrea, decis. 51. et D. Olea, in additionib. ad tit. 3. q. 4. resolut. 11. ex n. 5. quidquid dicat Roxas de incompatibilitate par. 4. cap. 1. per tot. Solorzano de iure Indiar. lib. 2. cap. 13. ex n. 50. max. n. 56. quorum argumentis respondet D. Olea citatus, omnino videndus. Et vide etiam Roxas par. 2. cap. 6. ex n. 49. et par. 1. cap. 8. ex n. 31. et par. 3. cap. 5.

Quid tamen si Testator prohibitionem ad certos gradus, vel personas restrinxerit? Quommodo eadem prohibitionis ratio militaret in personis, et gradibus non expressis, ultra illas concursus maioratus prohibitus censebitur. D. Castillo lib. 5. par. 2. cap. 181. per tot. maxime n. 21. et 24. versic. Sed praedicta.

Maioratus fiunt incompatibiles, si uterque conditionem habeat residendi in certo Loco aut Civitate. Roxas de incomp. par. 2. cap. 1. ex n. 53. = Vide tamen notata seq. fo. 116. =

Maioratus sunt incompatibiles eo ipso, quod uterque habeat annexum gravamen nominis, et armorum sine mixtura, aut principaliori loco. Roxas videndus par. 1. capite 1. per totum.

[illegible]

Maioratus quoad Regiam Licentiam

Regia facultas praecedere debet majoratus fundationem, adeo, ut licet postea superveniat, non confirmetur, nisi expresse in Regio Diplomate dicatur. Constat ex L. 42 tauri, et ibi omnes.

Regia facultas non expirat per obitum Principis concedentis, licet eo vivente, ea usus non fuerit, qui facultatem obtinuit, iuxta L. 43 tauri, et ibi Taurista. Et de materia Regiae facultatis ad interpretationem tex. in d. l. 42. tauri, vide D. Molinam lib. 2. cap. 3. per totum.

Maioratus quoad revocabilitatem.

Maioratus sive inter vivos, sive in ultima voluntate factus fuerit, revocabilis est, nisi intervenerit traditio vera, vel ficta, aut ex causa matrimonii instituatur, et etiam his casibus revocari potest, si ita cautum sit in Regia facultate, aut in scriptura fundationis iuxta L. 44 tauri, et ibi omnes. Vide D. Molinam lib. 4. cap. 2. per totum.

Maioratus quo ad alienationem.

Vide quæ adnotavimus com. 2. observ. fo. 35 et 36. et infra. fo. 256.

Maioratus quoad Tenutam

Vide adnotata tom. 1. observ. § 35?. et latissime Villadiego in Polit. tit. de forma libellandi fol. 416. cum sequentibus ex num. 151. ubi plene, et magistraliter. Ab eo tamen cavendum, quatenus n. 151. docet, terminum probatorium esse 50. dierum, et supplicationem in hoc tenutae judicio admitti; quia licet hoc olim verum essent iuxta leges 9. et 10. tit. 7. lib. 5. recopilationis: hodie tamen 80. dies probationibus assignantur, et supplicatio denegatur ex l. 5. tit. 19. lib. 4. recopil. = Nota, quod provisio sequestri in judicio tenutae, supplicabilis est quia infert gravamen, cui aliter consuli non potest. Paz de tenuta cap. 10. in fine, qui ita in Regio Senatu admissum testatur. Et in hoc judicio nedum intentari valet remedium l. fin. C. de Edict. D. Adr. toll. sed etiam cumulari possunt omnia remedia possessoria, adipiscendae, retinendae, et recuperandae possessione. Quod quomodo procedat optime explicat Paz de tenuta cap. 24. per totum, maxime ex num. 23.

Si possessor Maioratus illum cedat in sequentem in gradu, seu immediatum successorem, quaestio est, an transeat in cessionarium civilis, et naturalis possessio, ita ut in vim l. 45. Tauri, et l. 9. et 10. tit. 7. l. 5. ~~tit. 19.~~ lib. 4. recopilationis, locum habeat remedium tenutae in Regio Supremo Senatu; an vero disputandum sit, si qua lis occurrat super proprietate in Regiis Auditoriis. In hac difficultate negativam sententiam tenet Paz de tenuta cap. 61. docens, locum non esse tenutae, quia in cessionarium ex eius sententia possessio civilis, et naturalis non transit. Contrarium tamen tenet D. Olea videndus de ces. iur. tit. 6. q. 5. ex num. 24.

☞ Verus maioratus successor, quamvis ipsum non agnoverit, nec sciverit sibi delatum fuisse, tamen morte ultimi legitimi possessoris, ipso iure possessor constituitur, adeo ut proximitatem et gradum faciat successoribus: ita ut si antequam actu apprehenderit possessionem decedat, proximitas ab eo, tanquam ab ultimo possessore regulatur, non vero ab eo, qui de facto maioratum occupabit. Unde tenutae remedium sequenti

in gradu competit, ut optime docet Paz de tenuta cap. 35. per tot. maxime ex n. 12. Ratio potissima est, quia cum possessio civilis, et naturalis, quæ ex L. 45. tau. in sequentem verum successorum transfertur, dativa sit, et absque illius aprehensione queratur: consequens est ut ipsi legitimo successori competat tenutæ remedium inductum à L. 9. tit. 7. lib. 5. recop. ad executionem ipsius civilis, et naturalis possessionis, à lege tauxina translatæ; neque opus esse aprehensione, et acceptatione successoris, sed sufficere ipsam legalem translationem, ad hoc ut vltimus possesor sit, et dicatur ille, in quam legis beneficio translata fuit civilis, et naturalis possessio. Sicut enim hæreditas alicui infanti delata transmittitur, licet non adita, et quidem tanquam agnita, et quesita ipsius patri superstiti, ex L. si infanti 18. cod. de iure deliberan: ita pariter civilissima possessio, quæ vero successori maioratus, etiamsi absens sit, et ignorans, beneficio legis defertur, et acquiritur, transmitti debet in proximiorem, et sequentem in gradu. Vnde cavendum est à Matienzo in L. 8. t. 7. lib. 5. Recop. glo. 4. n. 23. vers. potest siquidem, vbi existimat, quod si verus maioratus successor, ipsum non agnoscat, aut respuat, possessio continuatur in sequenti proximo successore vltimi possessoris defuncti, et ab illo vltimo possessore proximitatem hoc casu regulandam esse contendit. Quæ sententia, tanquam falsa, et erronea, impugnatur à Paz, vbi prox. præsertim ex n. 34. vbi subdit, acceptationem, et voluntatis declarationem in maioratu vero successore, hoc tantum operari, ut ipsius fructus, et emolumenta consequatur; non vero ut præiudicium inferre possit sequenti successori quoad translationem possessionis civilis, et naturalis, quippe quæ semper ministerio legis transfertur in sequentem in gradu.

Quod tamen in fideicomisso primogeniali aut perpetuo! Peregrin. de fideicom. art. 25. num. 58. et sequentib. docet, in fideicomisarium secundum, aut ulteriorem, ipso iure rectione,

et rerum dominia transire, absque alia Vestitione reali, aut verbali, iuxta expressum textum in leg. Sancimus 7. §. cum autem Cod. ad Trebellian. ubi Bartholus, Baldus, et omnes. Bedoya in Speculo Verae Iurisprudentiae lib. 2. discurs. 5. num. 11. Et cum certum sit, in casibus in quibus lex ipso iure transfert dominium, transferre etiam possessionem, iuxta celebrem Glossae doctrinam in leg. Pomponius 36. ff. Famil. erciscund. verbo naturaliter, communiter admissam, ut testatur Hermosilla in leg. 7. tit. 4. partit. 5. glos. 3. n. 13: consequens est, verum dominum, et legitimum possessorem dici, et esse substitutum in quem actiones, iura, et dominium transiere, et ab eo proximitatem, lineam, et gradum metiendos fore, ipsique prodesse debere a dicta legalis Vestitionis, et translationis, quam ipsamet lex indulsit, ut optime docet Peregrin. art. 49. num. 88. et 89. Leon tom. 2. Decis. 123. num. 13. et 14.

Hinc infert D. Castillo lib. 5. cap. 91. num. 48. Versic. Propterea, legem tauri 45. nihil addidisse antiquo legi Partitae, quae est 7. tit. 4. partit. 5. in qua profata Glossae opinio approbata fuit. Inde sicut ex legis taurinae dispositione dominium, et possessio maioratus in sequentem successorem transit, et quidem ipso iure, taliter, ut ab eius persona, linea, proximitas, et gradus metiendi sint: ita pariter dicendum est in terminis iuris communis, quando non de

primo substituto, sed de ulteriori fideicomissario tractatur, in quem actiones, et rerum dominia, ac per consequens possessio tranòit, mero iure, absque aprehensione, et sine reali, aut verbali restitutione.
Hinc recte docet Pegueza Decis. 115. per totam, maioratus, et fideicomissa perpetua Catholonio in omnibus, et per omnia regulanda fore ex regulis maioratus legalis Regio Corona, et absque aliqua restitutione quemlibet vocatum consequi dominium, et possessionem in eodem instanti, ac momento quo purificatur conditio, aut venit dies vocationis ex propria persona, sublato de medio procedenti possessore, iuxta magistralem doctrinam D. Molina de primog. lib. 1. cap. 1. num. 17, quam absolute certam, et in fideicomissis perpetuis generaliter admittendam esse contendit. In cuius comprobationem vide Bedoïam lib. 3. Discurs. 2. per totum.

[illegible]

[illegible]

Majoratus quoad Bona.

In rebus emphyteuticis, et censui perpetuo suppositis, non potest Majoratus, Anniversarium, nec fideicommissum perpetuum consistere absque Domini directi licentia et si de facto ex his bonis Majoratus fundetur, nullius est roboris, et effectus propter praejudicium Domino directo resultans in juribus dominicalibus retractus, laudemij, et commissi, ut plenissime probat D. Salcedo de Lege Polit. lib. 2. cap. 2. per totum, Addentes ad Molinam lib. 2. cap. 10. n. 31. et 32. ubi de praxi supremi senatus Castellae testantur. Vide tamen D. Matheu de Regim. cap. 2. §. 5. ex num. 116. D. Crespi de Valdaura tom. 2. obser. 66. per totam, Anguiano de Legibus controver. 12. ubi contrariam sententiam defendunt. Quid tamen quando testator animam suam, aut pauperes Christi haeredes instituit, administrationem alicui Conventui, seu eius superiori committens? Vide Bas cap. 31. ex num. 181.

Majoratus quoad expensas.

Possessor majoratus nihil repetere potest ex his, quæ impenderit in constructione Arcium, mœnium, ac domuum majoratus, neque in illarum reædificatione. Immo mortuo possessore, nec eius uxor, neque heredes valorem expensarum, et meliorationum huiusmodi consequi possunt, ex literali dispositione tex. in l. 46. Tauri, cuius justitiam defendunt Antonius Gomez in ea num. 4. et D. Molina de primogen. lib. 1. capite 26. n. 15. et 16. contra plures alios, et magni quidem nominis Castellanos DD. eam tamquam iniquam, et irrationabilem damnantes.

An autem præfata probatur, et servanda sit in tribus præfatis casibus, quos exprimit, et ad cæteros aliarum meliorationum, et expensarum, tamquam exorbitans, et durissima extendenda non sit, quæstio est gravissima inter Regnicolas. Pro extensione stat nullo (ni fallor) probabile fundamento, Molina nullo ubi supra num. 16. Pro restrictione vero cum aliis ubi supra num. 16. Pro restrictione vero Joannes Gutierrez practicar. qq. lib. 2. q. 82. et omnino videndus D. Rebellus de oblig. justitiæ lib. 7. de expensis quæst. 9. sect. 3. Et hac opinione admissa, ut scilicet possessor Majoratus repetere possit meliorationes, et expensas utiles, et necessarias, vide notata supra lit. H. fol. 130. Advertendum tamen est ex Avendaño in d. l. 46. Tauri glos. 6. num. 11. quod si bona majoratus ex meliorationibus factis a possessore, notabilem augmentum habuerint quoad reditus: tunc repeti possunt expensæ a successore, qui eas solvere tenetur ne cum hæredum meliorantis jactura locupletetur, cum cesset ratio legis decisiva, siquidem integro manente antiquo Majoratu, ex redditibus auctis, solui possunt expensæ. Vide D. Castillo cap. 65. n. 104. libro 5.

Majoratus, quoad debita praedecessoris.

Vide magistraliter de hac materia agentem D. Ferdinandum Rebellum de obligat. justitiae lib. 3. q. 9. sectione 2. D. Molina lib. 1. cap. 10 per tot. et lib. 2. cap. 4. n. 5. et 6. ac ibi Addentes.

Maioratus quoad praescriptionem.

Successio Maioratus an, et quo tempore de una linea ad aliam praescribatur, vide DD. apud Castilconvento Maioratus num. 87.

Quamvis D. Molina lib. 2. de primoger. cap. 6. n. 51. 52. et 53. et iterum lib. 4. cap. 10. n. 10. doceat, praescriptionem immemorialem, imo et quadragenariam cum titulo, sufficere ad praescribenda bona Maioratus, et ipsius qualitatem: id tamen solum procedit quando contenditur de ipsius Maioratus existentia, et in dubium venit, an bona de quibus quaestio est, libera sint, an vero Maioratui obnoxia, in qua specie, praescriptio quadragenaria cum titulo sufficiens est; secus vero ubi de praescriptione bonorum Maioratus vere, et realiter existentis, et nullo modo controversi tractatur: quo casu immemorialis praecise requiritur, ut post D. Castillo lib. 5. cap. 93. § 8. ex n. 10. Pereyra decis. 52. per tot. docent Adden. ad Molin. d. lib. 2. cap. 6. ex n. 51. et plenius lib. 4. cap. 10. n. 10. Ratio est, quia initium praescriptionis contra sequentem vocatum, et proprio iure venientem dari non potest. Deinde tertius praescribere intendens, cum civilem, et naturalem possessionem non habeat, quippe quo in sequentem successorem transierat, praescribere nequit. Quo fit, ut in hac specie, quadragenaria cum titulo non sufficiat, licet regulariter vim habeat immemorialis. Aliud enim est praescriptio inductiva Maioratus, aliud vero ipsius exclusiva; quia adversus Maioratum iam constitutum, sola praescriptio immemorialis sufficit, et quidem vera, et propria cum omnibus suis qualitatibus, non impropria, vel abusiva, cuius initium praecognoscitur, quamvis centum anni, vel multo maius intervallum decurrerit. Quibus consonat doctrina Petri Barbosa in l. cum notissimi 7. § illud C. de praescript. 30. annor, quem sequitur Aguila ad Rojas par. 7. cap. 2. n. 112. fol. 425.

quod scilicet quando constat de titulo, et fundatione, non potest allegari contra eam praescriptio etiam mil le annorum, quae mutet, aut revocet vocationes factas ab Institutore Maioratus. Unde recte docent Adden. ad D. Molinam de primogen. lib. 1. cap. 3. n. 22. quod licet una linea praescribere valeat contra aliam per immemorialem praescriptionem, non tamen per quadragenariam cum titu lo; et ratio potissima est, quia hic non tam agitur de prae scriptione, quam de tituli probatione, quae ex immemoria li unius lineae possessione resultat, iuxta omnium DD. sententiam, quae tamen limitatur, si constat de titulo in facto. Fontan. Decis. 445. et 446.

Melioratio.

De meliorationibus tertij et quinti, earumque natura
regulis, et effectibus, habetur in tom. 2. obser. fol. 392. cum
sequentibus, ubi plures, ac frequentiores questiones decidun-
tur. Et de illis omnino videndus est D. Olea de ces.
jur. tit. 2. q. d. per totam, ubi selectissimas huius mate-
ria questiones magistraliter resolvit in terminis me-
liorationis factae contemplatione certi matrimonij, quod
causa finalis est donationis. // d.e f. 356#

Mandatum = Confiscatio.

Licet aliqui DD. tenuerint, reum ex crimine lesæ Maiestatis, non aliter bonorum suorum dominium amittere, quam subsequta sententia declaratoria, quos omnes congerit, et sequitur P. Sanchez in decalog. lib. 2. cap. 22: tamen contraria sententia verior videtur, ut probat D. Crespi tom. 2. observ. 8 ex n. 35, maxime si delictum facti permanentis sit, et hæc sententia expresa esse videtur in L. ex iudiciorum 20, ff. de acusation. et in extrav. Quoniam nuper, tit. qui sint rebelles. D. Salgado in Labyr. par. 4. cap. 9. n. 78. et 79.

Vide Antunez de donat. lib. 3. cap. 22. n. 35. et 36.

His suppositis dubitatur, an mandatum procuratorium extinguatur, et instantia cuius dominus efectus fuerat Procurator, pereat, eo ipso quod mandator delictum comisserit, seu ad hostes desciverit, licet sententia declaratoria non intervenerit, prout necesariam non esse docet D. Crespi ubi proxime. In hac dificultate D. Salg. in Labyr. par. 1. cap. 28. n. 25 et 26, expresse docet, quod quando persona agentis est anichilata (ut contingit per confiscationem, iuxta doctrinam eiusdem Salg. in Labyr. par. 4 cap. 9 ex n. 19. Olea tit. 3. quest. 9. n. 7.) instantia, et lis extinguitur, ex textu in L. si constante § fin. ff. soluto matrim. Amato, tom. 2. resol. 86 n. 13. Noguerol adlegat. 25. n. 121, rationem subdens, quia per confiscationem persona, quæ litigabat, inhabilis redditur, et cum causa eius nomine prosegui non possit, stante inhabilitate, ita prius succedens per confiscationem, ea instantia non tenetur, quod secus esset si per representationem succederet, ex Amato dicta resol. 86 n. 13. = Vide D. Oleam de cess. jur. tit. 6. q. 1. n. 14. ubi docet, quod quando dominus moritur sine herede, extinguitur mandatum procuratoris, domini litis efecti per contestationem, quia cessat mandantis representatio. Et advertit, quod si de morte non constiterit, licet sententia valeat mero jure: si tamen causa minus plene defensa fuerit, aut negligentia, seu collusio intercesserit, audiri debet is cuius interest. Nota etiam quod mutatione status tam mandantis, quam procuratoris, mandatum ipso jure revocatur. Noguerol allegat. 16. ex n. 100. Olea tit. 1. q. 1. n. 36.

Vide D. Salgado in Labyr. par. 1. cap. 28. per tot. Pantium de nullit. ex deffectu mandati, ex n. 168. Thatheu controver. 70.

Mutuum

Licet mutuans alicui, non acquirat hypothecam, quamvis pecunia versa sit in alimenta, in refectionem rei, &c. iuxta terminos juris comunis, ut constat ex doctrinis cumulatis tom. 2 observ. fo. 223: tamen jure Regio Castellæ, licet non consset de pacto taxativo, non solum competit creditori actio privilegiata de in rem verso, vel negotiorum gestorum, sed etiam hypothecaria, ut decisum exstat in L. 26. in fine, et L. 28. t. 13 part. 5. per quas hanc doctrinam originaliter tradidit D. Greg. Lopez in dicta Lege 26 verbo para fazer, D. Molina de Primog. lib. 1. cap. 10. n. 13. et ibi plenissime addentes, Cevallos quæst. 741 n. 3. ubi de praxi testatur, Rebellius de obligationib. just. lib. 1. q. 3. sectione 3. n. 26. D. Castil. lib. 3. cap. 8. ex n. 3. D. Covarr. lib. 1. var. cap. 1 n. 2. qui omnes non solum hypothecariam actionem creditori concedunt iuxta præfatas LL. partitæ, sed etiam prælationem, etiam si pactum non accesserit, ut colligitur ex dic. L. 28 ibi: e por ende dezimos que el deve ser pagado primeramente, maguer aquella cosa non le fuese obligada por palabras por aquellos dineros, qui omnes loquuntur in rebus maioratus, quæ licet obligari non possint ex causa voluntaria, benè vero ex causa necessaria.

Nota, quod licet regulariter emptum ex pecunia aliena fiat emptoris: tamen sunt aliqui casus in quibus fallit hæc regula in aliquibus casibus, in quibus competit creditori, qui pecuniam mutuavit, aut ad quem pertinebat prælatio. Vid. Gomez in leg. 50. Tauri num. 36. & notata tom. 1 observat. fol. 67. cap. 2.

Mutuum. Regula est, ecclesiam, et Civitatem, seu Universitatem, ex contractu mutui non obligari, nisi probetur, pecuniam versam fuisse in earum utilitatem, ut cum aliis probat D. Castillo de alim. cap. 36. § 3. n. 25. Procedit tamen quando vel in officiali, et syndico pecuniam accipiente, defecit mandatum, vel quando solum generaliter datum fuit. Si vero mandatum speciale præcesserit comunitatis, Capituli, vel Universitatis ad accipiendam mutuam pecuniam, tunc obligatio eficax nascitur in Capitulo, ecclesia, vel universitate mandante, adeo ut licet mutuum in certam causam petatur, non tenetur creditor probare, pecuniam versam fuisse in eam causam, ut ex Thesauro, Covarru, Mastrillo, Pinelo, et aliis docet idem Castillo usque ad num. 29. et ante eum Cardin. Mantica de tac. et amb. conventio. lib. 8. t. 13. per tot. Vide tamen DD. a Castillo citatos ubi prox. n. 8.

7

Si tamen minor vendiderit, licet quaestio sit, an pretium rei venditae in eius utilitatem versum praesumatur, communis tamen distinctio est, quod aut contractus est validus, et solemniter celebratus, aut non? Si primum, minor petens rescindi contractum, probare debet, pretium a se dependitum, et male consumptum. Si secundum, non ipse minor, sed qui cum eo contraxit, probare tenetur, pretium versum fuisse in minoris utilitatem. Ratio est, quia in primo casu, non praesumitur dolus; secus in secundo. Menoch. de praesump. lib. 3. praesumpt. 8. L. D. Castillo dic. cap. 36. de alimen. § 3. n. 30. et 31.

Aliud est mutuum, cui suapte natura omnis accessio repugnat, seclusa ratione lucri cessantis, aut damni emergentis; aliud vero contractus census, sive explicite, sive implicite celebratus, resultans ex societate, in qua quis propriam pecuniam tradit publico mercatori negotiationis causa, cum assecuratione sortis, et verosimili certi lucri. Licet enim Card. de Luca discur. 4. de usuris, hanc conventionem tanquam foeneratitiam damnet, et defendi non posse contendat saltem in foro externo, eo motivo, quia mutuum est palliatum: tamen contraria sententia verissima est, ut constat ex traditis infra fo. 349.

Mutuans alicui pecuniam, cum pacto, quod res empta remaneat specialiter hypothecata pro solutione creditae pecuniae, praefertur in re ex illa pecunia empta, omnibus creditoribus emptoris, etiam anterioribus. L. licet 7. C. qui potior. in pignore habeantur, l. 30. tit. 13. partita 5. Carleval de judic. tit. 3. disput. 28. per totam. Vide f. 365

Moneta #361 y 365

Moneta essentiam, distinctionem inter valorem intrinsecum, et extrinsecum; praeiudicia, quae ex eius alteratione, augmento, vel diminutione oriri possunt, et an Princeps Supremus illius valorem valeat alterare, optime explicat D. Larrea videndus decis. 12 per tot. subdens n. 44 cum seqq. ad interpretationem text. in Cap. quanto de iure iurando, non posse Aragoniae Regem mutationem monetae facere, prohibente eius foro, et iuramento Pontificia authoritate roborato in dicto cap. quanto.

An debitor, quando monetae reprobatio timetur, possit pecuniam solvere, ita ut solutio liberationem operetur, quaestionis est, quam discutit Larrea decis. 13. per tot. Refert tamen n. 13 Senatum Granatensem, contra debitorem, et favore creditoris iudicasse in casu contingentia.

An depositarius, qui ad numerum pecuniam recepit, eaque usus fuit, possit diminutam, aut reprobatam in similibus nummis, quos receperit, depositum reddere, ita ut periculum diminutae, vel reprobatae monetae in deponentem transferatur, disputat Larrea decis. 14; et licet quando obsignata pecunia traditur, et de eisdem corporibus reddendis agitur, fateatur ad deponentem commodum augmenti, vel periculum diminutionis pertinere, cum maneat in deponentis dominio: tamen in deposito irregulari, et ad numerum, defendit ex n. 34. et ita per Senatum decisum refert, depositarium solvere debere pecuniam depositam in moneta currenti tempore solutionis, quae respondeat ad antiquum valorem, quo ipse usus fuit, ita ut tantum restituere debeat, quantum utilitatis habuit, cum periculum hoc casu non ad deponentem, sed ad depositarium, tanquam verum dominum pertineat.

Debitor in diem, vel sub conditione, licet antequam dies veniat vel conditio existat, possit creditori solvere, non tamen diminutae pecuniae damnum, et periculum effugiet, ut probat, et decisionem refert in Granatensi Praetorio, D. Larrea decis. 15. per tot. Ubi vide, et decis. 16.

Quando imminente monetae mutatione, litterae Cambij dantur ea qualitate, ut solvantur in moneta tunc currenti si tempore quo litterae debitori cui delegata solutio est, praesententur, pecunia in valore extrinseco mutata esset; et in loco solutionis nondum publicatum fuerit edictum, periculum pertinet ad creditorem, et sic ~~non~~ debet quantitas solui iuxta valorem antiquum. Larr. cum Senatu decis. 17. per tot. maxime ex n. 40.

Gavellarius, qui tributa Regea conduxit, vel quilibet alius publicanus, si paulo ante Pragmaticam diminutionis monetae, pecunias ex gavellis procedentes, solvere intendat, suo damno facere debet absque aliquo fisci Regij praeiudicio, prout decisum re-

referet Larrea deci. 18. ex n. 13. ubi docet, id procedere non
solum in iudicio executivo, sed etiam in ordinario. Ratio est evi-
dens; quia ex proprio pacto renuntiat Cancellarius utcumque casui
supervenienti ex novis Legibus, et Pragmaticis, ut constat ex
L. 3. tit. 2. lib. 2. recop. Gutierrez de Gabellis lib. 1. quaest. 136.
n. 1. et 12. Unde sibi imputet, qui talem pactionem admisit.
Immò etiam posito in contrarium pacto, hoc periculum subi-
re cogeretur, quia Princeps ius condendi Leges à se abdicare
non potest, ut late prosequuntur citati DD.

Debitor census, si sortem Judicii authoritate deposuerit, illum
non extinguit, nec ab usurarum praestatione liberatur, conse-
quenterque diminutae monetae periculum non effugit, nisi an-
te omnia praecesserit sortis oblatio; ea enim non facta, usurae
cessare non possunt per depositum. Larrea deci. 19. qui ita iu-
dicatum testatur, rationibusque et authoritatibus exornat ex n. 13.

Si mutuo datur moneta aurea, vel argentea, et actum sit ut in
eadem specie solvatur (idem in aliis contractibus) tunc Creditor
invitus cogi non potest aliud pro alio accipere, sed praecise fieri
debet solutio iuxta legem conventionis. Si vero nihil inter
partes convenerit, immò pretium in marapetinis, quadran-
tibus, aut regalibus aeneis fuerit constitutum, et nihil specia-
liter de genere, et materia pecuniae adiectum, in quacumque
currenti moneta solutio fieri potest, prout decisum refert
Larrea deci. 21. per tot. maxime ex n. 20. et iterum deci. 22.
cum nova decisione Senatus, cuius doctrina à iure naturae,
et Gentium originem duxit, iuxta quod quilibet tenetur
stare promissis. Ex quo infert deci. 23. quod posito pacto sol-
vendi in moneta argentea, si haec rarior efficiatur, non ex
hac difficultate liberatur debitor à certa specie nummorum
praestanda, immò tenetur eam praecise solvere, soluto quolibet
cambio, quia ad id tenetur ex pacto, et lege contractus.
Vide plures qq. quae ex monetae mutatione oriri possunt apud ci-
tatum Authorem, tom. 2. allegat. 83. 84. et 85.

Melioratio

Maioratus, et melioratio, ex propria natura revocabiles sunt, seclusa traditione vera, vel ficta ut constat ex Leg. 44. tauri. de cuius materia latissime agit Molina videndus lib. 4. cap. 2. per totum.

Licet legitima filiorum sit Iure Regio universum patris et matris patrimonium,* possunt tamen quemlibet filium meliorare in tertia parte bonorum, tam per actum inter vivos, quam in ultima voluntate. Haec autem melioratio indistincte revocabilis est usque ad mortem meliorantis, nisi interveniat traditio possessionis, vel ficta per clausulam constituti vel instrumentum meliorationis coram publico tabellione traditum sit meliorato, aut si ex causa onerosa matrimonij, vel alia facta fuerit, vel expresse revocandi facultas fuerit reservata, ut constat ex textuali dispositione Legis 17 tauri, ubi comuniter tauristae, et prae caeteris Anton. Gom.

* praeter quintum.

Non sufficit quod melioratio facta sit ex causa matrimonij, ut irrevocabilis sit, nisi fiat ex causa certi, et determinati matrimonij; quia alias non innititur pacto cum tertio cuius interest, et sic cessat ratio irrevocabilitatis, Sanchez cum alijs de matrim. lib. 6. disp. 32. n. 1. quem vide contra cautelas et antapochas (contra scripturas vocamus) quas parentes in fraudem meliorationis facere solent, et etiam in fraudem donationum, quae fiunt ad ordines narcisandos. ~~Vide~~ D. Olea tit. 2. q. 3. per totam.

Dubitant DD, an donatio simplex facta à patre, vel matre filio emancipato, quae de iure comuni carante impedimento patriae potestatis, irrevocabilis tenebat, eandem irrevocabilitatem conservet si facta fuerit ex causa meliorationis in tertio. Negativam sententiam tenent Tellus fernand. ad dictam Legem n. 2. Castillo glo. 1. colum. 3. Matienzo in L. 1. tit. 6. lib. 5. glo. 1. n. 2. qui id deducere conantur ex verbis praefatae Legis. Affirmativam vero pro irrevocabilitate donationis defendit Gomez in dicta L. 17. n. 3. Sed prior sententia verior videtur non solum ex verbis Legis, quae plurimum urgent, sed etiam quia ratio illius decisiva non pendet à patria potestate, sed solum à voluntate meliorantis, ut advertunt citati DD, et praeter illos Avendaño ibidem glo. 5.

Hoc unum certum est, quod possessio transit in melioratum non solum per realem traditionem, sed etiam per clausulam constituti, traditionem clavium, retentionem usufructus, vel per quamlibet alium actum fictum iuris civilis, ut una voce docent Gomez dicto n. 14. vers. Quarto quaero, et n. 15. et 16. Castillo in dictam Legem verbo: la escritura. Palatius Rubeus n. 25. Gomez Arias in L. 15. tauri n. 20. Greg. Lop. in L. 8. t. 13. p. 3. glo. ult. Matienzo in L. 1. t. 6. lib. 5. recop. glo. 6. n. 3, et ideo stantibus praefatis clausulis, vel quali aliqua earum, melioratio irrevocabilis erit non solum ex praedictis, sed etiam ex L. 8. t. 13. partit. 3. qua cabetur, per huiusmodi actus fictos transferri possessionem in quolibet contractu.

Melioratio tertij in filio unico non cadit, et si de facto fiat, nullius est roboris, et momenti, ut docet cum alijs Regnicolis Gomez in L. 17. tauri nº 19. sequitur Roxas de incompat. parte 1. cap. 13. n. 11. 12. 13. et 14. et ibi plenissime Aguila in additionib. Ratio est evidens, quia unico filio existente, omnia bona patris sunt ipsius legitima præter quintum, legitima autem non suscipit onus. L. quoniam in prioribus 32. C. de inofficios. test. nisi forsam filius expresse consenserit, quia tunc valebit gravamen in vim contractus, ut passim docent DD.

Ex simplici melioratione tertij, et quinti, etiam si verba perpetuitatem denotantia adiecta sint, et prohibitio alienationis, et aliæ substitutiones, non inducitur maioratus perpetuus, sed tantum fideicomissum temporale, restrictum ad personas vocatas, quod iuxta L. 27. tauri optime facere potest testator, dummodo profatæ Legis ordinem non excedat, ut plenissime probat Aguila ad Roxas omnino videndus, parte 1. cap. 2. ex n. 16. ad 43. maxime ex n. 33. ad 41. Castillo lib. 2. controver. cap. 22 à n. 44. et lib. 4. cap. 3. nº 10. lib. 5. cap. 143. à nº 34. et apud eum Larrea, Molina, Angulo, Azevedo, Garcia, et alij.

Si pater aliquem filium in tertio melioraverit, et nihil de quinto disposuerit: deducti ante omnia legatis pijs, ac profanis, atque expensis funerum, filius melioratus non solum tertium patrimonij patris, excepto quinto deducet, sed etiam ex universis bonis, quæ solutis legatis, et funere remanent, ut optime docet Ayora omnino videndus de partition. p. 2. quæst. 5. vers. Item advertendum

Semel facta melioratione irrevocabili ex causa onerosa, vel ex traditione vera, vel ficta, nequit pater ex intervallo pactum, vel gravamen adijcere, quia semel perfecta donatio, conditionem postea non capit, l. perfecta C. de donat. quæ sub modo; secus vero est, quando revocabilis est melioratio. Gomez in l. 17. taur. n. 12.

Melioratio facta in ultima voluntate, revocabilis est licet traditio interveniat; quia lex 17. Tauri, quæ ex traditione reali, vel ficta irrevocabilitatem inducat, solum loquitur, et procedit quando melioratio fit in contractu, non vero in ultima voluntate, quæ suapte natura revocabilis est usque ad mortem, ut optime docet Gomez add. l. n. 24.

Pater, vel mater possunt nepotem, vel nepotes, aut ulteriores descendentes in tertio meliorare, l. 18. tauri, et ibi omnes. Quæstio tamen est, an si ex unico filio præmortuo plures supersint nepotes, locum habeat melioratio. Verior resolutio est affirmativa ut docet Gomez in d. l. 18. n. fin. et apud eum Covarrubias, Molina, et alij Regnicolæ. Vide D. Olea, tit. 1 quæst. 6. ex n. 11.

Parentes inter vivos, vel in ultima voluntate possunt filio meliorato assignare bona tertij, et quinti, dummodo huius quotæ modum nõ excedat bonorum designatorum valor. Hæc tamen facultas personalis est testatoris, et alteri committi non potest, ut expresse cavetur in leg. 19. tauri, et ibi Gomez, et ceteri tauristæ. Et nota, quod si bona, vel res aliqua, quæ designata fuit à patre in solutum tertij meliorationis alienetur. Si alienatio facta fuerit titulo lucrativo, censetur revocata; secus vero, si titulo honeroso, quia in primo casu evidens resultat revocationis coniectura, et non in secundo. Hæc autem doctrina solum locum habet, quando traditio vera, vel ficta non intervenit, ut supra adnotavimus.

Melioratio præcise solui debet filio meliorato in bonis à testatore designatis

nisi forte commodam divisionem non recipiant; tunc namque in pecunia solui po-
test. leg. 20. tauri, et ibi omnes.

Filius melioratus potest acceptare prolegatum, vel meliorationem, et repudiare hereditatem, cum hoc tamen temperamento, quod ante omnia soluatur æs alienum defuncti, de quo constet tempore partitionis, et obnoxius sit melioratus soluere prorrata debita quæ postea appareant. L. 21. tauri, et ibi Gomez

Pactum de non meliorandis filijs, aut filiabus ex causa dotis, seu matrimonij, regulariter non valet, ut constat ex leg. 22. tauri. Quo quo modo procedat, et an, et quando sustineatur huiusmodi stipulatio ad intelligentiam prefatæ leg. quæ pugnare videtur, aut potius corrigi per l. 1. tit. 2. lib. 5. recop. late explicat omnino videndus D. Larrea tom. 1. Decis. 36. per tot.

Pactum contemplatione unius filij factum de nullo meliorando, illi nocet, ne possit meliorari, ideoque pater tenetur æqualiter disponere inter filios, ut docet, et decisum refert. D. Larrea. tom. 2. Decis. 65. ratio est, quia filius, cuius occasione conventio de non meliorando facta fuit, à se abdicauit ius, ut meliorari posset, et seipsum inclusit in prohibitione de non meliorando. Unde fratres, non tam ex pacto, quam ex eo, quod participens ius à se abdicauit, debent omnino æqualiter succedere, ut prosequitur Larrea ibidem num. 12. et 13. et constat ex l. 22. tauri ubi Gomez. num. 21.

Melioratio facta inter vivos, vel in ultima voluntate refertur ad tempus mortis, et ideo attenditur valor bonorum, non tempore meliorationis, sed iuxta tempus mortis meliorantis, leg. 23. tauri, et ibi omnes. Aliud tamen est in bonis, quae filio in dotem, aut filio propter nuptias donantur; quia licet omnino conferri debeant, attenditur aestimatio iuxta valorem quem habebant tempore quo tradita fuerunt, sive aestimata, sive inaestimata sint, ita ut eorum augmentum, diminutio, vel periculum, ad filium, vel filiam donatarios pertineant, ut contra Antonium Gomez, et alios, tenet, et iure quidem Ayora de part. cap. 3. ex num. 10. ad 16.

D. Olea de cess. iur. tit. 2. q. 2. num. 11. et sequentibus.

Filius melioratus in tertio, vel quinto, in testamento quod propter praeteritionem, vel exhaeredationem rumpatur, meliorationem consequitur non obstante nullitate, aut ruptura testamenti; tum ex regula text. in Auth. ex causa. C. de lib. praeter. tum etiam, quia ita expresse cavetur in leg. 24. tauri. ubi Regnicolae.

Quaestio tamen est, an si pater, vel mater aliquem filium praeterierit, vel sine iusta causa exhaeredaverit; alterum vero in 3.o et 5.o bonorum melioraverit per viam legati, vel fideicommissi, supposita nullitate, aut respective ruptura testamenti, succedat filius melioratus ab intestato aequis portionibus cum aliis fratribus in universa parentis haereditate, et insuper praecipuam habeat integram meliorationem; an vero solum consequatur legitimam, et insuper supplementum meliorationis. In hac difficultate Anton. Gomez in d. leg. 24. num. 4. vers. Cuanto principaliter hanc ultimam tuetur sententiam. Probabilius tamen contrariam opinionem defendunt Palacios Rubios, et Castillo, apud

Gomez citatum, et Matienzo in leg. 8. tit. 6.
glos. 1. num. 8. lib. 5. Recop. ex quorum men
te filius melioratus, nō solum integram me
liorationem consequi debet, sed etiam fra
tri melioranti pro virili ab intestato, cum
ceteris fratribus succedit.

Tertium, et quintum meliorationis, non dedu
citur ex dotibus, et donationibus propter nup
tias, nec ex alijs donationibus, quas filij, et
descendentes, in collationem adduxerint, ut
deciditur in leg. 25. tauri, ratio est, quia post
quam pater, vel mater dotavit, vel dona
vit, dominium translatum fuit in filium. In
de si postea alium melioravit, censetur in
reliquis tantum bonis meliorasse. Et cum
iure regio melioratio respiciat tantum bona
quae pater, vel mater habet tempore mortis,
ut constat ex leg. 19. et 23. tauri: consequens
est detrahi non posse ex dote, et donatione
in collationem adductis. Aliud quippe est,
huiusmodi dotem, vel donationem in legiti
mam filijs imputare, de quo nemo dubitat.
aliud vero de eis meliorationem detrahi,
quod per dict. leg. 25. prohibetur.

Donatio facta à parente alicui filio, vel des
cendenti, licet nihil de melioratione dictum
sit, titulo meliorationis in 3. et 5. facta cense
tur, ita ut in eam bona donata imputen
tur. Et si valor bonorum donatorum 3.m et 5.m
excesserit, intra metas meliorationis sustine
tur donatio, prout etiam in quantitate le
gitimae, et in excessu vitiatur. Et idem proce
dit in designatione bonorum, quae in testa
mento, vel ultima voluntate fiat, ut expres
se cavetur in leg. 26. tauri

Pater, et mater in melioratione tertij, vel quinti, tam inter vivos, quam in ultima voluntate possunt apponere gravamina fidei commissa, et substitutiones sibi beneviscas, dummodo servent ordinem praefixum in leg. 27 tauri, ut scilicet vocet, et substituat primo descendentes, 2º. ascendentes, 3º transversales, et tandem extraneos. Vide adm. teligentiam huius legis in memeras quaestiones, illarumque resolutiones in hoc eodem tomo. fol. 314.

Praxim meliorationum vide notatam tom. 1. Obser. fol. 258. pag. 2.

[illegible] in collationem [illegible]
[illegible] non imputatur [illegible]
quem pater, vel mater dotarunt, vel dona-
vit dominium translatum [illegible] in filium [illegible]
[illegible] extra collationem melioratio, concurrat in
aliquo tantum bonis melioravit. Et cum
[illegible] ipso melioratio [illegible] tantum bona
quae pater, vel mater habet tempore mortis
ut constat ex leg. 17 et 23, tunc consequens
est donatio vel [illegible] in dote et donationi
in collationem adducti. Aliud propter est
[illegible] dotem, vel donationem [illegible]
[illegible] filio imputari, [illegible]
aliud [illegible] de eis meliorationem [illegible]
quod per dict. leg. 26 prohibetur.
Donatio facta a parente [illegible] filio vel des-
cendenti [illegible] de melioratione dictum
[illegible] meliorationem in 3. et 5. facta cense-
tur, etiamsi in eam bona donata imputentur.
[illegible] valor bonorum donatorum [illegible]
[illegible] intra metas meliorationis [illegible]
[illegible] donatio, [illegible] in quantitate
[illegible] tantum [illegible] et idem [illegible]
[illegible] in designatione bonorum [illegible]
[illegible] ultima voluntate [illegible]
[illegible] in leg. 26 [illegible]

La Ambicion humana ha llegado a corromper, aun lo mas sagrado, pues muchos Confesores olvidados de su Conciencia con varias sugestiones, inducen alos Penitentes, y lo q.e es mas à los q.e estan en el Articulo de muerte, a q.e les dexen sus creencias, con titulo de fideicomisos, ò con el de distribuirlas en obras pias, o aplicarlas alas Ig.as y Conv.tos de su Instituto, fundar capellanias, y otras disposiciones pias, de donde proviene; q.e los legitimos herederos, la Jurisdicion R.l y daños dela R.l Haz.a quedan defraudados, las consciencias delos q.e esto aconsejan y executan bastantem.te enredadas; y sobretodo, el daño es gravisimo, y mucho maior el escandalo; y aunq.e p.ra ocurrir, atodo convendria, prohivir absolutamente alos Ess.nos ha hacer Ess.ras En q.e directa, e indirectam.te resultan interesados los Confesores, o les quede Arvitrio p.a disponer delos tales bienes, en su favor ò el de sus comunidades, o parientes, Castigando con las penas, de falsarios alos tales ess.nos dando por nulos los instrumentos, y que si de hecho contravinieren, queden aplicados los bienes, à Hospitales, y Collegios de huerfanos: por ahora teniendo presente haverse propuesto porlos Fiscales el remedio de este daño, varias veces particularm.te el año. de 1622. y haverse estimado la materia por de algunas dificultades atendida la immunidad, y libertad Ecc.ca para poner la mano regia en lo universal de tan graves daños, sin el asenso o concordato Pontificio: no obstante, contrayendo la duda alo particular de algun genero de mandas, comprehender

el Consejo que las q.e hacen los Fieles, a sus Confesores, Par.tes Religiones, y Conv.tos en la enfermedad deq.e mueren, por la m.or p.te no son libres, ni con las calidades necesarias, antes bien mui biolentas, y dispuestas con persuasiones y engaños, sin algun Consuelo del enfermo, que las dexa en perjuicio de otros Parientes suios, y obras mas Pias: Y assi acordó q.e no balgan las mandas que fueren hechas en la enfermedad que uno muere, á su Confesor, sea Clerigo, o Religioso, ni adeudo de ellos, ni a su Iglesia ô Religion, p.a escusar los fraudes referidos; pues con esta moderada providencia no se restringe ni limita la piedad, porq.e alg.e le naciere de ella, y devocion, las podra hacer en todo el discurso de su bida, ó si mejorare de la enfermedad; Y de esta suerte se asegura el Consuelo del Donante en aquel aprieto, y se evitaran las persuasiones, sugestiones y fraudes con que le turban, y truecan la voluntad, contra la afeccion dictada, por la naturaleza afavor de la propia familia:

Moneda.

Quenta, y noticia exacta de la fabrica de Moneda de Villon, que se hizo en la Seca de Mallorca en el año de 1722. de orden de S. Mag. en cantidad de 40386 marcos.

	Marcos:	onzas:	Octavas:	
1 La moneda Aragonesa de buena calidad, que fue de mayor Ley, que la que se fabrica en Mallorca, pesó fundida en 391 ladrillos, diez mil, ciento, veynte, y nueve marcos, tres onzas, y tres Octavas de onza	10129:	3:	3:	
2 A estos para ponerles a la Ley de Mallorca, que es siete onzas, y media cobre, y media onza de plata, se le deve añadir de cobre segun los ensayes, y quenta, dosmil, quinientos, treynta, y seys marcos, dos onzas, y tres Octavas	2536:			
Y añadidos seran	12665:			
3 La moneda Catalana, y Aragonesa de mala calidad, que fue de menos Ley, segun los ensayes, pesó fundida en ladrillos, seys mil, dozientos treynta, y siete marcos, y dos onzas	6237:	2:		
4 A estos se les deve añadir de plata, segun la quenta, 2448 onzas, 4 Octavas, y 38 granos, que hacen trezientos, y dos marcos, dos onzas, quatro Octavas, y treynta, y ocho granos	302:	2:	4:	38:
5 Y añadidos será el todo del metal de una, y otra moneda	19205:	2:	2:	38:

La moneda Aragonesa de buena calidad, que en cantidad de mil, y seyscientas libras

depositaron varios particulares, en virtud del Vando de la Real Audiencia, de 2 de Dez.^e de 1724 y de que se ha pagado el valor intrínseco de cobre, y plata, importó fundida en treynta, y un ladrillos, seyscientos, ochenta, y siete marcos, y una onza 687: 1:

7 A estos se les deve añadir de cobre, segun los ensayes, y quenta, ciento, y tres marcos, quatro onzas, dos octavas, y veynte, y ocho granos 103: 4: 2: 28:

8 La Escobilla de dha moneda Aragonesa, de que se hizo un ladrillo, pesó 19 marcos . . 19:

9 A estos por ser de mayor ley, se les deve añadir de cobre, segun la quenta, quatro onzas, dos octavas, treynta, y ocho granos 0: 4: 2: 38:

10 La moneda Aragonesa falsa de particulares, y la de dha calidad de la Real Aud.^a y la Catalana tambien de particulares importó fundida en dos ladrillos, duz.^s marcos, y dos onzas 200: 2:

11 A estos se deve añadir de plata, nueve marcos, seys octavas, y nueve granos . . . 9: 0: 6: 9:

Importan todas las partidas desde el numero 6. . . . 1019: 4: 3: 3:

12 Estos añadidos a los 19205: 2: 2: 38: granos, resumidos en el num.^o 5. importan, y hazen suma de 20224: 6: 5: 41: . . 20224: 6: 5: 41:

13 Los expressados 20224: 6: 5: 41. que van resumidos en el Num.^o 12, haran de moneda Mallorquina, a razon de una libra

	Libras:	Sueldos:	Din.
y quatro sueldos por cada marco, que es lo liquido, pagado el gasto de la fabrica, a razon de quatro sueldos el marco, 24269:16:1..	24269:	16:	1:
14 Quedaran para fabricar de metal nuevo para el complemento de los 40386 marcos, 20161 marcos, 1 onza, 2 Octavas, y 31 granos. Los quales a dhā razon de una libra, y quatro sueldos por cada marco, daran de moneda 24193: 7: 11.	24193:	7:	11:
Importa lo que darā toda la fabrica de los expressados 40386 marcos, pagado el gasto de quatro sueldos por marco, ...	48463:	4:	

Gasto, que se ha de hazer en la fabrica.

	Libras	Sueldos	Din.
16 Primo por los 2536 marcos, 2 onzas, y tres Octavas, se han de añadir de Cobre segun lo referido en el num.° 2, contados a razon de siete onzas, y media, hazen 2705 marcos, 2 onzas, y 4 Octavas, que a quatro sueldos por cada marco de siete onzas, y media, valen	541:	1:	6:
17 Secundo por el valor de 2418 onzas, 4. Octavas, 38 granos de plata, se han de añadir, segun lo referido en el num.° 4. contados a razon de 25 ℓ la onza, valen	3023:	4:	
18 tercero por el valor de 104 marcos, 4 Octavas, y 66 granos, que se han de añadir de cobre, segun lo referido en los num.os 7 y 9. contados a razon de 9 onzas, y media, hazen 111 marcos, que al respecto de 42 por			

cada marco de 1 onzas, y media, valen 22 ll. 4 ℔ . . 22: 4:

19 Quarto por el valor de setenta, y dos onzas, seys octavas, y nueve granos, plata, que se deven añadir, segun lo referido en el num.^l 11, contadas a razon de 25 ℔ la onza, valen 90 ll. 18 ℔ 5 dineros 90: 18: 5:

20 Quinto por el valor de 20161 marcos, 1 onza, dos octavas, y 31 granos, que se han de fabricar de moneda, y de metal nuevo, segun lo referido en el num.^l 12, en que han de entrar 2080 onzas, 4 octavas, y 47 granos de plata, contada esta a razon de 25 ℔ la onza, y el cobre al respecto de quatro sueldos por marco, vale 16632 ll. 19 ℔ 2 dineros . . . 16632: 19: 2:

21 Sexto por el cobre, que se ha de poner por merma, para fundir los 40386 marcos a razon de tres octavas de cobre por cada quatro marcos, importa 505 marcos, 2 onzas, tres octavas, y 36 granos (se entiende contados los marcos a razon de siete onzas y media cada uno) los quales a razon de quatro sueldos por cada marco, valen 101 ll. 1 ℔, y 2 dineros 101: 1: 2:

22 Septimo por lo que faltò para pagar el gasto de las fundiciones de la moneda Aragonesa, y Catalana, depositada en el año 1719, ciento, y nueve libras 109:

23 Octavo por el valor intrinseco de la plata, y cobre de la moneda, que depositaron varios particulares, en virtud del vando de 2 de

Deciembre de 1721, de que se ha hecho mencion desde el num.° 6. hasta el 11. seyscientas, sessenta, y ocho tt.s treze sueldos 668: 13:

24 Item por tres Officiales, que se han juzgado necessarios todo el tiempo de la fabrica, el uno para la administracion de los metales, llevar la quenta, comprar la plata, recivir el dinero, y empapelarlo, a quien se destinan seys sueldos al dia; otro para ayudar al fundidor, a quien se destinan quatro sueldos; otro para soplar los fuelles, con tres sueldos al dia, y por el tiempo de quinientos dias, importará todo este gasto, que corresponde a treze sueldos al dia, 325 tt. . 325:

25 Decimos por algunos gastos, que se pueden offrecer extraordinarios, en la fabrica, cien libras 100:

26 Importa todo el gasto referido en los num.s antecedentes, 21612 tt. 1 ℓ 3 din.s segun lo referido desde num.° 16. hasta el num.° 25. . . . . 21612: 1: 3:

27 Importará el producto de los 40386 marcos, que se han de fabricar, como se ha dicho en el principio desta quenta, y en el numero 14, quarenta, y ocho mil, quatrocientas, sessenta, y tres libras, quatro sueldos. 48463: 4:

28 Destas baxadas las 21612 tt. 1 ℓ 3 din.s que importa todo el gasto, segun lo referido en el num.° 26. quedaran liquidas, que de-

verá entregar D.n Gaspar de Luzdonfila al Thesorero General de la Guerra D.n Ant.o Escoffet, para satisfacer los interesados veynte, y seys mil, ochocientas, quarenta, y nueve tt. dos sueldos, nueve din.os - 26849: 2: 9:

29 Importa la moneda depositada en poder del thesor.l de Guerra, que se ha de restituir a sus dueños, 28789 tt. 4 £ 8. - - - 28789: 4: 8:

30 Rebaxadas de estas, las 26849: 2: 9. que importará lo liquido, que deverá entregar el dho D.n Gaspar de Luzdonfila, segun lo referido en el numero 28, quedarán 1940 tt. 1 £ 11 din.os y tantas faltaran para satisfacer enteramente a todos los interessados 1940: 1: 11:

La Plata, que se ha de comprar.

	Onzas:	Oct:	grá.
Primo num.l 17	2418:	4:	38:
Item num.l 20	10080:	4:	47:
Total . .	12499:	1:	13:

Las dhas 12499 onzas, 1 octava, y 13 granos de plata, a razon de 1 tt. 5 £ la onza, valen 15623 tt. 18 £ 8 din.os . . . . . 15623 tt. 18: 8:

Si la Plata se encuentra a razon de 24 £ la onza, importará su valor, 14999 tt. 19 £ 6 dineros 14999: 19: 6:

Perdida, comprandose la plata a 25 £ la onza, como se ha dicho en el num.l 30, 1940: 1: 11. - 1940: 1: 11:

Y comprandose a 24 £ sera de 1315: 2: 9 - - 1315: 2: 9:

Palma 13 de Marzo de 1722: = Dn. Miquel Maronda. = La antecedente Relacion y Etado, es Copia de la que dho. Señor Maronda entregó a Su Exª. y ala Real Audiencia, como Ministro encargado de la Direccion de dho. Batimiento de Moneda, por Comision de S.E. y del Consejo Real.

Peso de libras, y marcos de la Casa de la Ciudad de Mallorca.

Piezas:	Libras com:	Hazen:	Marcos:	Onzas:	Octavas:	Millareses:	Granos:
1ª	46:		80:	4:			
2ª	16:		28:				
3ª	8:		14:				
4ª	4:		7:				
5ª	2:		3:	4:			
6ª	1:	Onzas com.	1:	6:			
7ª	0:	6:	7:				
8ª	0:	3:	. . . .	3:	4:		
9ª	0:	2:	. . . .	2:	. . . .	6:	18: 2/3
10ª	0:	1:		1:	. . . .	3:	9: 2/6
Total	78:	Hazen	136:	4:			

Por media onza comun, corresponden de peso de Marco .. 11: 16: 1/6

Por un quarto de onza, le corresponden . . . 5: 23: 1/12

Hazen estas dos piezas, tres quartos de onza comun, y de Marco, diez y ocho Millareses, un grano, y tres dozeavos.

Nota, que una libra comun, son catorze onzas plateras.

In materia Monetarum, vide Discursum in tom. 2. Alleg. fol. 308.

Interesse non debetur, constito de mora Creditoris. Docent Larrea decis. 37. n. 26. Roguerol. adlegat. 17. n. 30. et adlegat. 40. n. 22. Iniquum namque esset, quod eadem culpa Creditoris in sua dolosa dilatione, præjudicium inferret tertio Successori, tale debitum ignoranti, et bonæ fidei possessori, quando hæc sola, et de per se, sufficiat ad excusandum à Mora.

Mora. Obligatus ad restitutionem mobilium, non constituitur in mora per interpellationem, nec per litem motam, ad effectum ut pariant interesse, imo nec a die sententiæ, sed tantum a die æstimationis illorum. Magistraliter Fontanel. tom. 2. decis. 492. per totam, maxime a n. 14. ubi plures refert Senatus Cataloniæ Decisiones. Videndus.

Mora. Sine mora, non debetur interesse, l. mora 32. ff. de usuris, l. lecta cum similibus ff. si certum petatur. Cancer magistraliter, variar. par. 3. cap. 16. a n. 69. ad 80. Surdus decis. 260. a n. 15. Rota Genuensis decis. 118. per tot. Gratian. discept. forens. cap. 466. n. 20. Et licet per litis contestationem regulariter constituatur quis in mora, l. 2. C. de usuris, l. certum 22. C. de rei vindicat. hoc non procedit, quando adest justa causa litigandi, Glossa in l. si quis solutioni ff. de reg. jur. Surdus decis. 281. n. 8. Cancer citatus n. 74. quia litis contestatio non inducit malam fidem veram, sed præsumptam; ex eo siquidem quod lis sit mota non desinit possessor credere, se jus habere, et dicta malæ fidei præsumptio, tollitur ex magna probabilitate justitiæ. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 220. = Hæc omnia confirmat D. Leonardus Gutierrez de la Huerta de compensation. lib. 1. cap. 29. per tot. ubi docet, moram impedire per compensationem, et cessare cursum usurarum, seu interesse, ex l. cum alter 11. ff. de compensat. l. idem juris ff. eodem, l. si constat C. eodem, et in ornatum plures affert DD. ibi vide, et lib. 3. cap. 9. per tot. Vide infra pag. seu fol. 225.

Mutuans

Mutuans alicui, quamvis pecunia versa sit in alimenta, in refectionem rei, in cibaria animalium, in emptionem prædij, in sumptus litium rei fideicommissatæ &c.a non adquirit hypothecam super re, nisi mutuum expresse factum sit in eam causam, et minime si simpliciter contractum fuerit, l. interdum 5. cum sequenti ff. qui potiores in pignore habeantur l. procuratoris 5. §. plane 17. ff. de tributoria actione, Antoninus Amato resol. 3. a n. 51. ubi late, Negusant. de pignoribus, membro 2. 5.a partis n. 15. Surdus de aliment. tit. 8. privil. 48. n. 7. De Luca de benefic. discur. 83. n. 7. Merlin de pignor. lib. 3. tit. 1. q. 5. n. 64. Alter Merlin Controver. 26. per tot. Salgado in laberint. p. 1. cap. 24. n. 83. et 103. = Ita Senatus declaravit in favorem D. Georgij de Villalonga, et Dameto, et contra Antonium de Landivar. I. V. D. de mense Aprilis 1722.

Vide Iul. Capon. tom. 3. discept. 207. per tot. maxime ex n. 43. Thiningher. centur. 1. obser. 60.

Mutuum filijs familias et minoribus dari non potest, et contractus licet ... est nullus. lex. 22. tit. 11. lib. 5. Recop.

Et in proposita suppositione quod non constito de pacto taxativo, scilicet in eam causam, refectionis rei, alimentorum, cibariorum animalium, sumptuum litis rei fideicommissatæ &c.a solum competit Creditori actio negotiorum gestorum, vel de in rem verso. Cardin. de Luca lib. 10. de fideicom. discur. 163. n. 5. Debet tamen Creditor ut obtineat, probare concludenter, pecuniam mutuatam deservisse ad litem super fideicom. et ex ea utilitatem substantialem dicto fideicommisso sequutam fuisse, ex l. Si qui 2.

Vide Mebelium in l. de obligat. juditia lib. 7. q. 9. sect. 3. num. 26. et tom. 3. obser. fol. 219.

ff. de probation. l. 4. C. de edendo; verius tamen est, sufficere presumptivam probationem. De Luca De feudis discur. 56. n. 10.

Quod mutuans in refectionem navis, domus, seu alterius rei, jure communi attento, non adquirat hypothecam super ipsa re, in cuius refectione pecunia consumpta est, sed tantum actionem personalem privilegiatam, docet Molin. de Hispanor. Primogen. lib. 1. cap. 10. n. 19. ex Glosa in l. interdum, verbo Credidere ff. qui potiores in pignore habeantur, quam sequuntur Bart. et Salicet. ibidem, Angel. in l. quod quis ex privileg. Creditor. Negusant. de pignor. in 2.° membro 5.ª partis, in prin. n. 4. licet contrarium teneat Ripa in l. si vendi § 1. ff. de privil. Creditor. n. 2.

Vide omnino D. Olea tit. 4. q. 1. ex num. 30. ubi cum distinctione resoluit an mutuans possessori maioratus, ad census extinctionem, vel reductionem, tali si facultas regia concessa fuerat, quam si deficiebat et D. Salgado in labyrint. par. 2. cap. 3. ubi tenet, possessorem majoratus, qui ex propia pecunia censum redimit illud sibi, et heredibus adquirere, obtenta cessione.

Moneta.

Difficultas inueniendi monetam certa specie conuenta, puta argentea, non excusat debitorem ab ejus prestatione. D. Larrea cum Senatu Granatensi, Decis. 23. per totam. Vide tamen Cencium de Censibus, q. 85. ex n. 6. ad 11. et post illum Rot. Deci. 215. n. 1.

Mobilia

Mobilia non pariunt interesse a die litis motæ, immo nec a die sententiæ, sed tantum a die æstimationis, et postquam fuerunt in certam summam, et liquidam redacta. Docet magistraliter Fontanella tom. 2. decis. 492. per totam, maxime n. 14. ubi plures refert Senatus Cataloniæ decisiones. Quod an in legitima procedat, cogitandum relinquit Fontan. ibidem n. 17. et 18. ex traditis a Michaele Ferrer par. 3. observan. cap. 403. Cancer par. 3. var. cap. 16. de lit. contest. n. 29. Cavalcan. decis. 8. n. 13. et 32. par. 3. Grivel. decis. 98. per totam.

Et in tantum procedit, quod licet in sententia dicatur, quod condemnatur quis ad restituenda omnia bona, et hæreditatem simul cum fructibus, et interesse a die litis motæ, nihilhominus tamen, non censetur facta condemnatio ad restitutionem fructuum, seu interesse mobilium puta mensa, sedes, supellectilia, et alia huiusmodi, quia alias sententia foret iniusta, cum condemnaret ad restitutionem fructuum rei infructiferæ, ut docet ibidem Fontanella omnino videndus. = Fuit in confirmationem Decisio Senatus Majoricen. 21. Aprilis 1643. Rte Armilla, scriba Llorens, inter Damianum Albona, et alios, in qua inter alia fuit dictum, mobilia non parere interesse.

Mobilium appellatione, an veniant jura, actiones, et nomina debitorum, late explicat D. Lea tit. 2. q. 8. videndus.

Mobilium appellatione, venit pecunia, l. moventium 93. ff. de verb. sig. l. si chorus 79. §. 1. de legat. 3. et ex Jazagulo, Decio, Parisio, Rata, et Pinello in l. 1. par. 2. n. 44. C. de bonis maternis, docet Mantica de coniecturis lib. 9. tit. 3. n. 2. Menoch. cons. 40. lib. 5. Cesar. dec. 160. per tot. Castillo de usufr. cap. 38. a n. 22. Jul. Caponius discep. forin. 84. n. 24. ibi: De pecunia vero numerata quod veniat appellatione mobilium, omnes concludunt,

et decisum refert Thesaurus dec. 160. sive pecunia sit in minima, sive in maxima quantitate.

Mobilium appellatione veniunt etiam fructus, vinum, oleum, triticum ad domus sustentationem destinatum, vel non destinatum, l. fin. de requirendis reis, l. fur de usufr. Hieron.

V. f. 369. Laurent. decis. Avenion. 44. cum senatu. Aliquando tamen restringitur ad sola supellectilia, de quo vide allegationem D.ris Antonij Gonzalez pro Confraternitate Sanctorum Petri, et Bernardi §. 8. per tot. ubi docte de materia dixerit. tom. 1. f. 242.

Mobilium appellatione, pecuniam non contineri, mordicus defendit D.r Antonius de Landivar in Allegatione juris in sui favorem edita, contra Leonoram de Landivar, uxorem Martini Egidij de Sainza, et Joannem Antonium Guelli, in qua docte, et nervose defendit, cap. 1. per tot. sub legato bonorum mobilium, indefinite, et absque loci praefinitione, non comprehendi pecuniam repertam in bonis testatoris. Et cap. 2. quod iuxta communem, et vulgarem usum, et stylum loquendi nostrorum temporum, nomine mobilium, solum supellectilia venire; minime vero pecuniam. Cap. 3. probat, hoc multo magis procedere, quando non agitur de pecunia in specie, et effectiva, sed de creditis, quae exigi debebant. Cap. 4. fundat, maxime superiorem doctrinam locum habere, quando testator jussit mobilia vendi sub hasta. Et tandem cap. 5. ponderat varias conjecturas particulares casui illi convenientes. In materia nihil desiderandum relinquit, et omnia docte, et nervose pertractat.

Mobilia necessaria ad domus, ac pupillorum servitium, ac etiam ad instruendum fundum, potest Curator non vendere, sed reservare, quia ex eorum venditione praejudicium oritur. Tutius tamen est ad id decretum obtinere, ut factum fuit, ac provisum in favorem Magdalenae Vida, Curatricis filiorum Nicolai Vida Domicelli 3 Novem. 1632. per Reg.m Valonga.

Mora. 365.

Doctores unanimi consensu concludunt, sine mora da-
ri non posse interesse aliquod, cum ipsi sit essentiale, ut
praeter dicta supra hac eadem litera pag. 222 constat
ex traditis ab Staybam de interesse lib. 1. q. 21. per
totam. Haec communis sententia nititur in textu
capitali in l. 2. §. si navis ff. ad l. Rhodiam de jac-
tu, et in l. lecta ff. si certum petatur, Glossa in cap.
conquestus de usuris, Craveta consil. 87. et 320.
n. 2. D. Covarrubias lib. 3. variar. cap. 4. n. 2. Ga-
briel commun. opinion. concl. 10. lib. 3. in tit. de
solution. Mascardus de probat. concl. 934. n. 34.
Optime Gratianus cap. seu discept. 240. lib. 2. ubi
loquitur tam in interesse lucri cessantis, quam dam-
ni emergentis. Ratio est, quia cum interesse nihil
aliud sit, nisi damnum emergens, aut lucrum ces-
sans, illudque debeatur ex culpa debitoris, quae com-
mitti non potest absque mora, cum ex ea in mala
fide constituatur debitor, Surdus decis. 3. n. 2. Stay-
ban citatus n. 3. sequitur, omnino ipsam requiri
ad constituendum debitorem in culpa.

Mora alia est regularis, alia irregularis. Regularis
est illa, quae contrahitur per interpellationem partis
Gratian. cap. 243. tom. 2. a n. 27. Surdus decis.
240. n. 8. Staybam ubi supra n. 5. Irregularis
autem contrahitur absque ulla interpellatione, sed ex
aequitate legis inducitur, favore alicujus, ut puta
minoris, dotis, aut similium, ut patet ex traditis
a Gratiano d. cap. 243. n. 28. et 29. Staybam de
interesse lib. 1. cap. seu quaest. 20. Surdus decis. 240.
n. 2. et 3.

Regularis subdividitur in judicialem, et extraju-
dicialem. Prima contrahitur per litis contestatio-

Vide Giballinum de Usur. lib. 2. cap. 5. art. 3. Leotardi de Usur. quaest. 81. per tot. et 82.

Cardin. de Luca de Usur. dis. 29. n. 3. dis. 30. n. 6. et dis. 31. n. 4.

nem, per quam debitor in ipsa constituitur. Secunda est, quando in contractu praefixus est dies solutionis, quo elapso, absque alia interpellatione, debitor dicitur constitutus in mora; et ex utraque mora, debitor tenetur ad interesse, l. si poenam ff. quando dies legati cedat. optime Mascardus de probat. conclus. 934. n. 35. in fine. Quod procedit tam in contractibus bonae fidei, quam stricti juris, cum in omnibus sufficiat tam mora judicialis, quam extrajudicialis, ex Mascar. citato n. 35. Gomez in §. actionis n. 19. Institᵃ de action. Stayban d. lib. 1. q. 21. n. 8. et 9. Et non solum ex mora judiciali, vel extrajudiciali, debetur interesse, sed etiam quando debitor esset constitutus in maxima necessitate. Ratio est, quia creditum tacite censetur petitum, quod sufficit ad obtinendum interesse, D. Thomas 2. 2ᵉ q. 33. art. 1. in fine, Ricardus in 4. Sententiar. dist. 35. Lugus de Usuris Coment. 1. §. 6. n. 110. Mascar. ubi supra n. 36. Stayban n. 12.

Necesse tamen est ad obtinendum interesse absque mora judiciali, et cum extrajudiciali tantum, probare, in die solutionis apposita, creditorem paratum fuisse, ac praesentem pro receptione solutionis. Afflict. decis. 316. Mascar. citatus n. 37. Stayban q. 21. n. 13.

Regula tamen supra stabilita, quod nempe sine mora, interesse non debeatur, fallit in eo, qui coactus Principi, vel Reipublicae pecuniam mutuo dedit; nam tunc absque ulla mora debetur interesse damni emergentis, et lucri cessantis, et in hoc conveniunt Theologi. D. Thom. citatus, Sotus lib. 6. de just. et jur. q. 1. art. 3. Navar. in Coment. de Usuris n. 46. Cayetan. in sum. verbo lucrum in 3. casu. Videndus Mascar. ubi supra n. 41. et 42.

Unicus est casus, in quo requiritur judicialis interpellatio, nimirum in interesse debito officio Iudicis, quia tunc non sufficit extrajudicialis, nec

tacita. Surdus decis. 240. n. 15. Staiban n. 16. quia judicis officium nullam praesupponit obligationem, l. qui collusionem ff. de action. empti, Mascar. concl. 934. n. 39. et ubi adest obligatio, tunc debetur interesse jure actionis.

Quotiens non adest conventio, sive obligatio aliqua, semper interesse debetur officio Judicis, ac subinde requiritur mora. Andreol. controver. foren. cap. 30. Marinis resol. quotid. cap. 198. a n. 1. ad 7. et ibi Ro-boerius. Gianni in obser. 21. ad Staiban de interes-se lib. 1. q. 21.

Mora - Interesse quantitatis in libello contentae, et quod in principio causae fuit protestatum per actorem, debitum est à die protestationis, licet creditum non fuerit liquidatum; quia licet non committatur mora pro debito incerto, et illiquido, nec hares creditoris constituat debitorem in mora, quamvis interpellet, nisi probet, se esse haeredem: attamen receptum est in judicijs, deberi interesse, à die litis contestationis, quamvis res esset dubia, propter illam malam fidem, in qua debitor, media litis contestatione constituitur. Sed si libellus in quo fuit contenta protestatio, fuerit praesentatus per procuratorem, non debetur interesse, nisi a die exhibitionis mandati procurae, quia ex tunc tantum, videtur debitor in mora constitutus. Sic fuit decisum in Regia Audientia, Refer.te Martorell, Reg.te Sent.a lata 22 Novembris 1658. Scriba Marroig, inter P. Petrum Cirerols Soc. Jesu, procuratorem Operis pij Antonij Benet notarij, et Franciscam de San-Juan, et Sureda.

Mora contracta cum defuncto, transit ad haeredes, et contra haeredes. Altograd. tom. 1. cons. 32. quem vide.

Mora. Impedimentum superveniens, etiam ex facto Principis, post moram contractam, nihil operatur, nec excusat. Idem Altograd. tom. 2. consil. 45. n. 2. et 12. Surdus Decis. 262. n. 13.

Mobilia.

Sub legato mobilium, veniunt fructus a solo separati, et etiam ij, qui superverant usui familiae; ideo que testator eos venales habebat. Item vestes, gemma, monilia, vasa argentea, et omnia apta moveri de loco ad locum. Item veniunt pecuniae numeratae, quas testator habebat, sui usus causa, ut late probat Altogr. tom. 1. consil. 30. per tot. videndus.

Missa.

Missarum diminutio, et reductio, qualiter differat, et a quo jure antiquo diminuerentur Missæ, a quo jure Tridentini, et qualiter hodie ex Decreto Urbani VIIJ. Et quid si Ecclesiæ gubernentur per laicos.

Missarum acceptatio qualiter facienda per superiores Ecclesiarum sæcularium; qualiter per superiores Regularium; et an Missarum pecunia ab eis expendi possit in emptionem immobilium, vel in ædificationem immobilium. Vide de his omnibus Iul. Capon. tom. 3. Disceptat. 154. cap. 2. per tot. et etiam Allegationem pro Ecclesijs Parrochialibus Majoricenses, tom. 3. Alleg. fol. 25. cum sequentibus.

Missarum reductio ex causa decrescentiæ fructuum, fieri nequit, inconsulta Sacra Congregatione Concilij Tridentini. Cardin. de Luca videndus in Relat. Rom. Cur. par. 2. dis. 15. n. 8. ubi id probat ex constit. 43. Urbani VIIJ.

Vide tamen Pagnanum in cap. Ex parte de Constitutionib. tom. 1. fo. 121. ubi postquam n.° 21. regulam negativam, ut scilicet nemo præter Romanum Pontif. possit ultimas, et pias voluntates commutare, prosequitur distinguendo plures casus, in quibus potest Episcopus reductionem, vel commutationem facere inconsulto Romano Pontifice, et Sacra Congregatione, et etiam omnino videndus est Castillo de aliment. cap. 3. n. 21. ubi stabilita communi regula negativa, nonnullam certam asserit limitationem ex causa iusta, et rationabili necessitatis, vel utilitatis; quia si hæc concurrat, docet cum alijs, Episcopum tamquam Sedis Apostolicæ Delegatum, ultimas defunctorum voluntates commutare posse, dummodo commutatio fiat in alios pios usus, defuncti volontate proximiores. Maxime tamen urget Diploma Urbani Octavi, et praxis recursus ad Sacram Congregationem, de qua testatur Card. de Luca citatus.

Vide Monacelum in formul. fori Ecclesiast. tit. 6. formu. 3. ubi late de Licentia Ordinarij ad acceptanda onera Missarum iuxta Decreta Urbani VIIJ, et Innocentij XI. Natal. Alexan. in Theol. Morali, tomo 1. lib. 2. de Sacramento Euchar. cap. 6. art. 3. regula 1. et seqq. fol. 344.

Nunciatio novi operis.

De huius judicij natura, et quis in eo sit actor, vel reus; an cognoscere valeat Judex Ecclesiasticus, et alia vide apud D. Salgado lib. 2. de Reg. Protec. cap. 8. ex n. 41. Corriada tom. 5. decis. 259.

Nullitas.

Licet per l. 4. et l. 11. tit. 17. lib. 4. Recopil. expresse prohibeatur allegatio nullitatis, ex quamcunque causa proveniat, licet sit ex deffectu Iurisdictionis contra Principis, Regijsque supremi Concilij, aut Audientiæ sententiam, latam in judicio supplicationis, seu ut vulgo loquimur Revisionis: tamen si nullitas ex deffectu citationis personalis, aut legitimi mandati proveniat, allegari potest, eiusque virtute sententia revocari, ut omnino concludenter probat, et in novi Orbis Senatu decisum refert D. Matheu de Re crimin. controvers. 30. per totam; ex cuius doctrina nota, quod licet nullitas quo ad ritum regulariter in Senatu Principis non attendatur: tamen si cum ea aliqua causa alegetur, quæ dubiam reddat sententiæ latæ justitiam, admitti debet remedium nullitatis etiam ritualis, et qui illam alegat, audiendus, ut ex alijs Regnicolis probat num. 39. Vide Maldonado de secunda supplicat. tit. 1. q. 4. ex n. 13. qui ex D. Covarrubias, Salgado, et alijs, admittit non obstantibus citatis legibus Regijs nullitates procedentes ex deffectu Iurisdictionis, sine qua nec Iudicium, nec processus, nec sententia sustinetur. Item ex deffectu mandati; nam corruente judicio, nec valere potest sententia. Item notoriæ injustitiæ, ac non servati ordinis judicialis, ut ibi. Vide etiam Paz tit. 3. resol. 2. ex num. 12. D. Castro discep. 2. n. 49. et 50.

pase al f. 382.

Negotiatio.

Negotiatio an, et qualiter sit Clericis interdicta, explicat Adamus Contzen lib. 8. Polit. § 14.

Nundinæ

celebrari nequeunt die Dominica, saltim in Gallia propter prohibitiones Conciliorum illius Regni, et Reg. Edicta, quæ refert Natalis tom. 2. Theolog. lib. 1. cap. 5. Artic. 6. Reg. 1. et segg. De consuetudine tamen, quæ in universa Hispania viget, contrarium observatur ob majorem Populi commoditatem, atque concursum. Cassiodorus Lib. 8. Epist. ultima. Licciolus lib. 6. Lucubrationum, cap. 21. Cayetan. 22. q. 122. Artic. 1. Azor Lib. 1. Institut. Moral. part. 2. cap. 27. Suarez de Religion. lib. 2. tractat. de diebus festis disput. 29. n. 1. Gonzal. tell. in cap. 1. de Ferijs n. 8. vid. Tulling capon. Discept. 91. in volum. 2.

Certum est, in universis Hispaniæ Regnis, excepta Lusitania, et Navarra, succedere Cameram Apostolicam in Spolijs, et fructibus mensæ Episcopalis, Sede vacante, cum oneribus tamen æris alieni defuncti Prælati. Quod consuetudine inductum est, ut tradit Regens Corriada tom. 1 decis. 29 n to et 41 ubi ceteros cumulat.

Hoc supposito intrat dubium, an Nuntius Apostolicus tanquam Collector Generalis, eiusq. delegati Subcollectores, possint de causis Spolij cognoscere, fructus Sede vacante perceptos, et percipiendos sequestrare, et Iudicibus sæcularibus prohibere administrationem huiusmodi fructuum, et bonorum. Ratio dubitandi desumitur ex Canone 17 Bullæ Cenæ, ubi sub anathemate damnantur quicumq. sæculares Magistratus, qui absque expressa Romani Pontificis licentia, usurpant, vel sequestrant iurisdictiones, fructus, et proventus ad Sedem Apostolicam pertinentes; maxime attento tenore Canonum 25 et 26 eiusdem Bullæ, derogantium quibuscumque privilegijs, et indultis cuicumq. concessis, etiamsi Regia, ut Imperiali fulgeat Dignitate, prout etiam derogatur consuetudinibus, præscriptionibus &c.

His tamen non obstantibus in Regnis Castellæ antiquissima consuetudine observatur, Regios Magistratus, et Iudices etiam inferiores, quoties Episcopus, aut Archiepiscopus vita fungitur, inventarium facere bonorum Prælati defuncti, atq. deponi apud sequestrum, qui ea fideliter custodiat, quod semper fit præcedente Rescripto

Supremi Consilij, iuxta terminos L. 18. t. 5. § 1. Recop. Salg. de Reten. Bull. par. 1. cap. 1. n. 143, et 148. Gutier. practicar. q. 49. Carlev. qui caeteros cumulat, tit. 1. de judic. disp. 2. n. 344, et ex omnium sententia, si Nuntius, aut Subcollector Censuris utantur ad vnum huius Regaliae impediendum, vel cognoscere intendant de causis spoliorum, dum faciunt, atque ratio esse potest, quia huiusmodi Censurae, et Nuncij commissiones sunt contra Regiam Regaliam, Consuetudine immemorabile, et Apostolicis privilegijs praescriptis acquisitam, quibus derogare voluisse Pontificem, credendum non est, maxime cum Regi sibi non aplicet fructus, sed Camerae Apostolicae reservet.

Ex his cum Ill. D. Nonci Nuntius Apostolicus, et Collector generalis, in mandatis haberet, clausulam inhibentem Regium Consilium et Iudices ab eo deputatos, à cognitione, et decisione causarum super spolijs, et prohibitione recursus, in causis Collectoriae, ad Supremam Praetoria, et Regias Audientias: re maturè perpensa in Regio Consilio: cautum fuit, locum non esse, nec fuisse executioni Brebis Apostolici talia praecipientis, imo ipsimet Nuntio minime permitendam esse executionem, ut re ipsa factum fuit, Consulto Rege, et adnotatum in dorso ipsius Brebis, ut constat ex Regio Decreto 242 fo. 53. pag. 2. Vide Reg. Cortiada tom. 5. decis. 255.

Nuncius Apostolicus.

Licet D. Nuncius tamquam Legatus a Latere maximam habeat potestatem: tamen in ijs Hispaniarum Regnis eius facultatum usus restringitur pluribus modis, ut constat ex Regio Decreto 232. fol. 61. tom. 4. Quaequidem vero restrictiones sunt sequentes.

Hae facultatum restrictio confirmata fuit ab Urbano 8°. anno 1641. ut refert Pignatel. tom. 2. consul. 1. n. 14. Quoad in Gallia? V. de Fleuri in Histor. Eccles. tom. 29. lib. 144. n. 58.

Prima quoties causas extra Curiam commiserit, ut de jure committere potest (iuxta cap. Statutum de rescriptis in 6°.) tenetur has facere commissiones Ordinarijs locorum, aut Iudicibus Synodalibus, qui simul sint Canonici Ecclesiae Cathedralis, aut in Dignitate constituti, ut disponit Concilium Tridentinum sess. 25. de reform. cap. 10. per quod innovatur d. cap. Statutum de rescriptis in 6°.; alias nullius roboris, et effectus sunt commissiones, tamquam expeditae contra formam Sacri Concilij, ut constat ex citato Regio Decreto fol. 62.

2°. Inhibitiones expedire prohibentur in casibus appellationum, quin prius de appellatione constiterit, nisi forsan Iudex a quo attestationem eius denegaverit, hocque probetur. ibidem fol. 62. pag. 2.

3°. Inhibitiones contra primam instantiam ordinarij, nullius sunt roboris, et effectus. ibidem.

4°. In criminalibus non expediantur inhibitiones nisi cum clausula, Oratoribus in carceribus constituto; et si causa fuerit recursus per arreptionem itineris, ante omnia mancipetur reus Carceri Ecclesiastici. Quod si appellatio fuerit a diffinitiva, apponi

Hæ Bullæ sunt circa confirmationem et observationem Concilij. Gonzalez ad reg. 8. gl. 15. n. 37.

debet clausula, Servata forma motus proprij Pij 4. et Pij Quinti, ut semper praxis obtinuit; quæ Bullæ sunt (ni fallor) confirmatoriæ Concilij.

5.º In Curia Matritensi solum sex sint Prothonotarij Apostolici, quibus, aut alijs personis in Ecclesiastica Dignitate constitutis, causæ committi possunt, dummodo sint in jure graduati, Hispani, et a D. Nuncio deputati, per specialem causæ commissionem.

6.º Omnes Litteræ, commissiones, inhibitiones, Brevia, et Mandata expedita contra formam Concilij Tridentini, nullius sint roboris, ac momenti fol. 68. sive sint in materia justitiæ, sive gratiæ.

7.º Propter potestatem Legati a Latere, habet Nuntius Hispaniarum easdem facultates, quas Summus Pontifex concedere consuevit Cardinalibus Legatis à Latere; quæ tamen in citato Regio Decreto, fo. 68 et 69 multis partiam reperiuntur.

Primo. non permittitur commutatio ultimarum voluntatum, neque illarum interpretatio, nisi concepta sit modo præscripto a S. C. Tridentino sess. 22. cap. 6. sub Decreto de observand. et evitan. in celebrat. Missæ, et in cap. 4 ses. 25 de reform. nisi forsam per Regiam Maiestatem, aut Supremum Concilium petatur. Quod si hac forma fuerit in aliquo prætermissa, licet dispensationi, sint ipso iure nullæ. Vide Card. de Luca, in adnotationibus ad Concilium, discur 24. per tot.

2° Prohibetur dispensatio super incompatibilitate Beneficiorum, praeter formam, traditam a Tridentino, de Reform. ses. 24 cap. 17 — Vide Gonz. in reg. 8. glos. 15. n. 26. cum seqq. et nota hanc facultatem Nuncio prohiberi in reg. 13. Cancellariae.

3° Prohibetur dispensatio super fructibus male perceptis, ab illis qui Divinum Officium non recitarunt, aut a Parochis, alijsque Beneficiatis, qui personaliter residere tenentur. — Quoad num. 3. et 4. vide Garciam de Benef. par. 11. ex num. 35.

4. Prohibentur indulta quoad licita, et delicta.

5. Prohibetur admissio institutionum, et permutationum Beneficiorum, contra formam Concilij Tridentini.

6. Prohibetur admissio resignationis Beneficiorum in favorem alicuius.

7. Prohibetur expediri licentias audiendi confessiones, et praedicandi.

8. Prohibetur indultum ad alienandum, aut permutandum bona Ecclesiastica, extra quantitatem permissam in facultatibus expressis.

9. Prohibetur concedi extra tempora, nisi fuerit favore alicuius aetatis.

10. Prohibetur concessio facultatum ad suscipiendos Ordines, praeter formam Concilij Tridentini, in cap. Vide Garciam de Benef. par. 5. cap. 7. num. 104. et 105.

11. Prohibetur dispensatio circa monitiones necessarias in matrimonijs contrahendis, ex Decreto Tridentini.

12. Prohibetur concessio Oratorij, nisi fuerint favore Magnatum, Comitum, aut Regiorum Consiliariorum, et in casibus necessitatis.

13. Prohibentur gradus favore Regularium, dispensatio habitus deferendi, habilitatio ad

Votum activum, et passivum, nisi Rege petente, aut casu, quo reelecti fuerint.
Ac tandem sub num. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20 et 21. prohibetur dispensatio in pœnis, aut pœnitentiis rite impositis per Superiores Regulares; concessio exemptionis a subjectione Prelatorum; licentia Regularium Laicorum, adhoc ut promoveri valeant ad Sacros Ordines: indultum, ut Regulares habere possint annuos reditus: facultas comedendi carnem diebus prohibitis in statutis propria Religionis: licentia exeundi ad celebrandum: ad habitandum extra claustra in domo parentum, retento habitu; et absolutio juramenti ad effectum, ut Regulares non teneantur servare Constitutiones.
Demum n. 22 prohibetur Usurarum reductio.

Nuncius Apostolicus

Certum est, Nuncium Apostolicum Hispaniarum, facultatem habere conferendi Beneficia, reservata per Regulam 8. Cancell. quorum valor, computatis omnibus distributionibus quotidiannis, non excedit 24 Ducatos auri de Camera. Garcia de Benef. par. 5 cap. 3. n. 83 cum segq. Gonz. ad Reg. 8. § 2 prooemia. ex n. 55, quos, et alios refert, et sequitur Card. de Luca, de Benef. discur. 26. Quo supposito, oritur dubium, cui scilicet incumbat onus probandi valorem, proviso nempe Apostolico actori, aut proviso per Nuncium, reo, et possessori. Rota in Abulenn. Beneficij coram Sarate, 28 Junij, 1655, declaravit favore provisi per Nuncium, eo precipuo motivo, quia iste est legitimus contradictor ad impediendam immissionem, tanquam habens titulum a Sede Apostolica, cuius authoritatem gerit, et exercet Nuncius, iuxta regulam Bartoli, comuniter acceptam in L. fin. Cod. de decr. D. Honan. toll. Attamen Card. de Luca hanc improbat decisionem, in citato discur. 26; quia licet Nuncius hanc habeat facultatem in Beneficijs, quae non excedunt prefatum valorem, dummodo non agatur de Prebendis, et Canonicatibus in Ecclesijs Cathedralibus, et Collegiatis: ut intret huius facultatis exercitium, requiritur pro forma quod processerit informatio testium fidedignorum, per quam constet, Beneficium talem valorem non excedere, ac per consequens solum erit legitimus contradictor provisus per Nuncium, quando incontinenti doceat de prefato requisito, sine quo

Nuncij facultas non intrat, ut ostendit Decr. 172. apud Hothobonum, et alia apud Lucam citatum, n. 13. Innumeras questiones super Illustrissimi D. Nuncij facultatibus quoad beneficia in ijs Hispaniarum Regni, tradit Garcia omnino videndus de Benef. par. 5. cap. 4. §. 1. ex num. 80. ubi magistraliter tractat de dubiis excitatis per Cardin. de Luca d. discur. 26. de Benef.

Nuncius Apostolicus nequit jurisdiccionaliter cognoscere de Beneficijs Regii Patronatus, et si de facto cognoscat, vim facit, quæ tamen declaratur non in Consilio Castellæ, sed in Consilio Cameræ. Vide omnino D. Salg. de Reg. protec. par. 3. cap. 10. ex n. 198, et Corrada tom. 5. decis. 253 per tot.

Nuncius Apostolicus = Per reg. 13 Cancell. revocantur facultates concessæ quibusvis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, et alijs Prælatis, et Personis, necnon Apostolicæ Sedis Nuncijs, dispensandi super matrimonio contracto, vel contrahendo in gradu prohibito, ac super natalium, et ætatis defectibus, et super incompatibilibus Beneficijs Ecclesiasticis retinendis, etiam si Nuncijs eisdem, aut Sedis Apostolicæ Legatis de Latere, competens fuerit concessa potestas, ut ad literam constat ex dicta regula 13, et ibi Soto, et Cochier

Nuncius Apostolicus, tamquam Collector Generalis Vacantibus Ecclesijs per obitum Praelatorum, vel alias quomodolibet, omnes illarum fructus, redditus, proventus, obventiones, jura, et emolumenta quaecumque, sicut de jure spectabant ad Ecclesiam, et successorem in ea, cap. praesenti et cap. cum vos de off. Ordin. in 6. cap. quia saepe de elect. in 6. clement. statutum eodem tit. ita hodie spectant ad Cameram Apostolicam, quae succedit loco Ecclesiae, et successoris, ut constat ex Bullis Pontificijs apud Navarrum in tractatu de spolijs per tot. Azor par. 2. lib. 8. cap. 1. 2. 3. et 4. Instit. moral. Ludovic. a Valle in praxi Collect. Apost. Hispaniar. par. 2. cap. 1. Prout etiam habetur in facultatibus per Summos PP. traditis Collectoribus Generalibus. Quia vero Capitula Ecclesiarum aliquando de facto se intromittebant in administratione dictorum fructuum sedis vacantis, deputando Ministros, et alia faciendo in praejudicium Camerae Apostolicae, emanarunt Constitutiones Pauli iij. et Julij iij. confirmatae per Gregorium xiij. quibus stricte, et sub gravibus poenis, et censuris prohibetur dictis Capitulis id fieri, et quia aliqui non desistebant, idem Gregorius xiij. iterum nova Constitutione prohibuit, ne Capitula in ijs se intromitterent. Capitula enim Ecclesiarum tempore sedis vacantis habent solum Jurisdictionem Ordinariam, eis de jure tributam, cap. his quae, et cap. cum olim de Maior. et obedient. cap. unico eodem tit. in 6. Et quia etiam super provisione Officiorum, pro administranda dicta Jurisdictione ordinaria orta erat gravis controversia, inter Collectorem Generalem et Capitula Ecclesiarum Hispaniarum, fuit inita concordia inter Cardin: Camil. Caetanum, Patriarcam Anthiochen. Nun. Apm. et Collectorem Generalem, et Capitula praedicta, quae fuit approbata, et confirmata per Clementem viij. qua datur facultas dictis Capitulis nominandi, et deputandi dictos Ministros, et Officiales pro Regimine, et administratione dictae Jurisdictionis, cum hoc quod pro eorum salarijs, Camera Apostolica, ex fructibus, quos percipit ex ipsis Ecclesijs vacantibus, solvat

[Left margin:] de Offic. Ordinar. in sexto,

[Right margin:] Concessio Spoliorum de quibus hic fit mentio, facta fuit a Pio IIII. 30 Julii 1560 et 7. decembris eiusdem anni ap. Nav. de Spol. §. 6. et 7. in quibus duo notanda sunt. Unum quod reservatio fructuum, et redituum Ecclesiarum vacantium, non fuit indeffinita, et universalis, sed limitata ad Provincias Italiae. Alterum, quod solum comprehendit Eccles. Monasteria, et Beneficia liberae collationis, reservata scilicet vel affecta liberae Sedis Ap. dispositioni, Vigore Reg. Cancellariae vel alias quovis modo. Unde planum est, fructus Ecclesiarum Hyspaniae, non obstantibus Pianis constitutionibus, Iuris commun. dispositioni manere

quantitatem in Bulla confirmationis dictæ Concordiæ
in ea insertæ contentam, ut in ipsa Bulla, seu litteris in for-
ma Brevis, datis Romæ 5. Maij 1599. quæ ex tunc fuit invi-
olabiliter observata, plenius continetur. Ultra quæ salaria
prætendunt nonnulla Capitula Ecclesiarum Hispaniæ eleemo-
sinam pro pauperibus, durante dicta Sede vacante, de qua fit
mentio in dicta Concordia, in qua tamen id reservatur dis-
positioni, et beneplacito Collectoris Generalis pro tempore exi-
stentis, ad cuius notitiam solent Capitula prædicta deducere
necessitates urgentes pauperum: quibus inspectis, ex dictis
fructibus per Cameram perceptis, mandat aliquam honestam
eleemosinam solvi dictis Capitulis ad subventionem dicto-
rum pauperum. Sed quia in dicta Concordia non interve-
nerunt omnes Ecclesiæ Regnorum Castellæ, et Legionis, ideo
Sum. Pont. decrevit, quod illæ, et earum qualibet, possent de-
venire ad eandem Concordiam sub eisdem pactis, et conditio-
nibus, iuxta statum, et qualitatem earum ad arbitrium
Collectoris Generalis pro tempore existentis, et eo ipso Concor-
dia huiusmodi censeretur per Sanctam Sedem Apostolicam confir-
mata, et approbata, ut legitur in fine dictæ Bullæ, in cuius
Decreti exequutionem, aliquæ Ecclesiæ postea se concorda-
runt cum Cardin. Antonio Caetano, et rursus cum Cardin.
Sacheto, et Pamphilio. Quæ omnia sumpsi, et transcripsi
ex libello Ludovici a Valle, cui titulus, Praxis Collectoris
Apostolicæ Hispaniarum par. 2. cap. 1. ubi ad litteram refert
omnes Constitutiones Apostolicas præfatas. De fructibus Ecclesiarum
vacantium, vide Solorzanum de Iure Indiar. tomo 2. lib. 3.
cap. 12. Et nota, eorum applicationem Cameræ Apostolicæ
prohibuisse Concilium Constantiense sess. 43. tomo 4. Con-
ciliorum Generalium, fol. 278. vide Marcam de con-
cordia Sacerdotij, et Imperij lib. 8. cap. 18. Barbosa voto
81. Natal. tomo 9. saeculo 15. dissert. 3. n. 45. Fleury tomo 21
Histor. lib. 104. n. 122. Et tandem tex. in cap. final. de Offic.
Ordinar. in Sexto.

Novizios.

Vide Cancer. var. par. 1. cap. 4. ex n. 124. Marta de Succesion Legal. tom. 2. parte 4. Artic. 3. Bas tom. 1. cap. 26. ex n. 94.

Por el Concilio Tridentino Sesion 25 de Regularib. Cap. 16. se anulan y declaran irritas las renuncias echas por los Novicios, no siendo echas dentro del bimestre proximo a la Profesion, y con licencia del Obispo, ô su Vicario Gral. Barbosa de Potest. Episcop. Aleg. 99.

Pero debe advertirse q. solo habla el di... dentro de las renuncias irrevocables echas intuitu ingressus Religionis, como funda Sanch. Lib. 7. Moralium cap. 5. n. 13. et sequ. sin que se comprehendan en el Decreto Conciliar las renuncias hechas antes de tomar el Avito, aunque tengan por causa final, ô impulsiva, el ingresso de la Religion, como prueba Fagnano in cap. penultim. de Regularib. n. 12. y lo declaro la sagrada Congregacion varias veces, segun refiere el mismo Fagnano, y la Rota coram Merlino decis. 682. n. 6. el coram Rexas Decision. 56. in fin. Decis. 91. per totam, et Decision 15. part. 9. Recentior. La razon es; porque el Concilio habla de la renuncia hecha por el Novizio q. ya esta en la Religion llebando el Avito de ella; y siendo esta disposicion correctoria del derecho comun, se debe entender, como suena, sin admitir extension de un caso â otro, etiaz ex identitate rationis. Vease Rodriguez quest. Regular. tom. 2. Quest. 18. articulo 8. fam

burino de Jur. Abbatum tom. 3. Disput. 6. Quest. 10. Lezana in Suma Quest. Regularium. cap. 21. n. 35. Suarez tom. 5 de Religione Disp. 2. Section. 5. ex n. 15.

Ysiendo el fin del Concilio precaver el inconveniente, deque el Novicio, con semejantes renuncias, se despoxe de sus bienes, quedando sin libertad de bolver â el Siglo, y precisado â profesar sin Vocacion por havirse empobrecido con la renuncia: es inquestionable, que puede hazer Testamento antes del ingreso en la Religion, ô despues de el, ante profesionem; porque en este acto, zesa la razon de la ley consiliar, et non cadit sub lege, quod non comprehenditur sub ratione legis; por lo qual hablando el Concilio de renuncias irrevocables, no puede entenderse de la disposicion testamentaria, y asi es comun de todos sin cosa en contrario y se practica.

Vide Sanchez in Decalogum tom. 2. lib. 7 cap. 8. et lib. 5 cap. 4. ex nº 91. Barbos. de Jur. Ecles. lib. 1. cap. 42 ex n. 150.

Nobilitas.

Gerens se pro Nobili, Milite, Doctore, aut Cive, cum revera talis non sit, poena falsi tenetur, ut probat Amigant decis. 88. n. 2. Cortiada dec. 88. a n. 22. Caldero decis. 61. a n. 23. Et Amigant ubi proxime n. 10. refert Regium Rescriptum, datum Madriti 20. Octobris 1663. et aliud 31. Octobris 1664. quibus stricte cavetur, Regia tribunalia, et Fiscal Patrimonialem, omnino invigilare super illorum observantia, omni conniventia cessante, itaut de catero minime permittatur, aliquem honoribus sibi non competentibus uti, nec pro Nobili, Equite, Cive, aut Milite se gerere, nisi de legitimo privilegio constiterit.

Nobilitas, qua requiratur ad habitus Ordinum Militarium obtinendos: An sufficiat qualitas Hidalgui, Civis honorati, et similium. An obstet origo a parvis, et ignobilibus locis, ubi non adsit separatio Nobilium a popularibus, vide omnino Cardin. de Luca de praeminent. discur. 32. et 33. per tot. Vide etiam D. Crespi tom. 1. obser. 14 etiam per tot. praecipue n. 66. ubi quod Cives honorati admittuntur ad Ordines Militares. Hoc tamen verum fatetur de Luca citatus in Civibus, qui ab immemorabili tales sunt; non in alijs.

Julius Caponius tom. 1. disceptat. forensium, discep. 52. late agit de Nobilitate, et discepta-

nem scindit in tria capita. In primo agit de Nobilitatis essentia, origine, ejusque divisione, communicatione, et transmissione.
In secundo probat, Nobilem, vel Militarem ex privilegio, esse vere, et proprie talem, ac admitti ad Majoratum, fideicommissum, et alia, ad quæ vocatur Nobilis simpliciter.
In tertio respondet argumentis, quæ contra prædicta adduci possent.

In materia Nobilitatis sanguinis, vide doctam Allegationem Dr. Gasparis Fran. Berenguer pro Gaspare, et Carolo Perez de Sarrio, et subsequutam Senatus Valentini sententiam. Adde etiam D. Crespi observat. 12. et Amigant tom. 1. decis. 25. per tot. ubi de differentia inter Nobilitatem sanguinis, et privilegij, et an amittatur exercitio artium sordidarum, et quales tales dicantur. Dicta Allegatio pro fratribus Perez de Sarrio, habetur in 2. tomo Allegat. juris fol. 1.

In Regno Castellae Nobiles habent privilegium, ne executio in eorum domibus fieri valeat, adhuc in subsidium. Narbona videndus in l. 61. tit. 4. lib. 2. Recopil. glos. 3. per totam.

Nobilitas. Iurium Doctores, qui in approbata Universitate, gradum obtinuerunt, Nobiles dicuntur, et omnia Nobilium privilegia habent. Escobar de Nobilit. et puritate, par. 1. quaest. 4. § 5. n. 9. cum innumeris, Gratian. tom. 4. capite 706. n. 55. Fontan. de pact. tom. 1. claus. 3. glos. 2. n. 31. et 32. Faber in C. lib. 9. tit. 28. deffin. 9. et 10. ubi probat, de jure Medicos non habere Nobilitatem, nec dignitatem, secus Iurisperitos: Medicos, si habent immunitatem, id esse ex privilegio, et contra communes juris regulas; non sic Iurisperitos: Medicorum privilegia, ad eorum viduas, et posteros non transire, quia competunt ratione Officij, et sic eo tantum durante, non sic in Iurisperitis, quibus cum ratione dignitatis competat Nobilitatis privilegium, ideo ad descendentes transit, et transmittitur. Sequitur Fabri Doctrinam Fontan. d. claus. 3. glos. 2. n. 31 et 32.

In materia Nobilitatis, tum sanguinis, tum privilegij, ad mentem Pragmaticae Cordubensis, quae est l. 8. tit. 11. lib. 2. Recopil. vide omnino D. Olea tit. 6. q. 7. ex n. 13. ubi inter alia probat, nobilitati sanguinis, et possessoriae, praejudicium non inferri ex novo Regis Privilegio, quam doctrinam late prosequitur in addit. fol. 36. et 37.

Quod Advocati fruantur Militum privilegijs

probat Bas in theatro Iurispr. tom. 2. cap. 57. de Nobilitatis judicio, n. 15. cum D. Salgado in labirin. par. 1. cap. 24. n. 4. Damar de officio Advocati par. 2. q. 2. n. 7. D. Mathew de Regim. cap. 3. §. 4. n. 16. Cardin. de Luca de Credit. discur. 122. n. 1. Tiraquel. de nobilit. cap. 20. n. 168. et 172. Guido Pape q. 88. et 388. Peregrin. de jure Fisci lib. 2. tit. 9. n. 7. Surdus consil. 122. De Luca de praeminen. discur. 35. ex n. 3. D. Leon tom. 3. decis. 9. n. 185 et 186. Cortiada decis. 10. n. 187. et 188.

Vide omnino Cardin. de Luca de praemin. discur. 35. a n. 24. usque in finem.

Nobilitas Advocati, transit ad ejus descendentes de jure; nam cum competat ratione Dignitatis, transmittitur ad posteros, et ita deciditur in l. cum advocatio 8. l. nemini 11. C. de Advocatis diversor. judicior. l. Advocatos 2. C. eodem. Bas ubi proxime n. 17. Tiraquel. de Nobilit. cap. 18. per tot. Guido Pap. q. 189. Ricciur decis. 93. n. 5. par. 2. Faber in C. lib. 9. tit. 29. deffin. 10. Damar de offi. Advocati par. 2. q. 2. n. 17.

Hac non solum de jure, sed etiam juxta praxim Regni Majoricarum, indubitata sunt. Hinc est, plures videmus familias, quae pro Militaribus habentur, et ut tales ad Honores, et Confraternitatem Brachij Militaris admittuntur, absque alio privilegio, quam quod majores per Doctoratum V. I. nati fuere. Hinc, quod filij, et descendentes Doctorum, octo facibus, ut veri Milites tumulantur. Hinc, quod, ut tales insaculabantur ad publica munera Civitatis, tamquam Cives Militares. Hinc, quod minime subditi erant Vicario, nec hodie Urbis Pretori, sed Regia Audientia; hinc tandem, quod armis, et ense utuntur, cum usus solum Militibus permittatur.

Notarius.

Notarius non rogatus, non conficit instrumentum probans, Rota in Tullensi, die 16. Maij 1597. quoram Pena, inter suas decis. 611. n. 5. et decis. 257. n. 5. ex Innocentio in cap. 1. n. 6. et segg. de fide instrument. Abbas in cap. cum in jure n. 6. de officio Delegati, Mantica decis. 62. n. 3. quoram Pena decis. 302. n. 3.

Notario attestanti, dum non sit in publica forma et de his, quibus fuit rogatus, non est credendum, etiamsi attestetur cum juramento, Rota quoram Rdo. P. D. Pena, in Tullensi Monasterij Sancti Mansueti die 23. Januarij 1597. inter suas, decis. 384. n. 17. ex Ildefonso de Senis consil. 113. n. 2. Felin. in cap. sicut n. 9. de re judicata.

Neque credendus est Notarius, etiamsi attestetur, habuisse commissionem ad aliquid faciendum. Puteus decis. 283. in fine. videndus.

Notariatus exercitium est incompatibile cum Militia, et Nobilitate. Mastrilli tom. 2. decis. 68. ubi affert Regium Rescriptum anni 1663. in quo hoc incompatibilitas declaratur.

Notarij in Regno Majoricarum, non habent subrogatos, vel substitutos juratos; solent tamen de consuetudine, cujuscumque instrumenti receptionem alteri, sive Notario, sive cuilibet de Populo committere, exceptis testamentis et donationibus quae non nisi per publicos notarios fieri valent. Et hoc jure utimur.

Notarij creati per interusum Gubernium, si ob-

iruerint ab Ex.mo D. Marchione de Ledi, Regis huius Regni Præfecto Decretum permissivum acta conficiendi, et Notariatum exercendi, donec per D. Regem aliud caveatur, publici tabelliones habentur, et tamquam tales se gerunt, ipsorumque attestationibus, et instrumentis creditur, perinde, ac si Regis Diplomate iterum creati fuissent, prout in pluribus videmus. Ratio est, quia usus Regalia tabellionas creandi, non ita peculiaris est Regis, ut nequeat per D. Præsidem, et Regiam Audientiam exerceri, immo et per Vicarium Urbis, et hodie per Prætorem, ut testantur DD. et docet praxis. Unde Decretum Ex.mi Præsidis, habet vim Regiæ creationis, donec a Rege improbetur.

Nundinæ, seu Mercatum. De nundinis, et omnibus ad illas pertinentibus, vide latissime Iulium Capon. tom. 2. discep. 31. per tot.

Naufragium.

Naufragantium bona, suis privatis dominis sunt servanda, et nequeunt per Fiscum Regium, vel alios inferiores dominos, occupari; nisi Infidelium, hostium, seu piratarum sint, vel in deffectum dominorum, quo ultimo duntaxat casu, ut vacantia, et incerta, recte per Fiscum Regium occupantur, quin relevet contraria consuetudo, seu potius corruptela, tamquam iniqua. Hoc omnia latissime docet, et mire defendit Dr. Mathias Lagunez, de fructibus par. 1. cap. 21. §. unico per totum, ubi vide.

Nullitas.

Iudex, qui protulit sententiam nullam, potest de Causa iterum judicare. Hæc conclusio, quidquid sit juxta Constitutiones Cataloniæ, et foros Valentiæ, in terminis juris communis est indubitata, ut optime docet Cancer variar. par. 2. cap. 2. ex n. 287. Intelligenda tamen est cum distinctione; nam si nullitas respiciat rectum, et justitiam originalem, tunc licet cum appellatione conjungatur, pertinet totius negotij cognitio ad Iudicem ad quem quia nullitas inest appellationi, et e converso. Si vero nullitas solum ritum respiciat, licet appellatum sit, cognoscit Iudex a quo de nullitate, et super recto devoluitur negotium ad superiorem, ut magistraliter probat D. Leon tom. 1. decis. 11. cum binis Senatus Valentini decisionibus, juribus, et Doctoribus. D. Mathieu de Regim. cap. 11. §. 5. ex n. 1. subdens num. 18. quod si omisso medio appellationis, vel supplicationis, nullitas propugnatur, quod de jure fieri posse, fatetur Anton. Faber in C. lib. 7. tit. 19. def. 20. et tit. 27. deff. 17. ipse Iudex, qui sententiam tulit, cognoscit de nullitate, sive rectum, sive ritum respiciat. Quia licet Iudex, lata sententia, functus sit officio suo, l. Iudex 55. ff. de re judicata, tidi regula fallit data nullitate sententiæ, quæ reputatur tamquam si non esset. Vtinde.

Ordines Militares.

Equites Ordinum Militarium an sint vere Religiosi, et tamquam tales gaudeant privilegio fori, anceps est quaestio, de qua plenissime disputat Cortiada tom. 1. decis. 8. ex num. 84. Quidquid tamen sit de jure, in praxi Tribunalium Cathaloniae receptum est, praefatos Equites in criminalibus gaudere fori privilegio, licet causa sit super crimine gravi, et atroci; in civilibus vero, dicto fori privilegio non gaudere; imo in electione actoris esse illos convenire coram Iudice saeculari, vel in Regio Ordinum Concilio, ut docet Carleval de judiciis lib. 1. disput. 2. num. 460. et Cortiada d. decis. 8. num. 98. Nisi agatur de bonis commendarum, quia tunc in Ordinum Senatu conveniuntur, et coram Iudicibus ab eo deputatis, vel Conservatoribus Apostolicis ex Carleval d. lib. 1. disput. 2. num. 408. et 418. Cortiada ubi proxime.

Notandum tamen subditos esse Regi criminaliter ob delictum inobedientiae, et ab eo puniri posse ius vim Concordiae Comitis de Oropesa, ut probat, ac decisum refert D. Larrea videndus tom. 1. dec. 64.

Ordo Minimorum. # Regulares

Dubia proposita, et juxta jus, et hujus Ordinis Constitutiones resoluta per Julium Caponium tom. 4. Disceptat. 261. per totam.

Dub. 1. An electus in Correctorem localem, aliquod jus Prelaturæ, ante confirmationem sui officij obtineat, vel adquirat. Affirmative, numero 100. in summario.

2. An electus in Provincialem adquirat jus, et quale ex sua electione, ante confirmationem. Respondet, Provincialem Minimum, ex vi electionis adquirere jus nedum Prelaturæ sed etiam administrationis, interim ante confirmationem, num. 101.

3. An, et intra quod tempus teneatur electus requirere confirmationem. Affirmative, et infra spatium trium mensium, a die sibi notificatæ electionis, num. 102.

4. An electus non petens statuto tempore confirmationem ex negligentia, veniat ipso jure privandus, an vero per sententiam. Respon. per sententiam, num. 103.

5. An confirmatio electorum, habeat certam formam ex jure communi, et ex Statutis Ordinis Minimorum. Respon. negative; sufficit enim, si fiat per quodcunque dictum, vel factum, quo confirmator suam declaret volun-

tatem confirmativam electionis, num. 104.

6. An sit necessaria debitatio Provinciarum, ut Generalis Ordinis valide confirmet, vel irritet electiones Praelatorum. Negative, n. 105.

7. An electus Provincialis, qui cum literis Generalis exercuit per biennium libere suum Officium, praesumatur ex hoc valide confirmatus. Affirmative, num. 106.

8. An Generalis apponens in suis literis, Pergrata mihi est electio &c. et concedimus pro interim suorum Officiorum administrationem, videatur confirmare electum, vel non. Affirmative. n. 107.

9. An Generalis confirmator, possit sive de jure communi, sive ex aliquo privilegio, cassare electionem personae dignae extrajudicialiter, non citato judicialiter, nec audito electo. Negative, numero 108.

10. An Generalis, ubi nulla sit electo oppositio, possit extrajudicialiter procedendo, confirmare, vel cassare electionem praefatam. Affirmative quoad confirmationem; negative quoad cassationem, num. 109.

11. An electus dignus ex communi consensu, et nemine discrepante, veniat necessario confirmandus. Affirmative. num. 110.

12. An Generalis teneatur credere dicti oppositorum fratrum extra Capitulum, contra dignitatem electi, magis quam omnibus electoribus Capitularibus, testimonium plenum ferentibus de idoneitate electi. Affirmative, num. 111.

13. An tempore electionis fieri possint privationes vocis activæ, et passivæ, et electionum cassationes, partibus, seu privatis, non juridice vocatis. Cum distinctione, de qua ibi num. 112. relative ad numeros 56. 57. 53. et 58.

14. An Regulares qui possunt ad nutum Superioris a suis officijs amoveri, si amoverentur ex causa infamiam irrogante, audiendi sint judicialiter. Affirmative, num. 113.

15. An, et quam poenam incurrant quicunque superiores Minimi, transgredientes limites Constitutionum Regulæ. Respon. incurrere ipso facto privationem officiorum, et fratres tenentur ex præcepto B. Francisci de Paula, ut statim ad aliam electionem procedant. num. 114.

16. An liceat Religioso appellare. Respon. absolute loquendo, affirmative. num. 116.

17. An regularis possit appellare a Decreto cassationis electionis suæ, peracto tempore visitationis. Affirmative. num. 117.

18. An valeat appellare Religiosus, a Decreto superioris, circa motum correctionum. Affirmative, si tamen fiat excessus. num. 118.

19. An appellatio interposita ab electo cassato injuste, suspendat executionem sententiæ, itaut possit cassatus exercere libere suum officium. Affirmative, num. 119.

20. An Superiores non admittentes prædictas justas appellationes, veniant necessario puniendi. Respon. affirmative, et graviter. num. 120.

21. An quaecunque renunciatio facta à cassato electo, post sui cassationem, Officij, praesupponi debeat coacta, et nulla. Affirmative. 121.

22. An ad eundem Generalem spectet nova provisio Superioris in locum cassati ab eo, vel ad Capitulum, sive priores electores. Respondet Author omnino dubie.

Oratoria privata.

Decreto Clementis Papa XIj. 15. Decembris 1703. prohibentur Episcopi, Archiepiscopi, et S. R. E. Cardinales, etiam prætextu privilegij in corpore juris clausi, etiam in propria ~~domo eorumque~~ Diœcesi, extra domum propriæ habitationis, erigere Altare, et in eo Missam celebrare, vel per alium facere celebrari. Et similiter prohibentur Episcopi, et Regulares in Oratorijs privatis, per Sedem Apostolicam concessis, celebrare in diebus Paschatis, Pentecostes, Nativitatis Christi Domini, alijsque anni festis solemnioribus. Vide ejus tenorem post Bullam Innocentianam anni 1723. quæ Decreto Clementis innovat, ac omnino observari præcipit. Vide Natal. tom. 1. theolog. Dogmaticæ lib. 2. de sacramento Eucharistiæ, cap. 6. regulas 7. et 8. fol. 350.

Obligatio subsidiaria, est conditionalis et non habet locum nisi in deffectum principalis, qua debet prius intentari l. fin. ff. de rebus creditis, l. 42. ff. de fidejussoribus Fogueroles alegat. 40. n. 42. ubi alios citat. Vide infra fol. 238.

Obligatus an sit successor in Majoratu ad solvenda debita contracta per praedecessorem, latissime tractat Molin. de Primogen. lib. 1. cap. 10. per tot. ubi plures casus cum distinctione resolvit, et num. 33. docet, obnoxium esse solvere funeris impensam, ac num. 34. debita parva, quae tendunt ad exonerationem defuncti, ibi vide.

In Obligatione alternativa, necessaria est interpellatio, et declaratio, ad hoc ut constituatur debitor in mora, et teneatur ad interesse, etiam ratione damni; quia non tenetur debitor eligere, nisi requisitus, l. 2. §. 1. ff. quod legator. l. 1. §. non exigit ff. ut in possess. legator. l. 2. §. frater. l. si quis filium, §. stipulatus de Collat. bonorum, Surdus decis. 3. n. 12. ibi: non dicitur in mala fide, qui non tenetur offerre, sed debet interpellari. Et quando requiritur interpellatio, non currit interesse re ipsa, propter moram irregularem, prout in minori fuit decisum apud Surdum decis. 179. n. 10. Vide de his doctam Allegationem D.ni Antonij Gonzalez pro Confraternitate Sanctorum Petri, et Bernardi §. 3. a n. 39.

Obligatio Universitatis, Collegij, vel Ecclesiae, an, et quando valeat, et quid requiratur ut Contractus Juratorum afficiant Universitatem. Vide Allegationem D.nis D.ni Josephi Bassa pro Universitate Regni Majoricarum, cum haeredibus Joannis Cores, a n. 49. usque ad 60. tom. 1. f. 34.

Obligatio metu contracta, interveniente protestatione clandestina, et non notificata, cum alijs in materia, an sit valida. Vide dictam Allegationem a n. 61. usque ad 134. Et a n. 74. discutitur, de conjecturis ad metus probationem.

Pactum.

Vide Oleam tit. 3. quest. 3.

Pactum de succassione viventis, de jure improbatur. l. ult. C. de pact. Urcol. cons. 98. per tot. Attamen si intervenerit consensus eius de cuius successione agitur, sustinetur pactum, seu donatio, dict. l. ult. ibi: nisi ipse forte, de cuius haereditate pactum est, voluntatem suam eis accomodaverit. Urcol. citatus n. 24. ibi: 2a. conclusio: haereditas futura certi hominis, potest in pactum, et transactionem deduci cum tertio, si consensum praestetis, de cuius haereditate agitur. Molin. de ritu nuptiar. lib. 3. cap. 19. n. 12. et 14. Surdus cons. 355. a n. 1. Parlador. rer. quotidian. lib. 2. cap. 4. n. 45. Mar. Cutel. decis. Sicul. 5. n. 113. Rota par. 9. Recentior. tom. 1. decis. 166. n. 12. Et sufficit consensus tacitus, Urcol. citatus n. 26. ibi: et consensum praestare dicitur, non solum quando expresse consentit, verum etiam tacite per solam eius praesentiam, et taciturnitatem; requiritur tamen perseverantia voluntatis, ut ex Ciroc. Mirenda, Menoch. Serafino, et alijs probat Urcolus ubi supra.

pasa f. 1064

Partus suppositus.

Partus octimestris, vel qui exsecto ventre nascitur, an sit naturalis, et succesibilis, late Gutierrez lib. 2. qq. Civilium q. 100. et 101. ad tex. in l. 13. tauri. qua cavetur, non aliter partum vitalem, et succesibilem dici, quam si post baptizatus fuerit, et 24. horas vixerit. Paz de tenuta cap. 68. n. 37.

Pendente lite super suppositione partus, non taxantur alimenta matri, quando non constat de filiatione, et de paupertate. Ita Recentissime declaravit Regia Aud.a hoc anno 1722 in favorem D.a Clara Bellots, et Liberis, contra D.m Margaritam Morell. Vide Allegationem impressam pro D.a Clara, quae docta est, et utilis in materia alimentorum. Habetur in 1.o tomo Allegationum fol. 317. Vide Paz de tenuta cap. 37.

Partitio, seu divisio qualiter, et quot modis fieri possit, et alia de divisionibus, vide apud Iul. Capon. tom. 2. disceptat. 112. per tot.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] anno 1722 [illegible]

[illegible]

Quamvis Iure civili, et Regio partitarum certum sit alteri per alterum obligationem, et actionem non acquiri: tamen hodie quilibet tertius, vel absentis ex qualibet obligatione, vel contractu, jus, et actio acquiritur, non solum utilis, sed etiam directa, immo et executiva; quia qualitercumque constet, aliquem se velle obligare, remanet efficaciter obligatus, etiam favore tertij, vel absentis, iuxta expressum text. in L. 2 tit. 16. lib. 5. Recop. D. Olea, tit. 4 quest. 3 n. 37, et iterum n. 40 et 41. Vela, dissertat. 22 per tot, max. n. 14. Azevedo in dicta L. 2, qui n. 18. cum alijs monet in omnibus casibus, in quibus de jure, ad validitatem actus, vel contractus, stipulatio requirebatur, amplius non requiri; imo sine stipulatione valere, et suum effectum sortiri; quod exemplificat in stipulatione Aquiliana, sine qua antea non peribant actiones, et in fidejussione, quae hodie stipulationem non requirit. Ex quibus iuridica videtur doctrina Cancerij, par. 2 cap. 6 n. 72, ubi docet, quod licet certum sit delegationem non fieri sine stipulatione, iuxta L. 1. Cod. de novation. et requiratur ut debitor ipse, qui delegatur per stipulationem, id, quod debet, cum consensu delegantis promittat delegatario, ut latissime explicat, omnino videndus, Card. Mant. de tacit. et ambig. lib. 17. tit. 7, et 8: tamen inter mercatores necessaria non est stipulatio in delegatione, sed sufficit, quod mercator debitor delegatus, promittat per pactum nudum de mandato delegantis solvere illi, cui facta fuit delegatio, et eo acceptante promissionem, delegans liberatur à creditore. Quid tamen si de expressa acceptatione non constet, ex praesumptionibus tamen elicitatur? Cogita.

Obligatio.

Obligatum ad factum, illud implere teneri; aliàs praestando interesse liberari, comunis est sententia, ut docet Gom. lib. 2 Var. cap. 10. n. 21. et ibi Soarez, et Ayllon in addition. Hanc regulam cum casuum distinctione explicat Carlev. de Judicijs tit. 3. disp. 3. Et licet num. decimo. ex Greg. Lopez tradat limitationem attento jure Castellae in L. 5. t. 22. p. 3 = L. 13. t. 11. L. 3. t. 14 p. 5. et L. 2. t. 16 lib. 5. compil. ex quibus plures Regnicolae correctum esse jus civile autumant: contrariam tamen sententiam tenent Ant. Gom. ubi sup. Emanuel Soarez ibid. et Parlador. lib. 1. cap. 6. § 2. n. 2. ex ea viva ratione, quod licet Regia Lex partita praecipiat debitorem facti, ad illud per Judicem compelli, intelligitur, ut debitor compellatur eo modo, quo de jure comuni teneri, et compelli potest, nempe ut faciat, aut solvat interesse. Utraque tamen sententia recte perpensa verissima est, scilicet, ut si obligatus ad factum illud praestare non possit, solvendo interesse liberetur; si autem factum praestare potest, ad illud praecise compellatur, in quo jus comune non corrigitur, juxta quod obligatio non est alternativa, sed praecise ad factum, quando fieri potest, ita ut praestatio interesse sit remedium subsidiarium, prout optime explicat Vela dissert. 20. ex n. 5. Vide Cardin. de Luca de empt. et vendit. discur. 48.

Ordinatio

Vide annotata infra fol. 248.

Ordinarius.

Et quedam Corollaria circa judicium retentionis, et violentiæ. Et infra pag. 598

Ordinarius debet privative cognoscere de omnibus causis civilibus, criminalibus, Beneficialibus, alijsque ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentibus, non obstante quacumque inhibitione Nuntij, Legati à Latere, Auditoris Cameræ, Rotæ, vel alterius tribunalis, ita ut processus primæ instantiæ, eo ipso quod factus non sit à judice Ordinario loci, nullius sit roboris, et momenti, ut expressè cavetur in Cap. Causæ omnes 20. secion. 24. de reformat. Concilij Tridentini, in quo decretum irritans continetur. fallit tamen si litteræ comissionis fuerint signatæ manu propria Sanctissimi, ut idemmet Concilium disponit. Si vero data sint sub annulo Piscatoris, Ordinarij jurisdictionem non infringent, nec exequi permittuntur D. Salg. de Supplic. ad Sanct. par. 2. cap. 6. § unico. fallit secundo in casibus expressis in eodem Concilio, quos explicat D. Salgado videndus d. par. 2. cap. 6.

Hæc providentia data fuit, non solum favore Ordinariorum, sed etiam partium, ne tot sumptibus, et molestijs gravarentur. Inde licet partes consenserint, non infertur Ordinariæ Iurisdictioni præjudicium; et similiter licet consentiat Ordinarius, dummodo non accedat copulative partium consensus, locum habet Conciliaris dispositio, ut ex mente Sacræ Congregationis, illiusque declarationibus probat Saraiva de adjunctis cap. 7. ex n. 7. D. Salgado de Retent. Bullar. par. 2. cap. 3. § unico per totum.

Imo si pars, et Ordinarius consenserint non ideo cessat Regis protectio, et Conciliaris dispositio, quia versat. interesse Principis, q. renunciari non potest. Antunez de donat. lib. 2. cap. 31. ex n. 19. Caldero videndus decis. 151.

Ex eodem Concilio, et ex Bulla Pij quarti, competit Regi nostro Catholico Regalia protectionis, et

executionis Concilij. D. Salgado d. par. 2. cap. 1. et
per totam, qui omnino videndus est in hac materia.
Notandum tamen, Concilij Decretum, et Regaliam d.
non comprehendere Conservatores Regularium, et
Universitatum, qui cognoscere possunt de causis
exemptorum, et Scholarium iuxta dictum Conci-
lium, et Declarationes Sacræ Congregationis, ut ex-
plicat D. Salgado d. par. 2. cap. 11.

Praxim processus in Judicio Violentiæ, quando per
Nuntium Apostolicum proceditur contra Clericos,
et alios Ecclesiasticos, vel in causis deferre ad Ordina-
rios pertinentibus iuxta formam text. in Cap.
Causæ omnes Sessione 24 Concilij Trident. explicat
Cristany tom. 3. decis. 129 ex 32. ubi non solum exem-
plaria refert, verum etiam libelli, et decreti formu-
las tradit, iuxta stilum Curiæ Maioricensis.
Literæ Apostolicæ, Gratiam continentes, si in eis
executor nominatus fuerit: licet contraria sint Or-
dinarij jurisdictioni, eiusque primæ instantiæ, non
tamen vitiantur quoad Gratiam, cum certum sit,
hanc perfectam dici per verbum fiat a Papa prola-
tum, Literæ vero solum ad probationem desideren-
tur. Unde invaluit Supremi Senatus Stylus, iuxta
quam huiusmodi Bullæ Gratiosæ non retinentur,
sed parti traduntur, ut illi utatur coram Ordi-
nario, ut docet, et explicat D. Salg. de Supplic. ad
Sanct. par. 2 cap. 26. à n. 1. usque ad 32. Contrariam
tamen tenet Barbosa de potest. Episc. allegat. 81
n. 13. quam, et alios sequitur D.n Thomas de Vora
in tract. de Executorib. par. 1 cap. 3 per tot. maxime
n. 2, eo motivo quia Concilium loquitur de litibus
et causis ordinarijs, in quibus datur instantia, non
autem de exequutionibus Literarum Aposto-

licarum, quæ omnino sunt extrajudiciales, ac per consequens fieri possunt per merum executorem. Amplius addit Rota n. 9. quod cum in Beneficialibus, cum dantur Literæ in forma gratiosa, ipse Papa provideat, conferat, et Gratiam immediatè faciat, nihil prohibet, nudum ministerium, et factum executioni committere, absque ulla prorsus jurisdictione, nisi forte per accidens, cum scilicet executor ex mero fit mixtus, ratione legitimi contradictoris, vel potioris. Et licet hæc sententia de jure verior videatur, tamen à recepta praxi, de qua testatur Salgado ubi prox. recedendum non est. Et nota ex Rota citato, n. 30. Vicarium Capitularem non venire sub nomine Ordinarij ad hunc effectum, licet alias succedat in jurisdictione Episcopali. Unde Literæ Gratiæ illi non committuntur, sed tantum Episcopo vicinori, ex praxi Romanæ Curiæ.

Rota, Litteras in forma Dignum, præcise committi debere Ordinarijs, quia in illis Papa non confert, nec istæ rationes vigent, ut fatetur Rota hic citatus n. 10. quem vide etiam par. 4. cap. 14. per tot. et ibi allegationes.

Quando Literæ Judiciales, puta citatoriæ, compulsoriæ, inhibitoriæ, et aliæ hujusmodi expediuntur à Romana Curia in præjudicium Ordinariæ Jurisdictionis, nullæ sunt ipso jure ex defectu formæ, si non sunt manu propria Sanctissimi signatæ, ac per consequens retinentur in Senatu, et Ordinario remittitur causa ut de illa cognoscat. D. Salgado videndus in materia d. par. 2. cap. 26. ex num. 33.

Subscriptio propria manu Sanctissimi, quomodo fieri soleat, et quid intersit inter Signaturam per Concessum et per Annulum Piscatoris, explicat D. Salgado par. 2. de Retent. Bullar. cap. 30. ubi per tot. maxime ex num. 41. docet, quod juxta Regulam Cancellariæ 33.

provisus per Fiat, praefertur proviso per Concessum, et iste proviso per literas expeditas sub annulo Piscatoris. Docet etiam num. 45. cum segg. Literas per Concessum, et sub Annulo Piscatoris, nullius ipse momenti in praejudicium primae instantiae Ordinarij, quia exceptio expressa in Tridentino praecise requirit signaturam Gratiae per Fiat. Ibi vide et in quinque §§. segg. Rosa de executor. in additión. ad cap. 1. par. 1. n. 10. 11. et 12.

Ordinarius.

Ordinarius, quando illi remittuntur per Senatum Literae Commissionis Apostolicae, ob non servatam formam Concilij Tridentini, procedit ut Ordinarius. D. Salgado de supplicat. ad Sanctiss. par. 2. cap. 34. ex n. 1. ad 35. Ratio est, quia supposita nullitate commissionis Pontificiae, intacta manet Ordinarij Jurisdictio. An autem procedere debeat executive, aut via Ordinaria, et quis ad impediendam executionem dicatur legitimus Contradictor, vide cum casuum distinctione apud D. Salgado citatum ex num. 36. Rosa de executor. par. 1. cap. 8.

Ordinarius.

Ordinarij jurisdictio cessat in prima instantia per recusationem. Requiritur tamen quod de recusatione, eiusque causa coram Ordinario probata, constet in Senatu; alias non cessat Jurisdictio Ordinarij, nec Regis protectio. Optime D. Salgado de retent. Bullar. par. 2. cap. 5. § 1. per totum.

Ordinarius.

Dispositio sacri concilij Tridentini in cap. causae omnes 20. sess. 24. de reformat. locum etiam habet in Conservatoribus Regularium. Ratio est, quia ad effectum cognoscendi de omnibus causis, etiam prophanis passivis tamen Regularium, Ordinarij censentur. Unde si in prima instantia trahantur ad Romanam Curiam, vel ad Nuncij Apostolici Tribunal, locum habet Regia protectio. Plene Regens Caldero tom. 3. dec. 149. qui num. 10. recte monet, Ordinarium esse Iudicem competentem exemptorum, quando ij electum non habent Conservatorem, iuxta Bullam Gregorij XV. §. 6. et D. Pignatelli tom. 8. consult. 33. n. 3. et 4. Vide Fagnan. in capite 11. de officio Iudicis Delegati per totum.

Vide Fagnan. in cap. licet de foro competenti ex n. 24. ad materiam primae Instantiae Ordinarijs reservatae per Concil. Tridentin.

Licet viduae, pupilli, et aliae personae miserabiles habeant privilegium electionis fori iuxta tex. in l. unica C. quando Imperator inter pupillos, et viduam &a: tamen summa est difficultas, an hoc privilegio uti possint in praeiudicium primae instantiae Ordinarij Ecclesiastici, ita ut possint causas introducere coram Nuncio, aut in Romana Curia, omissa prima instantia Ordinarij. Regens Caldero hanc quaestionem enodandam suscepit decis. 152. per totam, et parum abest, ut difficultati succumbat. Cum tamen casus disputandus contigisset inter D. Franciscum de Checa, et de Villalva, uti Manumissorem, et executorem operis pij Francisci Gomar autorem, qui judicium immissionis in Rota in prima instantia introduxerat, et Monasterium B. Mariae Montis Serrati, quod recursum habuit ad Regem, et Regiam Audientiam, jussum fuit D. Fiscali, ut desisteret ab hac pretensione, et exequi pateretur executorialia Sacrae Rotae, eo expresso motivo, quia nihil praejudicij in hoc casu Regalijs sequebatur, ut constat ex Regio Rescripto expedito 26. Februarij 1701. in Supremo Aragoniae Consilio, apud Caldero citatum num. 46. Vide Cardin. de Luca in annot. ad Concil. dis. 33. et de jurisdict. dis. 72. et 80. per tot. Salgado de retent. par. 2. cap. 31. n. 37. ubi terminanter.

371

[illegible]

Resolutio?

Ramus in [illegible] cum [illegible] [illegible] sacramenti [illegible] [illegible] solum [illegible] [illegible] [illegible] tom. 4. [illegible] 6. cap. 4. fol. 10. [illegible] tom. 8. [illegible] 13. et 14. [illegible] 13. in [illegible] fol. 691. Bellarminus [illegible] tomo 3. [illegible] sacramento [illegible] cap. 3. fol. 332. [illegible] [illegible] [illegible] solum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] 33. fol. 6[illegible].

[illegible]

Ordinatio.

Manuum impositionem esse essentialem materiam sacramenti Ordinis; instrumentorum autem traditionem solum accidentariam ceremoniam esse, probat Natal. Alexan. tom. 4. saeculo 4. cap. 4. fol. 87. quem vide tom. 8. saecul. 13. et 14. dissert. 13. in Scholion fol. 621. Belarminus vero tomo 3. lib. unico de sacramento ordinis cap. 9. fol. 772. essentialem esse putat non solum manuum impositionem, sed etiam instrumentorum traditionem. Vide iterum Natal. tom. 4. saeculo 4. dissert. 44. in responsione ad objectionem Blondelli Haeretici 33. fol. 603.

„C/oA„

Pactum Legis Commissoriæ

Certum est pactum legis Commissoriæ in pignore tan-
quam fœneratitium reprobari, non solum Iure Canonico, ex
tex. in Cap. Significante de pignor. ubi deciditur, iuramento
non confirmari, sed etiam Iure Civili, ex traditis à Leotardo
de Usuris, quæst. 70 fere per tot. Si tamen actum sit, ut debi-
tore intra certum tempus non solvente, pignus, vel hipothe-
ca, emptum, et quidem iusto pretio censeatur, valet contrac-
tus, et debitor cogitur stare promissis, ut constat ex expre-
textu in L. Si fundus 16 § ult. de pignorib. ibi: Potest ita
fieri pignoris datio, hipothecave, ut si intra certum tem-
pus non sit soluta pecunia, iure emptionis possideat rem
iusto pretio tunc æstimandam. Et hæc est concors DD. sen-
tentia, quos refert, et sequitur Leotardus, dicta quæst. 70
n. 49. Immo quamvis simpliciter actum sit, ut res sit emp-
ta creditori: dummodo non exprimatur, ut pignora emp-
ta sint pro ea pecuniæ quantitate, quæ debetur, actum in-
telligitur inter contrahentes, ut sint empta iusto pretio
arbitrio scilicet boni viri, vel Iudicis, ut cum aliis tenet di-
ctus Leotardus num. 50. Covar. Var. lib. 3 cap. 2 n. 8. versic.
Secundo pactum. Et ita expresse cavetur in L. 41. tit. 5.
part. 5, et in L. 12. tit. 13. ead. part. Ratio est duplex. Pri-
ma, quia implicat Usura absque iniustitia; hic autem
nulla iniustitia commiti videtur, cum res oppignorata, ve[l]
hipothecæ supposita, iusto pretio vendatur. Secunda,
quia huiusmodi pactum, cum contra bonos mores non
sit, nec repugnet naturali equitati, mutui contractum non
vitiat, sed illum transire facit in aliam speciem contrac-
tus, et parit actionem præscriptis verbis, cuius vigore te-
netur debitor stare promissis. Vide tamen Leotardum ubi
supra n. 52 et 53. Natal. tom. 2. Theol. Dogmat. tract. de
peccatis cap. 7. de Usur. reg. 9. fol. 301.

Patronus = Praesentatio

Certum est quod in Beneficii juris patronatu, debet praesentatio fieri de Clerico, qui tali sit tempore facta praesentationis ipsius, coram Ordinario, alias praesentatio nulla est. Pyrrhus Corrad. in prax. benef. lib. 2 cap. 5. Monacelli tom. 2. tit. 14 n. 13. Garcia de Benef. par. 5 cap. 1 n. 32 et 33. Haec autem doctrina intelligitur de vera praesentatione personae nominatae coram Ordinario, per quam acquiritur jus ad rem; non autem de nominatione, quae recte fieri potest per Patronum, et effectum sortitur, dummodo antequam praesentetur, efficiatur clericus, ut ipsimet citati DD. advertunt, et in praxi servatur. Quod potiori jure procedit attenta noba constitutione Innocentii 13 anni 1723, quae in §. 1. praecipit Archiepiscopis, et Episcopis, ne de caetero alios ad primam tonsuram admittant, quam quibus Ecclesiasticum aliquod Beneficium statim conferendum sit; et cum collatio praesentationem supponat, consequens est hodie nominationem Patroni etiam in vim praesentationis valere; immo seclusa Bulla Innocentiana, verius est, valere praesentationem laici, sub conditione expressa, vel tacita capacitatis, quoties ista superveniat durante tempore, dato ad praesentandum. Card. de Luca de jure patronat. discur. 15 n. 7 et 8. et disc. 64 n. 28.

Patronus quoad Ecclesiae reparationem.

Patronus Ecclesiae, vel Capellae, tenetur illam ornare, ac restaurare, quoniam reputatur loco Patris, obligati suppeditare filijs alimenta, aliaque necesaria. Lambertin. lib. 3. p. 3. artic. 5. n. 18. Cardinal. de Luca de Jure Patronat. discurs. 52 n. 12. et discurs. 84. per tot.

Patronato Rl.

Por Rl. orden de 10 de Junio de 1741 fue S. M. servido expedir al S.r Gov.or

del Consejo, p.r mano del S.r Carvajal
la siguiente.

Ill.mo S.r

El Rey manda q. la Camara zese en de-
mandar Yglesias p.a el Patronato, entre
tanto que S. M. se informa de estos ne-
gocios, y que si en el entretanto hallase
la Camara justificados documentos para
demandar alguna: con expresion de ellos,
pase â S. M. la noticia p.a resolver si
se ha de hazer, ô nô. Dios g.e a V.S.I.
m.s a.s como deseo. Aranjuez 10. de
Junio de 1747 = D.n Joseph Carvajal Lan-
caster. Señor Obispo Gov.r del Consejo =

Posteriorm.te expidió S. M. à la camara el Decreto sig.te:
Quiero q. la Camara me diga con q. motivo se estiende
a conocer de las causas de las Religiones de mi R.l Pa-
tronato inhibiendo â los demas Tribunales = Y publi-
cado en ella se mandó pasar al S.r Fiscal.

Y ultimamente, por Decreto de 3 de Octubre de 1748.
supra fol. ~~234~~ fue servido ~~expedir~~ reglar la juris-
dicion de la Camara, y Chancillerias sobre los nego-
cios de Patronato R.l y de las Yglesias Patronadas
en la forma, que de él consta.

Pactum futuræ successionis.

Pactum futuræ successionis, et de universa hæreditate loquamur, regulariter prohibitum, cum quia aufert liberam testandi facultatem, tum quia inducit votum captandæ mortis, tum quia contra bonos mores est. Et cum sit casus pluries à Iure decisus, ut constat ex textibus adductis à Torre, de pact. futu. succes. lib. 1 q. 1 per tot, non licet amplius dubitare. Quæstio tamen est an accedente juramento huiusmodi conventio valeat. In qua licet antiquiores Doctores negativam sententiam maiori ex parte tenuerint, quam mordicus defendit citatus Torre dicto lib. 1 cap. 5: tamen quod valeat huiusmodi pactum juratum, defendunt post Covarru. Palacius Rubi. et alios, Gutierrez de juram. p. 1 cap. 5 n. 6, et 7, qui ex hac conclusione inferunt, valere pactum de non meliorando, vel de melioratione in tertia bonorum parte facienda, favore filiæ ex causa dotis. Quæ oppinio aprobatur Iure Regio, in L. 22 Tau. circa cuius intellectum, vide Gutier. dic. cap. 53 per tot.

Et in terminis Iuris comunis, licet comuniter admissa sit distinctio inter pactum reciprocum, seu mutuum fideicomissum universale omnium bonorum, ac jurium complexivum et particulare restrictum ad certa bona vel certas quotas, ita ut pactum huiusmodi universale nullum sit, saltim deficiente juramento; particulare autem etiam sine illo subsistat, quam opinionem semper secuta est Rota, ut testatur Cardin. de Luca, de fideicom. discur. 141 ex n. 26, maxime n. 30: tamen ipse Emin. Authr.

Vide eundem Cardin. de Luca de fideicom. d. 213. per totum.

hujusmodi pacta defendit, licet sint de tota hæreditate, si juramentum accedat. Quod evidenter probare videtur. Primo, quia juramentum servari debet, quando fieri valet absque interitu Saluti eternæ, ex reg. tex. in Cap. Quamvis pactum, de pact. in 6; hic autem minime de animæ salute agatur; quia quando conventio est equalis, non inducat votum captandæ mortis, etiam secluso juramento = 2°, quia licet de Jure pactis dari nequeat hæreditas, hæc prohibitio mere civilis est, non naturalis Juris. Unde sicut donatio inter conjuges, et pariter patris in filium familias prohibetur, juramento tamen firmatur: ita similiter dicendum est in hoc casu, maxime cum testandi facultas non à Jure naturæ, et Gentium, sed à Civili tantum procedat, quod fictionem hæreditatis induxit, ad conservandas obligationes personales, atque ut testator disponat de bonis, quæ possidet, et dominium transferat post mortem, tempore quo amplius non est dominus. = 3°, quia ratio intestabilitatis non est contra bonos mores naturales, aut contra Jus Naturæ, et Gentium, ut constat, tum ex eo quod valet donatio omnium bonorum favore Ecclesiæ, vel piæ causæ, vel intuitu futuri ingressus in Religionem; tum etiam, quia Doctores contrariæ Sententiæ indistincte admittunt validas esse has conventiones, si à Jure Municipali, à Consuetudine, vel à Supremo Principe confirmentur; cum tamen ex-

tum sit, Iure Naturae et Gentium, bonosque mores naturale mutari non posse. Onde concludit Pr doctissimus, huiusmodi pacta iuramento firmari. Quid tamen inter virum, et uxorem negat Torre, lib. 1. cap. 13. de pact. quem vide. Affirmant tamen Palacius Rubeus, in Rubr. de donationib. § 80 n. 12. 18 et 19. Gutier. de juram. p. 1. cap. 3. ero n. 26. Sanchez de matrim. lib. 6. disp. 10. n. 3. qui docent, hanc donationem reciprocam praeiudicare filiis parentibus in legitima.

Pactum de non alienando.

Pactum de non alienando

Pactum de non alienando, si in testamento, vel ultima voluntate fiat, impedit dominij translationem, ideoque alienatio est nulla, dummodo tamen ex causa facta fuerit, vel in favorem certae personae, iuxta doctrinas allegata, tom. 2. observ. fo. 52. Si vero autem in contractu fiat, valet alienatio, contra alienandi prohibitionem, quamvis adversus alienantem detur actio ad interesse, L. ea lege, cod. de condict. ob causam. L. 43 tit. 5 part. 5. ibi Greg. Lopez, verbo, non vale. Quae doctrina, licet generaliter, et in abstracto vera sit: tamen si prohibitio alienandi in donatione ex causa maioratus, et successivi fideicomissi fiat, cum alienans dominium ad vitam suam restrictum habeat, et alteri post mortem defferendum sit, ea alienatio valere non debet ultra vitam alienantis, L. quoties, cod. de donationib. quae sub modo, L. 7 tit. 4. part. 5. D. Molina, lib. 1. cap. 12 n. 30, 31 et 32. Card. de Luca, de donat. disc. 65 per tot. ubi magistraliter probat, substitutum posse a tertio possessore vindicare bona subiecta fideicomisso conventionali, contra prohibitionem donatoris, sive id fiat per actionem in rem, sive personalem in rem scriptam, sive rei persecutoriam. Ratio est, quia resoluto iure dantis, resolvitur ius accipientis. Unde cum alienantis dominium, ad eius vitam terminetur, ipsa mortuo, extinguitur emptoris dominium. Nemo enim plus iuris in alium trans-

Verum licet de Anta juris censura, plures DD. tenue-
rint contrariam oppinionem, illam nimis generalit.
tradita per addentes ad Molinam, dicto lib. 1. cap. 12 n.
30, 31, et 32, et Antonium Gomez juris semper pro per-
cipi potest in L. 40. tauri, ex n. 16, Amato, resolut.
12. per tot: tamen ipsemet Amato cum innumeris,
docet num. 9. et segq. ex fideicomisso facto in do-
natione, dari alienti, ac secundo donatario, vel
substituto, utilem actionem, non solum personalem,
sed etiam rei vindicatoriam contra tertium, vel
saltem personalem in rem scriptam, et rei perse-
cutoriam. Et num. 11. docet, omnes DD. convenire
quod quando donatio fit in modum maiorazus, vel
ordine successivo, et perpetuo, sufficit, quod a primo
donatario, rei omnium nomine acceptetur. Ideoque
absque aliqua restitutione, quilibet in donatione
vocatus consequitur dominium in eodem instan-
ti, quo purificatur conditio, aut venit dies voca-
tionis. Et nota, quod licet fideicomissum sit limi-
tatum, tamen eadem doctrina procedit, ut colligit
ex Luca, dic. discur. 65. de donationib, et ex prue
deciditur in L. 7. tit. 4. par. 5. ubi Greg. Lopez, verbo,
y el Señorio

Papa

Papam in absolutum dominium omnium Ecclesiarum dis. 11.
bonorum docet Card. de Luca de praeminen. par. 2 ex
n. 14, et uti talem posse uni Ecclesiae auferre, et alteri
dare, ut contigisse refert in casibus, de quibus ibi. Sag-
narius vero in capite Quanto de translatione Epi-
copor. lib. 1. decretal. pag. 322. n. 82. docet Summum
Pontificem constitutum esse à Deo, non dominum,
sed summum dispensatorem bonorum Ecclesiae,
iuxta illud Lucae 12: fidelis est dispensator, et pru-
dens, quam constituit Dominus super familiam
suam = Cap. Non liceat, et ibi Doctores 12. q. 1.
D. Thomas 2. 2ae q. 100 artic. 1 ad. 7. ubi Cajetanus
docet, non posse Papam ad libitum donare res ec-
clesiae; posse tamen tamquam habentem apicem dis-
pensativae potestatis, multo plus de eisdem dispen-
sare, quam quicumque alius proximus Ecclesiae
alicuius Praelatus. = Ex qua doctrina infert
Paulus Rubeus in additionib. ad decisionem 251
n. 150 cum seqq. parte 3. Recent. tom. 1. non posse
Papam sine gravi peccato alienare bona Ecclesiae sine
causa, nec dare alicui licentiam dispergendi bona
Ecclesiae. Videnda Vota parte 11 Recent. decis. 351 per
totam.

Ex his colligitur, quod in terminis primae o-
pinionis, nequit Praelatus alienare bona Ecclesiae
immobilia, absque licentia Summi Pontificis, in
cuius dominio sunt, cum nemo valeat de Rebus
alienis disponere. Unde etiam seclusa extravag.
Ambitiosae de Reb. Eccle. non alien, non aliter va-
lere potest alienatio, quam ad praescriptum Sacro-
rum Canonum, requirentium copulative Solem-
nitatem, et causam. Iuxta secundam vero

oppinionem, idem dicendum est; nam si Papa nequit sine causa alienare, nec facultatem ad id concedere, multo minus poterunt inferiores Praelati.

De potestate Papae videnda sunt quae notavimus tom. 2. observ. 1a. 251. et 253.

Papae. Azor tom. 2. instit. moral. lib. 5. cap. 28. refert quinam Pontifices ex unoquoque ordine Regulari extiterint, et similiter quinam Nobiles, quinam nativitate pleveii fuerint.

Ex nobilissima familia Romana Comitum, quae vulgo dicitur de Conti, latine de Comitibus, assumpti sunt ad Pontificatum decem, scilicet Sergius III, Joannes XI, Joannes XII, Bonifacius VII, Benedictus VIII, Joannes XIV, Benedictus IX, Innocentius III, Gregorius IX, et Alexander IV, quibus adde Innocentium XIII, nuperrime vita functum.

Ex nobili Domo Sabelli, duo: Honorius III, et Honorius IV.

Ex Caietana familia, quae Romana est, duo: Gelasius II, et Bonifacius VIII.

Ex familia Ursina, unus: Nicolaus III.

Ex familia Columnensium, unus: Martinus V.

Ex Gente Romana Farnesia, unus: Paulus III.

Ex familia item Romana Cincia, unus, scilicet Joannes X.

Ex familia Genuensi Flisca, duo: Innocentius IV, et Adrianus V.

Ex Domo Senensi Picolominia, duo: Pius II, et Pius III

Ex familia Saonensi, vulgo dicta de la Ruobere, duo: Sixtus IV. et Julius II.

Ex familia Hispanica Valentina Borgia, „A02„
duo, Calixtus III, et Alexander VI.

Ex Domo Florentina Medicea, tres, scilicet Leo X. Clemens VII, et Leo XI.

Ex eadem familia Medicea Mediolanensi, unus, Pius IV.

Ex Domo nobilissima Vice Comitum Mediolanensium, unus, Gregorius X.

Ex familia Mediolanensi Crivellorum, unus, Vrbanus III.

Ex Domo etiam Mediolanensi Sfondratorum, unus, Gregorius XIV.

Ex Domo Ludovisia, unus, Gregorius XV.

Pretium.

Iustum pretium fundi est cumulus resultans ex fructibus viginti annorum, deductis expensis, iuxta comune Doctorum placitum, quos refert, et sequitur D. Covar. lib. 2 variar. cap. 9 n. 5. Cardin. de Luca de judic. disc. 33. ex n. 16. Hec tamen regula plures habet limitationes ex facti qualitate, et circunstantiis provenientes, quae apud citatos Authores videri posunt. d. f. 110 #

Pretium bonorum maioratus, quae vigore Regiae facultatis alienantur, legitime solvitur posesori, aut deponitur penes sequestrum per emptorem; ita ut iste non debeat esse solicitus de conversione pretii in certam causam expresam in Regia facultate, quando in ea ita exprimitur, ut omnimodam habeat securitatem, ut docet D. Molina de prim. lib. 1. cap. 1. ex n. 20. et signanter n. 23. ubi addentes, cuius doctrinam post longam disputationem sequitur D. Castillo de aliment. cap. 36. § 3. per n. 31. Ratio est eadem, quia emptor rei maioratus, aut annui redditus, formam, et thenorem Regiae facultatis precise servare tenetur, nec omitere, aut excedere in aliquo potest. Unde eo ipso quod solvat, observans formam, et modum in dicta Regia facultate praescriptum, tutissimus est; secus vero si aliquid omiserit, vel excesserit.

Dificultas est quando in Regia facultate ad census onerationem, vel ad alienationem, specifice disponitur, ut pretium apud sequestrum deponatur, ad efectum ut bona immobilia comparentur, atque in locum venditorum subrogentur; vel etiam quando non praecipitur pecuniam deponi, immo tradi jubetur maioratus posesori, ut ex illa emat aliam rem, vel debita maioratus extinguat. Sed utroque casu emptorem liberari tenent Molina citat. et Castillo n. 38 cum segg. facto deposito, vel tradita posesori pecunia, ad

praescriptam Regia facultati.
Alij duo casus disputantur inter DD. Primus est quando in Regia facultate pretium converti jubet in certum finem, non tamen exprimitur, an deponi debeat pretium, vel tradi majoratus posesori. In hoc dubio licet Abendaño in tractatu de Censibus cap. 61. per tot. maxime ex n. 1 ad 13. mordicus teneat, emptorem non aliter liberari, immo nec bona majoratus obligari, nisi pecunia in causam expresam convertatur: tamen Castillo citatus contrariam sententiam tenet, varijs n. 42 cum seqq. fundamentis, quae apud ipsum videri posunt. Praecipuum vero est, quod emptori in Regia facultate nihil praecipitur, cum eius executio ipsimet posesori dirigatur, ac per consequens nihil imputari valet emptori. Quando autem Regia facultas impersonaliter conceditur (et iste est secundus casus de quo agit Avendaño) eadem ratio militat, quia nihil alteri contrahenti injungitur, immo censius oneratio, obligatio, vel venditio exequi debet per majoratus posesorem. Ex quibus constat, quod raro, aut numquam tenebitur emptor ad omnimodam obtinendam liberationem, curare ut pecunia convertatur in certam causam praefixam in Regia facultate, dummodo tamen eam ad unguem observet; vel si modus solutionis non exprimatur, pecunia posesori tradiderit, aut in loco tuto deposuerit. Quae licet ita de jure procedant, consultius faciet emptor, si curaberit pretium imbestiri, in causam expresam, ut monent citati DD, praecipue vero Castillo n. 48.

Utrum autem contrahens cum ecclesia, Republica, minore, aut persona qualibet privilegiata, vel super rebus fideicomissi, bona fide, et debitis solemnitatibus adhibitis, interveniente Regia facultate, vel licentia eius, qui eam concedere potuit, sive etiam ex speciali mandato, sola vera, et reali solutione pecuniæ liberetur, an vero teneatur præcise probare præter pecuniæ traditionem, illam versam fuisse in utilitatem privilegiati, aut in causam designatam, ardua questio est, propter opinionum varietatem, quorum Authores, et fundamenta refert, et impugnat Castillo de aliment. cap. 36 § 3. per tot. maxime ex n 8. inter quos præ cæteris videndus est Avendaño de Censib. cap. 64 ex n 5. Ipse tamen Castillo, cum alijs tenet, et meo videri solide probat sufficere quod emptor probet pretij numerationem, licet non doceat, versum fuisse in utilitatem ecclesiæ, vel alias privilegiati. Non tamen sunt contemnenda fundamenta præfati Avendaño, quæ satis urgent, tum legum authoritate, tum etiam Doctorum numero, et præstantia. Hoc unum advertendum est, quod licet communiter dicatur differentiam constitui inter alienationem factam ex causa voluntaria, vel necessaria, ut in primo casu non teneatur contrahens esse solicitus de versione, secus vero in secundo, iuxta firmata per Rotam apud Merlin decis. 217. et post Cencium de Cens. decis. 263: id tamen procedit, quando in alienatione verificatur copulative concursus, tam solemnitatis, quam causæ, quæ sit vera, et sufficiens, solumque cadat difficultas super versione pecuniæ in causam expressam, vel in ecclesiæ utilitatem, ut docet Card. de Luca de alienat. disc. 3. n 3. Unde cum in casu Monasterij S. Dominici utrumque deficiat, solemnitas scilicet, et causa, solum de versione curandum est, ad effectum restitutionis pretij.

Procedentia = Processiones

Sacrum Concilium Tridentinum sec. 25 de Regularib. cap. 13 precipit, controversias omnes de precedentia, quæ inter Ecclesiasticas personas, tam seculares, quam Regulares, cum in processionibus publicis, tum in his, quæ fiunt in tumulandis defunctorum corporibus, et in defferenda umbela, et alijs similibus, per Episcopos componi debere, omni apellatione remota. Et exemptos omnes seculares, et Regulares, etiam Monachos, ad publicas processiones vocari, et accedere compelli etiam per Episcopum = Explicat D. Salg. de Reg. prot. par. 2 cap. 2. qui ex hoc principio infert posse Ordinarium Ecclesiasticum pariter componere controversias, et tumultos contingentes inter Confraternitates quascumque, etiam laicorum, ita ut quod inter eos deffinierit, sit apellatione remota, executioni mandandum, iuxta Bullam 86 Gregorij 13. Ratio est, quia cum ordo, et modus incedendi in processionibus, ferendi Crucem, et similia, sint actus spirituales, laici subiunt judicio Episcopi, qui nullam vim facit non deferen apellationi, tum ex Decreto Tridentini, tum quia hoc fit per viam providentiæ, sumarie, et de plano, absque strepitu, et figura judicij, sine prejudicio iuxium partium, in posessorio plenario, et petitorio. Advertit tamen Salgado ex n. 18, Ordinarium declarare debere in favorem illius, qui est in quasi posessione precedendi, licet per unicum actum, iuxta citatam Bullam 86 Greg. 13.

Si autem inter Confraternitates contendentes nulla sit Consuetudo, demonstrans praelationem, nullaq; quasi possessio praecedentiae, antiquior praeferri debet. Salg. citat. n. 26.

Inter Mendicantes, deficiente quasi possessione, illi praeferuntur, qui prius in locum Monasterium habuerunt, iuxta praefatam Bullam Greg. 13. Salg. ex n. 29. Si vero de prioritate non constat, dignior praeferendus, ut ibi advertit ex n. 31. omnino videndus usque ad finem capiti 9. circa hanc materiam praecedentiarum in processionibus, in tumulatione cadaverum, aliisq; similibus, tam inter Capitula Cathedralium, Dignitates, Parrochos, Monachos &c. quam etiam circa ius sepelliendi, aliosq; actus respective pertinentes ad Parrochos

Prelatus.

Prelatus agere potest nomine Monasterij et stare in iuditio in causis ad monasterium pertinentibus etiam sine capituli consensu, ut constat ex tex. expresso in cap. Conquerente de offic. ordinar. Cap. Imperatorem et iuram. calum. et cap. Edoceri de Rescript. et ibi ubique Glosa, Sagnanus qui hanc esse communem opinionem testatur, in d. cap. Conquerente ex num. 1. ad 5. et in cap. cum tempore de Arbitris num. 36. et 37. Card. de Luca de Iurisdict. discursu 2. num. 13. ubi docet, quod Rector parochialis Ecclesiae, tanquam legitimus eius defensor, potest causas ecclesiae agere. Et de Iuditijs discursu 12. n. 6. ait, monachum pro monasterio Canonicum pro capitulo, civem pro civitate, et quemlibet de populo agere posse pro pupillo, furioso, ecclesia, seu pia causa, quasi quod istae sint actiones populares, ita tamen, ut acta iuditij per tales personas facta, ante partis oppositionem valeant mero iure; parte vero opponente, legitimari debeat persona, ut ibi advertit. = Et nota quod praefati textus in cap. Conquerente de offic. ordinar. et in cap. Imperatorem de iur. calumnia, terminanter loquuntur in Oeconomo. Unde non solum verus Prelatus, sed etiam Oeconomus legitimam habent personam in iuditijs.

Abbates, et alij habentes legitimam administrationem, possunt agere sine consensu conventus cum dicantur procuratores ecclesiae suae, licet in arduis, non debeant experiri sine consensu capituli. Si tamen agant, tenet processus, licet capitulus possit contradicere. Sabelli cum alijs §. Abbas numero 10. Vantius de nullit. ex def. Mandati n. 126.

Prælatus inferior.

Prælati inferiores habentes iurisdictionem quasi Episcopalem cum territorio separato, et Nullius Diœcesis, prohibere non possunt quod Episcopus tanquam Sedis Apostolicæ delegatus visitet loca dicto Prælato subiecta, non solum in his, quæ curam Animarum, et Sacramentorum administrationem concernunt, si Ecclesiæ sint curatæ, iuxta Decretum Concilij Sess. 25. de Regularib. cap. 11. sed etiam in alijs extra dictam curam, et Sacramentorum administrationem, ut censuit Sacra Congregatio apud Sagnan. in cap. Nullus de Parochijs ~~ex~~ num. 29. ita tamen ut Ecclesiæ sint seculares, non vero Regulares. Si vero Abbas iurisdictionem Episcopalem, et temporalem in Parochos, et Parochianos exerceat, nequaquam potest Episcopus talia loca visitare, iuxta expressum textum in dicto cap. 11. Sess. 25. de Regular. Sagnan. ubi proxime num. 40. et seqq. ubi docet, id procedere non solum in Monasterijs, seu Domibus Regularibus, sed etiam in Castris à Monasterio separatis iuxta varias declarationes Sacræ Congregationis. Ita tamen, ut Episcopus manuteneri debeat in quasi possessione omnimodæ iurisdictionis in eisdem locis, si intra fines suæ Diœcesis sita sint, donec Abbas probaverit per rem iudicatam, se in illis exercere utramque iurisdictionem.

De varijs Prælatorum speciebus, eorumque Iurisdictione, vide Card. de Luca in Miscellan. dis. 1. et 2. per tot. ubi plene. Et ex eius doctrina nota, aliud esse Iurisdictionem activam, aliud passivam, ut optime explicat dict. dis. 1. in Miscel. ex n. 83.

Vide infra f. ~~260.~~ ~~B.~~ 580.ª # et 682 #

Certum est, maioratum, seu primogenium, sua pte natura perpetuum esse, atque in eo succedi ordine primogenituræ, scilicet per lineam, gradum, sexum et ætatem, de qua conclusione nemo dubitat, sive de maioratu Castellæ loquamur, sive de fideicomisso reali, lineali, perpetuo, ac descensivo in alijs Regnis, quia hæc regula desumuntur ex jure feudali, iuxta titulum de natura succes. feu. &c.

Hæc tamen comunis regula limitatur ex voluntate testatoris. Licet enim regulariter in fideicomissis relictis familiæ, vel ad eius conservationem, ex vocatione primogeniti absolute, et indefinite concepta, inducat primogenium cum successione lineali, et ordini maioratus in perpetuum: si tamen verbum primogenitus, vel filius maior taxative ponatur, relatum ad filios personæ vocatæ, tunc qualibet verba perpetuitatem denotantia, ad vocatos tantum restringunt, ut optime docet, et juribus, et authoritatibus probat Aguila ad Roxa de incompat. par. 1. cap. 2. ex n. 36. subdens ex Statute disquisit. legali 2, quod quando maioratus simpliciter instituitur et postea aliqui vocantur per speciales vocationes, tunc non intelligitur facta restrictio. Quando verò aliquibus bona relinquuntur, ut indivisa, et inalienabilia maneant, etiam sub nomine vinculi et maioratus, tunc vocatio specialis per nomen generale maioratus non ampliat, adeo ut licet testator dicat, quod vocati succedant jure maioratus, para siempre jamas, ea verba restringuntur ad vocatos, iuxta doctrinam Menochij consil. 233. quam late comprobat citatus Aguila ubi supra.

Deinde observanda est differentia inter fideicommissum, et maioratum. In fideicommissis enim, si aliquid ex dispositione Testatoris primogenito deferatur, eo mortuo, non debetur secundogenito, iuxta doctrinam originalem Baldi, qui loquitur in feudis ex pacto, et providentia, ad text. in Cap. de filis nat. ex matrim. &c. quam communiter DD. sequuntur. In maioratibus autem, primogenituris, et aliis dispositionibus perpetuis, secus est, nam ordo linealis, et qualitas perpetuitatis, facit ut extincta linea primogeniti, subintret linea secundogeniti, quae iuris intellectu, primogenialis efficitur quoad successionem, licet talis vere non sit, ut optime explicat D. Castillo lib. 5. cap. 33. cum solita allegatione Doctorum, §. 1. ex n. 28.

Unde licet testator ad successionem vocaverit Titium, eiusq. filios primogenitos, et ab eis descendentes per lineam masculinam, non ex hoc censetur inductum fideicommissum reale, et perpetuum, cum ordine lineali maioratus, ex duabus causis. 1ª ratione limitationis, quae constat ex verbis Testatoris. 2ª, quia ex simplici vocatione primogenitorum, non infertur ad ordinem maioratus, quamvis sint vocati primogenitorum primogeniti, ac descendentes ordine successivo; imo tantum abest, quod in casu proposito, et in tali specie vocationis, censeatur inductus maioratus, ut ex eo quod Testator semper primogenitos vocaverit, istos tantum, non secundogenitos vocasse intelligitur quia vocata alicuius linea de primogenito, in primogenitum, et nulla facta substitutione in favo-

rem secundogeniti, vel ejus descendentium, praesumitur testatorem voluisse vocare primogenitos duntaxat, non vero secundogenitos, juxta magistralem consultationem Menosij 225 pertat. Torre de majorat. par. 2. q. 6 per tot. maxime ex n. 15. Vide Castillo dicto lib. 5. cap. 153 n. 10 vers: vere tamen, et n. 11. 12 et 13. ubi magistraliter probat assumptum.

Ipsemet D. Castillo, lib. 2 cap. 22 n. 11. optime probat, quod si pater filium in tertio, et quinto melioraverit, atque vocaverit filium, et ejus descendentes, his deficientibus, alterum filium, ejusque descendentes, et bona perpetuo alienari prohibuerit: si majoratus verbum non adjesserit, non censebitur inductum primogenium, nec prohibitio perpetua erit, imo ad vocatos tantum, atque eorum descendentes restricta, ac proinde bona in ultimo descendente libera erunt, et alienabilia. Quam doctrinam late de more comprobat, ex praesertim ratione, quod verba perpetuitatem importantia, restringuntur ad personas vocatas. Licet enim ex majoratus natura, omnes consanguinei indefinite, et in infinitum vocati censeantur, juxta ordinem Regiae Legis, quae subintelligitur ex sola majoratus fundatione: tamen in fideicomissis secus est, quia illae tantum vocationes, et substitutiones factae censentur, et attendi debent, quae a testatore expressae fuerint, ubi aliud manifeste non appareat, ut optime advertit Castillo citat. num. 53. praefati cap. 22, lib. 2.

Pontificale

Pius V. constitutione inter suas 42. quae habetur apud Cherubinum part. 2. Bullar. et apud Navarrum de spol. § 8. Data Romae anno 1567, adjudicavit Ecclesijs Hispaniarum ornamenta, Paramenta, Res sacras, et alia bona per Archiepiscopos, et Episcopos, et alios Ecclesiasticos Hispaniarum, quomodolibet ad cultum Divinum dicata, etiam in eorum privatis aedibus, et capellis, declarans nulla, invalidas, nullius que roboris, et momenti quascumque donationes, legata, et testamenta de dictis rebus, per dictos Praelatos facta, etiam Personis Ecclesiasticis, et locis pijs, ita, ut quicumque dictas res, et bona detinuerint, cogantur, et compellantur ad illas restituendas Ecclesijs, per censuras Ecclesiasticas, et poenas, etiam furti, et sacrilegij, aliaque iuris, et facti remedia: inhibens collectoribus, et subcollectoribus Camerae Apostolicae, ne deinceps dictas res, et bona tanquam spolia suscipiant, sed illa dictis Ecclesijs consignent, et consignari faciant cum effectu. Ex quibus patet, res sacras tantum et Deo dicatas esse Pontificale, non vero ea quae sunt promiscui usus.

Sed quia nihilominus in dubium vertebatur quae res, et bona essent Pontificalia: ideo Sixtus V. 15. Maij 1587 novam constitutionem edidit, declarans quod ex tunc cunctis futuris temporibus collector generalis camerae App.cae in Regnis Hispaniarum et subcollectores ab eo deputandi, videre, et declarare deberent, quae ex dictis bonis cultui Divino vere destinata essent, et illa dicta capitula Ecclesiarum de manu dicti collectoris, vel ab eo deputati

reciperent. Ut patet ex ipsa constitutione Sixtina apud Ludovicum a Valle in prax. collector. Appo. part. 1a. cap. 11. in fine. Qui ex num. 3. refert concordiam initam die 29 Januarij 1603. inter Emin.dum Dnum Cardinalem Ginnasium Nuntium, et Collectorem generalem Hispaniarum, et Universum Statum Ecclesiasticum horum Regnorum, in qua conventum fuit, quod predictæ constitutiones Pij, et Sixti V. exequerentur per Collectorem generalem pro tempore existentem, super quo, et pretia dicto Collectori generali danda loco proprinæ, pro consignatione cuiuslibet Pontificalis, emanavit alia Constitutio Clementis VIII, sub die 12 octobris 1604.

Hæ constitutiones ex tunc fuerunt inviolabiliter observatæ; et quia sæpe evenit, quod Prelatus prefuit pluribus Ecclesijs: tunc quando moritur, in consignatione dicti Pontificalis, quæ fit ultimæ Ecclesiæ in qua obijt, illius capitulum se obligat de stando iuri alijs Ecclesijs, quibus præfuit; et postea illis petentibus fit divisio ipsius Pontificalis, adjudicando cuilibet Ecclesiæ proportionabiliter partem suam, servata forma dictæ Constitutionis Pij V. § XI, ubi id fieri mandat habita ratione fructuum, et temporis, quo Ecclesias predictas, vel Beneficia quis possedit.

Sæpe etiam evenit, quod Prelatus, vel alter Ecclesiasticus decedit ære alieno gravatus, et ideo eius creditores pretendunt Ius, etiam super dictis bonis Pontificalibus, et cultui Divino dicatis, in preiuditium Ecclesiarum, in quarum favorem defendit dictus Ludovicus à Valle non posse ab eis dicta bona

per creditores defuncti modo aliquo abdicari, tam ex dicta constitutione Pij V. quæ in §. 1. et 2. aplicat, et incorporat prædictis Ecclesijs omnia dicta bona Pontificalia, ac eis aplicata, et incorporata haberi vult eo ipso quod sunt confecta, et ad cultum Divinum destinata, et §. 3. prohibet illarum alienationem, et quamlibet dispositionem: quam etiam ex regulis iuris communis, iuxta quas res, et bona prædicta tanquam sacra non possunt alienari, obligari, hypothecari, aut in laicorum usum, et comertium converti. Res enim sacræ, et Deo dicatæ in nullius comertio sunt, nec in eis succeditur hæreditario iure cap. Nulli liceat 12. q. 1. §. Nullius, et §. Sacræ Institut. de rer. divis. cum vulgat.

In prædicta constitutione Sixti V. præcipitur omnibus Prælatis Hispaniarum, ut intra annum vel biennium ad summum, solvant Regalia, quæ in his Regnis vestuarium apellant, ratione primi ingressus in Episcopatu, et in Ecclesia. Quod ius infra idem tempus exigere debent Capitula, aliàs ipsis actio denegatur ad illud amplius petendum, cum clausula sublata, et Decreto irritanti, ut latius patet ex dicta constitutione apud a Valle citatum.

Purgatorium.

Dogma Catholicum, ex sacra Scriptura utriusque te-stamenti, Sanctorum Patrum doctrina, Divina traditione, inconcussa ubicumque Ecclesiae praxi jam a tempore Apostolorum, aliisque invictis argumentis, demonstrat Natalis Alexander tom. 4. saeculo 4. dissertat. 45. per totam. Ipsum etiam vide tom. 2. dissert. 7. art. 8. ubi probat duos Machabaeorum libros esse canonicos fol. 375.

Pensio Ecclesiastica

Licet regulariter, et sine causa nequeat Episco-
pus pensionem reservare, et imponere: Ex
justa tamen causa, ut pote pro bono pacis,
vel studio alicuius Scolaris pauperis, vel
in utilitatem Ecclesiæ, vel ex alia rationa-
bili, et honesta causa, potest illam reser-
vare, et imponere iuxta sententiam Gonza-
lez ad Reg. 8. chancellariæ glosa 5. §. 5. ex
n. 27. ad 35. Garciæ de Benefic. p. 1. cap. 5.
ex n. 295. Solorz. de Iur. Ind. tom. 2. lib. 2
cap. 11. ex n. 30. Vide tamen Fagnan. in
cap. Nisi essent de prebend. ex n. 14. usque
ad finem, præsertim n. 34. versic. Quidquid
tamen, et iterum n. 40. et seqq. Cardinalem
de Luca de pensionibus disc. 40. et 41. Tondutum
in eodem tractatu, cap. 1. D. Gonzalez Teller, in
cap. de cætero 5. de transact. n. 3. quod habetur
in Commentar. lib. 1. Decretal. par. 2. fol. 895.
Thomasin. de Ecclesiæ disciplina, par. 3. lib. 2. cap.
31. n. 5. et 6. Van Espen de Iure Eccles. universo, par. 2.
tit. 28. cap. 5. Natalem Alexan. lib. 2. Theolog. cap. 7.
art. 5. reg. 18. etc.

Hoc unum certum est, quod cum Serenissimus Dominus
Infans Ludovicus Cardinalis Archiepiscopus Toletanus
et Hispalensis in collatione aliquorum Canonicatuum
et dignitatum utriusque Ecclesiæ aliquas Pensiones reservaverit
et imposuerit super illis; et posteà à S. Sed. petierit illa-
rum sanationem: Sanctitas sua Litteras Apostolicas expedi-
vit, per quas ante omnia declarat nullas fuisse et ina-

nes nulliusque roboris, et effectus hujusmodi pensionum reservationes, eo expresso motivo, quia solum à Sed. Ap.ca reservari, et imponi valent: sanationem tamen concessit à die factæ collationis; <u>vigore tamen præsentium et nõ aliàs</u>.

Princeps quo ad Matrimonia. & Filiatio

Matrimonium, quatenus est officium naturæ, dirigitur à natura: quatenus est contractus civilis, subjicitur Legibus Principum: et quatenus est Sacramentum, dirigitur ab Ecclesia. D. thom. lib. 4. cont. Gent. cap. 78. Unde plures magni nominis theologi docent potuisse, et posse Principes temporales impedimenta dirimentia Matrimonia, constituere, ut egregiè probat Angelic. Doct. ubi proximè, et in 4. distinct. 34. quæst. unic. Articul. 1. ad 4. Sanchez de Matrim. tom. 2. lib. 7. disput. 3. Van-Espen de Iure Ecclesiast. part. 2. tit. 13. cap. 1. et 5. et iterum tit. 14. cap. 1., quibus adde, quæ adnotavimus infrà fol. 283. no le hay.

Hinc, licet, jure canonico cautum sit in cap. tanta est vis, Qui filij sint legitimi, filios Naturales legitimari per subsequens Matrimonium: quia tamen Canonum authoritas in dirigendis Spiritualibus, et Ecclesiasticis effectibus consistit, eosque non egreditur: non sufficit hæc legitimitas ad effectus temporales, et civiles, nisi præcesserint Instrumenta dotalia, aut Lex Regia, quæ tales filios per subsequens matrimonium legitimatos, pro legitimis haberi jubeat in temporalibus. Leg. 10. et 11. cod. de Natural. Liber. Leg. 20. vers. sancimus cod. de Donat. ante Nupt. Sparta de Success. legali part. 1. quæs. 18. Artic. 5. Et cum Lex Regia 1. tit. 13. Part. 4. idem disponat, quod in citato Cap. tanta est vis, continetur: consequens est, in Regnis Castellæ pro legitimis haberi filios Naturales legitimatos per subsequens Matrimonium quoad effectus civiles, et temporales, non tamen in Regno

Ex Foro VIIJ. Valentiæ sub Rubric. de His quibus ut indign. hæreditas auferunt. constat filios Naturales legitimari per subsequens Matrimonium in omnibus et per omnia.

vim citatæ Decretalis, sed vigore Legis Regiæ. Extra castellam vero, omnino necessaria est solemnitas Instrumentorum dotalium, vt cum Rotta Rom.ª, et cæteris Canonistis, docet Sparta, vbi proxime.

Hac potestate vsus est Imperator Theodosius Magnus, prohibens Matrimonia inter Consobrinos, cuius Legem laudant D. Ambrosius lib. 8. Epistola 66. et D. August. de Civitate Dei lib. 15. cap. 16; quæ prohibitio, vt cessaret, necesse erat dispensationem Cæsaream obtinere, vt constat ex Leg. Vnica cod. Theodos. si Nuptiæ ex Rescripto petant; et ex tot. tit. cod. de incestis Nupt. patet, iure civili, incestuosos, et spurios judicatos fuisse filios natos ex matrimonio contra Leges contracto.

Hinc in canon. 17. primi Concilij Toletani cautum est; verum esse Matrimonium, quod cum concubina, id est vxore minus solemni, contrahebatur, vt explicat ibid. Aguirre, et docet D. Augustin. in Tractat. de Bono coniugali; cum tamen certum sit, filios ex tali Matrimonio natos ~~...~~ pro legitimis non haberi, quo ad effectus temporales; quia Lex civilis, filium definit, quem iustæ, id est solemnes Nuptiæ demonstrant: quales non erant, quæ inter civem Romanum, et concubinam celebrabantur.

Hinc, licet verum sit Matrimonium, quod ad Morganaticam, vel more salico, contrahitur, et filij ex eo nati, legitimi sint: tamen in Feudis, cæterisque bonis Paternis non succedunt, vt constat ex cap. vnic. de Filijs natis

ex

ex Matrimonio ad Morganaticam contracto, quia scilicet ita cavetur Imperiali Lege.

Hinc, licet Matrimonium clandestinum antè Concilium Tridentin. validum esset: quia tamen occultè contrahebatur absque sacris Cæremoniis, et sinè Ecclesiæ Ministro: Contractus civilis erat, Sacramentum tamen non erat. Canus de Locis theologic. lib. 8. cap. 5. fol. 241, et segg. Indè filij ex eô nati, legitimi erant in vim contractûs; et quia deficiebat Sacramentum, Gratia non dabatur, quidquid dicat Fagnanus in Cap. Quod nobis, de clandest. desponsat. Vide Wesembecium in Paratytlis ad Tit. de Ritu Nuptiar. et Puffendorfium de Iure Naturæ, et Gentium tom. 2. lib. 6. cap. 1. num. 8, et 36.

Quibus positis: facilis est resolutio quæstionis, quam tantopêre magnificant D.D: An scilicet dispensatio Pontificia in radice Matrimonij, legitimet prolem susceptam antè contractum Matrimonium per consaguineos, quæ proinde spuria, et incestuosa erat; nam licet dubitari nequeat, Summum Pontificem dispensare potuisse, in impedimento dirimente consaguinitatis, iure canonico introducto: solùm operari potest dispensatio, ut impedimento non obstante, licitè, et validè contrahi possit Matrimonium, et quòd filij ex eo nati, verè legitimi sint; non tamen, quod spurij succedere valeant, tamquam legitimi, in vim clausulæ, quæ in Rescripto apponi solet, prolem susceptam, et suscipiendam, exindè legitimam decernendo; nam aut hujus mo-

modi Legitimatio provenit à Sacramento, aut à
contractu Parentum, aut à Rescripto? A Sacra-
mento non provenit, quia, ut definit Concilium
Tridentin. Sess. 21. hujusmodi Sacramentum cau-
sat Gratiam. Multo minus à contractu; quia
Parentes non possunt per pactum efficere, ut
filij incestuosi, et spurij, quos ante illum pro-
crearunt, legitimi fiant ad effectus civiles suc-
cessionis in Majoratu, in praejudicium vocatorum
contra Leges Regias, et Principis Majestatem:
reliquum ergo est, ut solum ex Rescripto pro-
cedat; quod, ut fatetur Innocentius III. in cap.
Per venerabilem 13. Qui filij sint legitimi, nihil ope-
ratur ad effectus civiles in terris Imperij, et
Romani Pontificij ditioni non subjectis.=

Ex consequens est, indubitabilem esse Reg. Senatus Ju-
risdictionem ad cognoscendum de quaest. proposita; quia
licet Causae Matrimoniales, et Natalium, quoties de foe-
dere Matrimonij, aut de jure spirituali agitur, ad Forum
Eccles.m pertinent: in specie de qua agitur, aliud est; q.a
nec dubitatur de Validitate Matrimonij, nec filios ante
dispensationem natos esse Incestuosos, et Spurios, nec tan-
dem tales permansuros, non obstanti Parentum Matrimo-
nio in vim Dispensationis contracto, nisi in illa apposita
fuisset Clausula, de qua supra: Ergo Legitimatio Incestuo-
si filij, non procedit à Parentum Matrimonio, nec à Dis-
pensatione, sed à Clausula, Prolem susceptam, et suscipien-
dam ex indè Legitimam decernendo; nam eâ seclusâ
obstat Legitimationi filij spurij Lex. 1. tit. 13. Part. 1. et L.
11. tauri. Vide Van-Espen Part. 3. Juris Univers. ~~[illegible]~~ titul.
2. cap. 1. ex num. 22. ad 29. et in Part. 2. titul. 26. cap. 1.

Periti

Periti sunt in duplici differentia, alij simplices testes, qui per partes elliguntur ad probandum id, quod ab eorum peritia pendet; alij vero, qui potius ad iudicandum, quam ad testificandum assumuntur per Iudicem ex officio, potius quam per partes. Primo modo, cum testes in effectu sint, eisdem regulis metiuntur eorum dicta, ac aliorum testium, ea solum differentia, quod Periti, cum deponant circa propriam artis peritiam, non per sensum corporeum sed per proprij intellectus iudicium, rationem reddere debent. Secundo modo, non tam testes, quam Arbitri, et consiliarij dicuntur. Onde in hoc sensu intrat regula, quod Peritorum iudicio est defferendum, secus vero in primo sensu quatenus simplices testes dicuntur, quo pacto non ex hoc principio sed ex alijs Iuris regulis de testibus loquentibus, eorum fides estimanda est, ut optime docet Card. de Luca de iudic. discur. 33. ex nº 20.

Vide Amayam in leg. 2. C. de iure Fisci lib. 10. Sanchez de Matrim. lib. 7. disp. 113. ex n. 6. Fontan. dec. 381. et 382.

Vid. Ley 5. cap. 69. y Ley 9. cap. 65. tit. 13. lib 6. Recop. Ley 27. tit. 5. libr. 9. Autos acord.º 126 de la p.te 1.a Escobar de ratiocin. Cap. 33. La Ley fin.l tit. 21. lib. 4.

Eandem distinctionem probat D. Laurent. Matheu, de Regim. cap. 8. § 5. ex nº 43, inferens nº 48. nullatenus iudicare, nec de questione Iuris deponere posse peritos, cum id testibus sit interdictum; imo etiam si actu deponat circa ius, minime probant, ex late traditis per Cancer. Variar. lib. 1 cap. 4 ex nº 120; et si de meritis causæ deponant, cum ea ad Iudicem pertineant, illorum dictis standum non est, quia ut optime docet D. Salg. in Labyr. par. 3 cap. 1 ex nº 28 maxime nº 34, testes deponentes ultra articulos nihil probant, nec ex eorum attestatione sententia ferri potest, ut plene probat Farinat. de testib. quest. 71 per tot.

Praescriptio actionum.

De proprietatis, et dominij praescriptione, plura adnotata reperiuntur iuxta terminos juris Communis, et Regij, tom. 1. observ. fo. 286, cum seqq. et tom. 2. ex fo. 239. Nunc agendum est de actionum praescriptione, cuius alia ratio est. Iure enim civili, omnes actiones personales, in rem speciales, mixtae, rei persecutoriae, et in rem scriptae, 30 annorum spacio praescribuntur, et solum in actione hypothecaria, 40 anni desiderantur. Et licet lex civilis in hac longissimi temporis praescriptione bonam fidem non requirat: correcta tamen reperitur, tanquam nutritiva pecati, á jure Canonico, ut constat ex Cap. fin. de praescript. et Cap. Possessor, de reg. iur. in 6°.

Dominium decem annis inter praesentes, viginti inter absentes praescribitur jure Regio, l. 19. tit. 29. partit. 3. D. Olea tit. 5. q. 1. n. 13.

Haec iuris Civilis dispositio quoad tempus limitata est iure Regio, in Lege tauri 63, quae est 6. tit. 15. lib. 4. Recop. qua cavet, actionem personalem viginti annis, et non minus praescribi, realem vero, mixtam, et hypothecariam, 30 annis extingui: hoc intellecto, quod ex eadem Lege, via executiva, decennio tollitur. Quod qualiter procedat, videndus Carleval (caute tamen legendus) de judic. tit. 3. disput. 4 ex nº 1. ad 12.

Haec quoad hypothecariam procedunt in principali debitore; nam tertius 10. aut 20. annis praescribit. D. Olea ubi supra.

Haec generaliter dicta, absque dubio vera sunt. Difficultas tamen versatur, et quidem maxima, in intelligendo qualiter huiusmodi praescriptio procedat; nam cum primum illius requisitum sit possessio, iuxta vulgarem principium, tantum praescriptum, quantum possessum: impossibile videtur, debitorem ex contractu liberationem assequi posse per praescriptionem, quippe qui nihil possidebat. Et licet dici valeat, fuisse in quasi possessione non solvendi; haec assertio nullo fundamento nititur, cum in iuribus negativis, possessio non incipiat nisi á die petitionis actoris, negationis rei, et subsecuta acquiescentia creditoris, maxime cum cessatio in petendo, facultati creditoris tribuenda veniat, ut docet Card. de Luca, de censib. disc. 20. per tot. praecipue num. 7, et de iudic. discur. 21. Deinde si reus interpellatur á creditore, in mala fide constituitur. Unde ante interpellationem praescribere nequit, ex defectu possessionis; post interpellationem vero, ratione malae fidei. Rursus: tempus non est modus inducendae, aut tollendae obligationis, iuxta notissimum iuris principium, quod falsum esset, si ex solo temporis cursu, obligatio praescriptione tolleretur. Haec adeo urgent, ut Card. de Luca citatus, tum allegatis locis, tum etiam alibi, periculosissimum reputet praescriptionis praesidium, meliusq

esse suadeat confugere ad solutionē, vel tituli praesumptionem, ex lapsu longissimi temporis, alijsque facti circumstantijs resultantem. Et doctissimi Patris Consilium tutius est, non solum ex praedictis, sed etiam quia si solutio, vel titulus tantum allegetur, probatus ex temporis cursu, deducendum non est decursum vivente debitore, aut pupillaris aetatis, cum similibus, cum tamen in praescriptione secus sit. Unde cavendum est ab Oldrado, consil. 254. post Innocentium in Cap. in Literis, extra de restitut. spoliator. docente, ad extinguendum ius alterius, vel ad praescribendam actionem personalem, posessionem, seu quasi non requiri: quam etiam doctrinam probat, licet dubius, Gratianus, decis. A n.° 45. ex Glo. in L. regularitèr §. ff. de petitione haereditat. quae impropriissimam posessionem vocat eam, quam debitor habet, et posessio appellatur à Iuris Consulto in L. etiam 45. §. fin. ff. eod. Unde colligit Gratianus, vel posessionem non requiri, vel illam habere debitorem, ut etiam tenet Guido Papa decis. 631. n. 45. et 46. Non enim perigi potest sine posessione praescriptio; nec vera posessio, sed impropriissima est, ea, quam debitor habet. Et quod sit insufficiens ad praescriptionem, ex eo constat, quod contra illum competit haereditatis petitio, quae non datur adversus titulo posidentem.

Praefatam doctrinam Cardinalis de Luca, et aliqua eius motiva, praesenserat Vela dissert. 8 per tot. Qui fatetur has praescriptiones, si bona fide, et iusto titulo non nitantur, in neutro foro locum habere, ut advertit ex num. 11, adeo ut si de mala fide defuncti constiterit, nihil proderit ad praescribendum, ignorantia, et bona fides haeredis; et ideo si reus, obiectam defuncti malam fidem non neget, sed ea supposita, temporis praescriptione tueri se velit merito condemnabitur, ex Vela citato, num. 12. cum segg. Ex quo num. 21. notandum est, praescriptionem ex se non sufficere ad tollendam obligationem, aut debitum, nisi quatenus probat solutionem ex transcursu temporis Lege desfinito resultantē. Unde ex aliquorum sententia, non praescriptio, sed solutio debet allegari, ad hoc ut debitor liberationem consequatur. Et licet Vela fateatur, hoc tutius esse, contendit tamen, sufficere allegare praescriptionem, quia videtur eam cum iuris requisitis, bonae scilicet fidei, ac praesumpti solutionis tituli allegare. An autem haec praescriptio

locum habeat contra ignorantem, quaestioni est, in qua citatus Vela ex n. 30. docet indistincte etiam contra ignorantem procedere, ex L. fin. cod. de praescript. longissim. temp. ibi: nulla scientia, vel ignorantia spectanda.

Regula est, contra impeditum agere, praescriptionem non currere, de qua, et eius materia late disserit Vela, dicta d. per tot. Vera resolutio est, ut ibi probat, praescriptionem locum habere contra facti impedimentum, quando impeditus illud potuit amovere. Hinc infert Vela, quod licet mulier iure Regio agere non possit, neque in iudicio stare absque viri licentia, ex L. 55. Tauri; cum tamen haec licentia a Iudice dari possit renuente marito, l. 4. tit. 3. lib. 5. recop., currit contra eam praescriptio; quod secus erit quod bona dotalia, quorum dominium, actionum, et iurium exercitium penes maritum residet, ac per consequens, cum uxor sit impedita iuris impedimento, quod nequaquam removere potest, praescriptio non currit.

Sed quid in filio familias? Vela citatus, distinguit inter bona, quorum usufructus ad patrem pertinet, simul cum administratione legali, et illa, in quibus usufructus non est patri quaesitus. In primo casu praescriptionem non currere asserit contra filium familias, tanquam legitime impeditum impedimento iuris, nullatenus amovibili, ut ibidem contra alios docet ex n. 1 ad 20. In secundo vero, praescriptionem locum habere affirmat, contra Petrum Barbosa, in L. cum notissimi, 7 § illud, ex num. 22. cod. de praescript. 30, vel 40 annor. Ratio est quia nec inverecundum, nec inhonestum censeri debet, filium ne res suas amittat, id facere, quod ius sibi permittit, ut scilicet patrem urgeat, quod pro bonis adventitiis agat, vel filio licentiam ad agendum praestet. Quid in infante? si in patris potestate sit; cum pater eius nomine adire possit hereditatem, vel fideicommissum, aut legatum agnoscere, prout etiam tutor nomine pupilli, ut cavetur in l. si infanti 18. C. de iure deliberandi, curret contra eos praescriptio in iure quaerendo. Gratianus cap. 475. Vela (licet non in terminis) d. disertat. 9; quia praescriptio currit contra impeditum impedimento iuris, quomodolibet amovibili.

Praescriptio in hypothecaria

Certum est, tertium possessorem rei hypothecae subiectae,
posse directe conveniri, nulla facta excussione bono-
rum principali debitoris, quando hypotheca adiecta
fuit in contractu censuali. Licet enim in aliis contrac-
tibus, quibus specialis hypotheca adscribitur, non possit
tertius conveniri, nisi excusso antea principali
debitore, ut constat ex tex. in Auth. Hoc si debitor
Cod. de pignor. iunctis doctrinis adnotatis tom. 1. obser.
fol. 69. tamen in censu secus est. Disparitatis ra-
tio est, quia hoc hypotheca specialis in censu fortior
est ceteris, cum potius sit ius reale constitutum
super fundo, quam onus, et ideo hypotheca irre-
gularis dicitur. D. Covarrub. lib. 3. Variar. cap. 7.
num. 6. et 7. Avendaño de censib. cap. 23. ex nu. 15.
Rodriguez de annuis Reddit. lib. 2. cap. 19. n. 11.
Gutierr. lib. 2. practicar. q. 167. n. 4. Selvanus de
Solis de censib. lib. 3. cap. 4. n. 9.
His suppositis difficillima quaestio est, an, et quan-
do tertius possessor rei censui specialiter suppo-
sitae praescribat contra creditorem dominum cen-
sus actionem hypothecariam. In qua difficultate
verissima resolutio est, tertium possessorem cum ti-
tulo, et bona fide, decem annis inter praesentes, et
viginti inter absentes praescribere adversus hypothe-
cariam actionem, et a debiti solutione liberari. leg.
1. et 2. Cod. si adversus creditorem. leg. 27. tit. 29. par-
tida 3. leg. 39. tit. 13. partit. 5. Antor. Gomez in leg.
63. tauri, et alii quos refert, et sequitur Solis dict.
lib. 3. cap. 4. num. 12. Olea tit. 5. q. 1. num. 13. Dubi-

um tamen fere inextricabile meo sensatur, a quo scilicet tempore incipiat currere prescriptio, an à die quo debitor principali cessauit in solutione, ac per consequens fuit in mora soluendi; an autem ab eo die, quo tertius cœpit rem ipsam titulo, et bona fide possidere. Feliciànus ubi proxime secutus Gregor. Lopez in dicta leg. 27. tit. 29. partit. 3. aliosque plures DD. docet, et validissimis quidem fundamentis, hanc prescriptionem incohari ab eo die, quo tertius possessor cœpit rem ipsam censui oneri afectam possidere.

Contrariam tamen sententiam tenet Vela omnino videndus tom. 2. disert. 34. ex num. 70. ad 94. maxime num. 77 cum sequentibus. Olea dicto tit. 5. q. 1. num. 13. Fontanella de pactis claus. 4. glos. 18. part. 5. à num. 51. Ratio est duplex. Prima, quia cum dominus census solutionem actionem pere teneatur à debitore principali, immo etiam ab extraneo, fuit legitime impeditus ad agendum contra tertium; prescriptio autem contra impeditum agere currere non potest. Hoc tamen fundamentum tutum non est, quia potuit creditor agere directe contra tertium ut supra diximus, et ideo impeditus non fuit, qui potuit impedimentum ammouere. Secunda ratio est, quia dum debitor principali soluit, si creditor à tertio hypotheca possessore petat, excludi poterit exceptione doli mali, cum audiendus non sit, si exigere creditum vellit à tertio, dum à principali debitore persoluitur. Cum in comperto est, leg. tauri 63. non procedere in prescriptione contra tertium, sed solum in actionis hypothecaria contra debitore principali eiusque herede, ac proinde

correcta non est dispositio legis h. et 2. Cod. si adver sus creditorem legis 27. tit. 29. partit. 3. leg. 39. tit. 13. partit. 05, ut docent omnes Regnicolae, praeterea vero, Salicianus, et Olea ubi supra. Et pro oculis semper habenda est doctrina Emin. Card. de Luca de qua supra fol. 278. nam si ibi tradita vera sunt, prout omnino esse videntur, hoc questio inutilis est, eo quia solum incipere potest prescriptio actionis hypothecariae favore tertij possessoris rei censitae à die petitionis creditoris, negationis rei convent. et subsequuta acquiescentia. Inde vanum omnino est inquirere, an incohetur prescriptio à die quo debitor principalis fuit in mora solvendi, an vero à die quo tertius incepit possidere titulo, et bona fide rem census suppositam, quia neque uno, neque alio medio constituitur tertius possessor in quasi possessione non solvendi. Retenta tamen communi sententia cui maxime favent ll. Regiae partitar. supra citatae, et lex 1. et 2. C. si advers. creditor. prescript. opponatur, advertendum erit cum Arias de Mesa lib. 1. variar. cap. 47. n. 1. 2. et 3. non aliter liberari tertium possessorem hypothecae quam si iustum titulum et bonam fidem habuerit; quod contingere non poterit, si in instrumento venditionis, aut cessionis expressum fuerit, rem quae venditur, aut ceditur census hypothecatam esse, ut communiter fit. Inde regulariter prescriptio hypothecaria per decennium non procedet. Ubi vero petitio actoris, negatio rei, et subsequuta acquiescentia creditoris concurrat, saltim longissimo tempore 40. annorum prescribet tertius pos-

senior, ex traditis tom. 2. observat. fol. 239.

Prescriptio 20. annor. aut infra non incipit curre re contra adultum, nisi in alterius persona inceperit, quia tunc continuatur in minore, licet restituatur contra lapsum temporis quod contra ipsum cucurrit. Praescriptio autem 30. annor. vel ultra, incipit currere contra minorem, cui tamen competit restitutio infra quadriennium, contra hanc longissimi temporis proscriptionem. leg. 9. tit. 19. partit. 6. ubi id expresse cavetur.

Proscriptio

Quando titulus est reprobatus à iure, et cui lex resistit, seu manifeste viciosus, veluti, si sit contractus alienationis factus ab ecclesia, minore, Civitate de re immobili, et absque causa, seu debitis solemnitatibus, non prestat iustam causam proscribendi, immo constituit proscribentes in mala fide, tam in longi, quam in longissimi, seu immemorialis tempores proscriptione. cap. 2. versiculo Contractus, ubi Glosa, et communiter DD. de reb. ecclesiae non alienand. in 6. Fontanella de pactis clausula 4. glos. 13. part. 4. ex num. 47. D. Molina lib. 2. cap. 6. ex num. 66. maxime num. 68 vers. ceterum. ubi Addent. cum aliis. Sivero titulus non est omnino à iure reproba tus, sed talis, cui nec ius assistat, nec resistat, locum habebit longissimi, vel immemorialis temporis proscriptio. m.pa. f. 238.

Praescriptio in materia decimali

Licet Regibus nostris ius competat decimas, quas tertias vocamus, exigendi ex Apostolicis Concessionibus, ex omnibus fructibus decimalibus, et certum sit fisci Regij intentionem in universa Hispania iure subnixa: tamen si aliquis titulum ostendat, aut privilegium Regium, tutus erit in iure has decimas percipiendi. Idemque est, si praescriptione immemoriali tueri se vellit, dummodo eius requisita probet, ut expresse deciditur in L. 4. tit. 21. lib. 9. Recop. D. Castill. omnino videndus, in trac. de tertijs, cap. 22. cum multis seqq. qui cap. 23. non solum praescriptionem immemorialem admittit ad hoc, ut quis valeat ius activum percipiendi tertias acquirere, aut passivum exemptionis ab earum praestatione, sed etiam Consuetudinem, quae memoriam hominum excedat, ut prosequitur cap. 24. subdens cap. 25. fiscum iuvari non posse contra hanc consuetudinem, aut praescriptionem, beneficio restitutionis in integrum, etiam ex capite iusta, et probabili ignorantia. Rationem tradit cap. 28. quia licet regulariter, in praescribendis iuribus incorporalibus requiratur scientia, et patientia illius, contra quam praescribitur: hoc solum procedit in praescriptione longissimi temporis, non vero in immemoriali, ex veriori sententia, ut comprobat n. 5. licet contra sentiat D. Covar. in Reg. possessor, in princ. 2. part. n. 8. vers. denique. Sed quidquid sit de veritate huius sententiae, certum tamen est, quod non solum in terminis iuris communis, sed etiam post L. 4. tit. 21. lib. 9. Recop. ex immemorialis temporis cursu praesumi deberet scientia, et patientia Principis, si necessaria foret, ut latissime prosequitur D. Castillo dic. cap. 28. ex n. 6. usque ad fin. = Cave tamen ne immemorialis remedio utaris in vim praescriptionis, ex traditis a D. Larrea Alleg. 46. per tot. ubi nervose probat, hanc praescriptionem etiam immemorabilem minime suffragari.

Prælegata

Certum est, hæredi universali, à seipso legari non posse atque legata, seu prælegata à se ipso facta, nulla ab initio esse, et pro non scriptis haberi, iuxta expressum tex. in L. qui filiabus 17. §. ult. cum L. segg. L. plane 34. §. si duobus, L. legatum 116. §. 1. L. ab omnibus, 104. § In Attio, ff. de legat. 1. L. Titia 35. §. 1. L. miles. 77. §. pro parte ff. de legat. 2. L. 8. §. fin. ff. de his, quib. ut indig. Plenissime Bellonus de iure accrescen. tom. 2. cap. 7. quæst. 29. Peregrin. de fideicom. art. 7. n. 1. et segg. Cyriacus controver. 204. ex n. 160. Marta de succes. legali, par. 4. q. 21. ex n. 37. et per tot. Ratio est, quia nemo potest esse creditor, et debitor sui ipsius, L. si quis pro eo. 57. §. 1. et L. Grannius 72 ff. de fideiussor; quia incompatibile omnino est, hæredem à semetipso legata petere, aut deducere. Quæ omnia procedunt, dummodo duo copulative concurrant. 1°, quod legatum hæredi à se ipso relictum sit. Secundo, quod ab ipso adeatur hæreditas, ut docet Bellon. ubi prox. n° 3. subdens n° 4. et segg. quod si testator instituat duos, aut plures hæredes, et uni eorum aliquid leget, aut simpliciter, aut etiam ab omnibus hæredibus: legatum pro ea parte, qua ipsemet sibi præstare debet, non valebit, quia respectu illius militat eadem incompatibilitatis ratio, quæ dispositionis invaliditatem operatur, scilicet, quia idem sibi ipsi obligaretur, quod iuris ratio non patitur. At pro ea, quam capit à cohærede, seu cohæredibus, valet legatum, quia cessat eius respectu ratio incompatibilitatis. Unde recte dicimus, hæredi à semetipso legari non posse, à cohærede vero posse. d. L. legatum. 116. §. 1. de legat. 1. et ibi omnes.

Hæc clarissima sunt. Difficultas vero est, etquidem maxima, an supposita nullitate legati, aut prælegati, hæredi à semetipso relicti: si à testatore gravatus sit hæreditatem per fideicommissum restituere, eveniente conditione, prælegata antea inutilia, tanquam præcipua deducere valeat, an vero transeant cum reliqua hæreditate, et bono-

rum Universitate, in fideicomissarium. In hac quæstione, Marta de successio. lega. par. 4. quest. 21. art. 11. ex n.° 37. et Cyriacus, tom. 2. controv. 204. ex n.° 110. mordicus tenent, prælegata in restitutionem venire, et minime ab hærede gravato detrahi posse, tanquam præcipua, eoquod supposita tanquam indubitabili nullitate legati, aut prælegati, à se ipso relicti, nullo pacto potest tractu temporis convalescere. L. quæ ab initio 201. ff. de reg. iur.

At è contrario Card. Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 7. n.° 10. Peregrin. de fideicom. art. 7. ex n.° 11. et Card. de Luca, in eod. tract. disc. 131. n. 12. quos omnes, et alios refert, et sequitur Condut. tom. 1. resol. civil. cap. 85. per tot. mar. ex n.° 11, et Bellon. de iure accrescen. cap. 7. q. 29. n.° 17. et 18. absolute docent, posse hæredem gravatum, eveniente casu fideicomisi, legata deducere, sibique præcipua habere. Ratio potissima est, quia in hoc casu cesat incompatibilitas, de qua supra, et legata, neque nulla fuerunt, nec pro non scripti haberi possunt, quia non ab hærede relicta intelliguntur, sed à fideicomisario, à quo deducere debet hæres, quasi legata huiusmodi præceptiones. Quando enim (inquit Bellonus) testator confert legatum in tempus restituendæ hæreditatis, censetur illud potius a fideicomisario quam ab ipso hærede relinquere. Ideo fit, ut valeat, et capiatur iure legati, etiam pro portione hæreditaria. Idque est, quod voluit Iurisconsultus, in L. si legatus 30. §. multum interest. ff. ad trebel. et clarius Iustinian. in §. si quis vna, instit. de fideicom. hæredit. vbi distinguit inter casum, in quo hæres aliqua re deducta, seu præcepta, rogatus sit restituere hæreditatem, et casum, in quo quarta parte retenta, rogatus est hæres hæreditatem restituere. In hoc vltimo casu, scindi actiones docet, et pro dodrante in fideicomisarium transferri, pro quadrante vero apud hæredem manere. In primo autem, docet ex Senatus consulto, in solidum actiones transferri, et rem, quæ remanet apud hæredem, sine vllo onere hæreditario, apud eum manere, quasi ex legato ei acquisitam. Quod nulla alia ratione fit, nisi quia legatum tali casu, non ab hærede, sed à fideicomisario, eveniente casu fideicomisi, et sub

eadem conditione relictum censetur. Et cum actiones ex Senatusconsulto in fideicomissarium transierint, nihil prohibet legatum valere, cuius dies ante eventum conditionis non cesserat. Idemque est, quando testator expresse non distulit legati praestationem in tempus restitutae haereditatis; quia ne actum frustatorium fecisse dicatur, capienda est interpretatio, ut separare voluerit praelegata ab universo corpore haereditatis in casu restitutionis, tuncque, et non alias ab haerede detrahantur, ut explicat Peregrin. dict. art. 7. n. 16. Tota igitur ratio, propter quam haeres eveniente conditione fideicomissi legata deducit, est quia ex praesumpta testantis mente, non à servo, sed à fideicomissario relicta intelliguntur, eorumque dies non cedit ante casum fideicomissi.

Proprietas, Dominium. Et de mater.ª censualis atq.ª jur. Retractus

Dominium est, Jus de re corporali perfecte disponendi, aut vendicandi, dummodo lex, aut conuentio non obsistat. Hec deffinitio communis est, et a nemine controuertitur. Et licet aliqui DD. theorici, scilicet ~~Garauius~~ Duarennus, Corrasius, et alij in miscellanea iuris lib. 6. cap. 10. num. 2. ut ipse Corrasius refert, differentiam constituere voluerunt inter proprietatem, et Dominium, ut scilicet proprietas consideretur tantum quatenus differt ab Vsufructu; Dominium vero ex proprietate, et Vsufructu coalescat, quo sensu accipitur in §. finitur, Institut. de Vsufructu, et alij similiter theorici Dominium esse contendunt solum directum, non autem Vtile: tamen communis, vera, et indubitabilis sententia est, idem esse proprietatem, ac Dominium adeo ut promiscue Iuris Consulti et Imperatores, utroque verbo Vtantur ad significandum dominium, sive ius illud perfecte disponendi aut Vindicandi, ut constat, ex innumer. textib. relatis à D. Castillo de Vsufructu cap. 75. per tot. maxime ex num. 16. et ita docent apud eum Barth. et primarij iuris Interpret. Quod nullam habet difficultatem atenta leg. 27. tit. 2. part. 3. ibi: La propiedad tanto quiere dezir como el señorio que el home à en la cosa. et ibi D. Gregor. Lopez, verbo, tanto quiere dezir, expresse docet, quod Dominium, et proprietas idem sunt. Et Cujacius, in leg. naturaliter, §. nihil commune ff. de adquir. possession. stultos vocat sentientes differentiam aliquam constitui posse inter dominium et proprietatem, et Alexand. Claudeni. de analogia lib. 1. cap. 5. n. 5. ait, contrarium asserentes nescire quid dicant. Vnde dubitandum non est, idem omnino esse proprietatem, ac dominium. D. Castillo d. cap. 75. de Vsufructo ex num. 16.

Vide D. Solorzano de jur. Indiarum tom. 2. lib. 2. cap. 2. n. 6. et d. ubi approbat distinctionem directi, et utilis dominij, et num 23. cum segg. ubi probat, idem esse dominium, ac proprietatem, adeo, ut verbum Proprietas in utili tantum dominio verificetur. et utilis dominus verum dominium, ac proprietatem habere dicatur.

Dominium triplex est: Altum, Directum et Vtile. Altum dominium est, suprema illa Iurisdictio, et protectio subditorum, quæ Regibus competit, et quo summi Imperij nomine ab DD. explicatur. Directum est illud, quod

Retinet Dominus, dum rem propriam alicui in emphiteu sim concedit, retenta annua pensione, vel canone. Uti le vero est illud, quod in emphiteutam transfertur. Et licet communiter apud DD. appelatione domini, solum directus dominus intelligatur, quia analogum abso lute prolatum, stat pro famosiori analogato: tamen emphiteuta, qui utile tantum dominium habet vere et proprie dominus est, ut probat Venturer Portugal de Donat. lib. 3. cap. 12. ex num. 43. adeo, ut quamdiu durat, vincat directum dominum a quo causam habet, ut constat ex leg. 1. §. qui superficiem ff. de su perfic. et ex Cap. 1. §. insuper de prohibit. alien. feud. per Frideric. Qua ratione ei utilis rei vendicatio competit Cap. 1. §. rei, de investit. de re aliena factal. Et sic a praefata distinctione inter utile, et directum dominium, tanquam communi, et in praxi admissa recedendum non est, iuxta magistralem doctrinam Fontanel. claus. 4. glos. 18. ex num. 79. qui omnino vi dendus est.

Alleganti directum dominium, incumbit onus probandi, ut docet Bas cum aliis in theatro iur. prudent. p. 1. cap. 30. num. 53. Potest tamen pluribus modis proba ri. Primo, per scripturam, aut instrumentum concessio nis, et obligationis, seu promitionis emphiteutae; nam cum is contractus suapte natura scripturam expo gat, adeo institut. de locato, cap. 1. §. postquam de censibus in 6. nullo modo poterit relevantius pro vari directum dominium, quam per scripturam concessionis, ut ibidem notat Bas, et ante eum Vela disert. 12. a num. 81. Deinde probabitur per tres recognitiones emphiteutae, immo per duas, ut plures DD. volunt. Vela disert. 33. a num. 70. Bas ibidem num. 55. qui num. 58. monet, quod unica confessio seu recognitio solum probat directum domini um, quoad confitentem eiusque haeredes, non vero quo ad tertios possessores, quia semper subsistit

non obstante unica recognitione ratio legali, quod confessio non est modus transferendi Dominium, nisi forsan cum unica recognitione concurrat repetita solutio canonis à possessoribus, nam tunc probatur directum dominium, etiam quoad tertium, ut docet Anton. Faber in Cod. lib. 4. tit. 43. definit. 63. et cum alijs Bar citatus num. 59. Similiter, si cum unica recognitione concurrat Laudemij solutio et laudatio domini directi in alienatione rei emphiteutica, probabitur directum dominium, etiam quoad tertium.

Deinde tenetur dominus directus probare identitatem fundi emphiteutici recogniti, et hoc probatio indiget adminus duobus confinibus Bar d. cap. 30. nu. 60. nec sufficit enuntiativa facta in instrumento venditionis quod scilicet tale predium, aut domus sit sub directo dominio titij; quia nisi accedat canonis et laudemij solutio vel subsecuta titij laudatio aut alia instrumenta equipollentia, non probatur identitas, nec directum dominium. Ratio est, quia requiritur in hoc contractu emphiteutico scriptura non solum ad probationem, sed etiam ad substantiam, iuxta veriorem oppinionem, apud Bar citatum. num. 62. et in omni sententia requiritur pro forma ad probationem. Unde si de scriptura non constet, pro libertate fundi contra dominum directum respondendum est. Nemo enim dubitat, emphiteusim esse speciem servitutis, et cum quolibet res presumatur libera, nisi servitus probetur imposita leg. altius Cod. de servitut. leg. Prima Cod. eodem. Cancer p. 1. cap. 11. de emphiteusi num. 30. Mantica de tacit. et ambig. tom. 2. lib. 22. tit. 20. num. 8: dubitandum non est, actorem dominium directum et servitutis impositionem pretendentem, utrumque probare debere, maxime cum contra illum stet libertatis presumptio, ut optime cum alijs prosequitur Bar citatus num. 63. et 64.

Sed que huiusmodi presumptio libertatis evanescit, si actor probaverit, predium esse intra limites proprij territorij, pertinentis ad suum directum dominium, ut ibi advertit.

Ius Retractus

His suppositis, notandum est primo, domino directo competere ius prolationis, seu retractus, quando venditur res censita, quod ius poterit de iure communi intra duos menses à die notitiæ, iuxta leg. final. Cod. de iure emphiteut. Fontanella d. claus. 4. glos. 18 p. 1. num. 80. aliaque iura, quæ ibi recitat, et expli cat. Bas omnino videndus d. p. 1. cap. 30. per tot. inter quæ præcipua sunt, ius commissi, et caducitatis propter denegatum directum dominium, vel cessationem in solutione canonis per triennium; laudemium ex qualibet alienatione, quæ fit titulo oneroso aut censuis oneratione super re censita, et retractus seu prolatione quæ in Regno Valentiæ Fatica dicitur, et quæ solum competit infra duos menses, iuxta expressos tex. in d. leg. finali Cod. de iure emphit. et in Cap. Potuit de Locato. Bas citatus num. 217. qui recte advertit hunc terminum currere, non à die celebrati contractus, sed à die quo emphiteuta denuntiaverit directo domino, rei emphiteuticæ venditionem ut citata iura disponunt.

Vide l. 28. tit. 8. partita 5. et ibi Gregor. Lopez. Et nota, quod data caducitate, extinguuntur obligationes, census, et hypotheca, ita ut emphyteusis libera devolvatur ad Dominum directum. Salgado in labyr. par. 3. cap. 3. ex n. 32. Non tamen incurritur ex pignore, obligatione, aut hypotheca, aut census oneratione, quia hec omnia fieri valent irrequisito domino directo, ut ibi probat ex num. 17. Cardin. de Luca de emphyt. discur. 45. Vide tamen Bas cap. 30. ex num. 112.

De materia iuris retractus competentis domino directo in vim prefatæ Legis fin. Cod. de iure emphit. et text. in Cap. Potuit de Locato, omnino videndus est D. Olea, de cess. iur. tit. 3 q. 2 ex n 18. et Antonius Faber in Cod. lib. 4. tit. 43 per tot. ubi plenissime explicat naturam contractus emphyteutici, et iura domino competentia in vim directi dominij. Præcipue vero observandum est ex eius doctrina, ibid. deffinitio. 48 n 8. cum Guido Pap. quest. 42 n 2 ubi addentes, ius hoc prolationis seu retractus, non habere locum de iure in casibus, in quibus laudimia non debentur. Et rursus observanda est differentia inter Ius Regium, et commune quoad laudemij quantitatem. Iure enim communi, laudimia

quinquagesima pars est pretij rei venditæ, iuxta d. L. fin. Cod. de jure emphyteut. In Regno vero Castellæ vigesima tantum solvitur, ut monet D. Olea citatus, sub num. 31 vers. ex quibus.

Similiter notandum est, aliud esse retractum competentem ratione directi dominij, aliud vero prelationem, quæ domino census ex Bulla Pij V. competit, quoties res censita alienatur. Licet enim dominus census hoc casu retraere possit rem censitam, iuxta citatam Bullam Pij V, atque jus istud cum ipso censu in eius cessionarium transferatur, ut advertit D. Olea, dic. tit. 3 q. 2 n. 31. tamen certissimum est, secus esse iure comuni, et ex natura contractus censualis L. dudum, cod. de contrahen. empt. Unde docent DD. quos refert, et sequitur Leotardus de usur. quest. 56. ex n. 23. quod in Hispania, Sicilia, et alijs Regionibus, in quibus non servatur Constitutio Pij V, hoc prællationis ius, domino census non competere, nisi id nominatim conventum sit; immo etiam si partes convenerint, hoc pactum nullum esse, seclusa Bulla Pij V, et in Hispania tenet Gaspar Rodriq. lib. 2 de ann. redd. q. 1. n. 24. quam sequitur Leotardus citatus, n. 34.

Deinde omnia bona præsumuntur libera, et allodialia, nisi contrarium probetur per investituram. Gratianus, cap. 651 ex n. 3 et apud eum Surd. consil. 135. n. 24 usque ad 28. Ratio est, quia quilibet præsumitur suo, et non alieno nomine possidere, L. tertia ff. de solution. et cum emphyteuta naturaliter tantum, et nomine Domini possideat: inde est quod nisi constet de investitura, semper proprio nomine præsumitur quis posidere bona, tanquam libera, et allodialia. Vide Sabelli § dominium. n. 3.

Emphytheuta caducitatem incurrit eo ipso quod rem emphytheuticam notabiliter deteriorem faciat, maxime si emphytheusis Ecclesiastica fuerit, iuxta tex. expres. in Authentica Qui rem, cod. de sacros. Eccles. et in Novela 120. cap. 8. Clarus, § emphytheusis, quest. 26. D. Salg. de Reg. protec. par. 4. cap. 3. nº. 206. Bar cum alijs, in theatro juxisprn. par. 1. cap. 30. nº. 125.

{ Census triplex est; reservativus, qui fit, quando transfertur res in aliquem, tam quoad directum, quam etiam quoad utile dominium, certa pensione super ea reservata: Emphyteuticus, qui tunc celebratur, quando utile dominium tantum transfert, retento directo; et consignativus, qui contrahitur, quando

qui super proprium fundum annuum reditum constituit quorum omnium naturam optime explicat Fontanel. Clau. 4. glo. 18. par. 1.

An in Censu emphyteutico locum habeat remedium Legis 2 cod. de rescind. vend. et cap. 2. et 3. extra. eod. vel etiam læsio enormissima, questio est non modica, de qua latissime agit Fontanella cit. ex n. 23. ad 96. et post rellatas varias opiniones, distinguendum esse docet inter res inutiles, steriles, aut ruinosas, in quibus ut fructum reddere possint multum est impendendum, et alias, quæ fructum afferunt parvis impensis. In 1.o casu negat læsionem intrare, licet minima pensio persolvatur, quia Canon solum prestatur in recognitionem directi dominij, ut ibi probat ex n. 43. In secundo vero casu, probat, contractum esse læsivum, eo ipso quod Canones, seu pensiones redactæ in pecuniam, non respondeant annuis fructibus rei censitæ: ita ut iusta pensio dicatur ea, quæ in 20. annis faciat iustum rei valorem, ut optime probat ex n. 48. Neque differentiam admittit quoad læsionem inter dominum concedentem, et emphyteutam, sed indistincte ex capite læsionis rescindi posse contractum asserit: hoc intellecto ut regula supra tradita ad diiudicandum an pensio constituta sit iusta, ita procedat, ut haberi ratio debeat directi dominij, et iurium dominicalium, manentium penes dominum concedentem, quæ tertiam pretij partem constituunt, ut explicat ibid. n. 79; et facta hac deductione, si quid innumerata pecunia ab emphyteuta domino solutum sit, coniungendum etiam est cum valore pensionum, ad iustum pretium æstimandum. = Hæc procederent in emphyteusi laicali, in ecclesiastica vero docet ex n. 90. q.d eo ipso quod non constat de ecclesiæ utilitate, licet læsio non probetur, contractus est nullus. Cap. Ad nostram de reb. Eccl. non alien. Clement. 1 eod. tit. Cap. Ambitiosæ extra. eod. quia ecclesia dicitur esse in damno, eo ipso q.d non est in lucro. Vide Card. de Luca, de emphyt. disc. 54 ex n. 6.

Privilegium.

Nobilis ex causa aeris alieni, carcerari non potest, nisi procedat ex delicto vel quasi, l. 39. tauri, et ibi DD.

Agricolis competunt jure Regio maxima privilegia, quae habentur in l. 25. tit. 21. lib. 4. Recop. et ibi Narbona fol. mihi 63.

Privilegium immunitatis a gravelis servanda sunt, non tamen comprehendunt noba tributa, et extra ordinem imposita. Unde eo non obstante solvere tenentur privilegiati donativa gratiosa, ut probat Balmazeda de Collectis q. 46.

Disputant DD. an huiusmodi privilegia indigeant noba Successoris confirmatione, de quo videri potest citatus Dor. n. 6. Et sive de hoc disputetur, sive de qualibet alia controversia super privilegiorum rigore intelligentia, et observantia, pertinet jurisdictio privatiua ad Regij Patrimonij Senatum, inhibitis Cancellarijs, et alijs Regijs Auditorijs, ex Regio Diplomate apud Balmazeda cit. loco n. 8.

Hoc unum sciendum est quod licet plura sint concessa privilegia exemptionis á gavelis, prout oppidis nuncupatis Valderas, et Simancas, ac etiam descendentibus Antonij Garcia: tamen ex Regia Pragmatica anni 1682, restricta est immunitas dictorum descendentium ad agnatos, exclusis feminis, et ab eis procedentibus.

Pupillaris Substitutio Pupillaris

Pupillaris substitutio duplex est: altera fideicommissaria, et altera directa. Fideicommissaria pupillaris habet locum, quando verbis directis in codicillis substituitur quis filio impuberi sub Patria potestate constituto, eâ conditione, si in pupillari ætate decesserit: quo casu, cum non possit directò valere, venientes ab intestato censentur gravati restituere vocato ex fideicommisso pupillari, non modò bona testatoris, sed universam pupilli hæreditatem, retenta solà illius quarta parte ratione trebellianicæ juxta dispositionem Leg. Scævola 76. ff. Ad trebell. Philipus Massinius in secunda part. cod. ad Leg. Juramoris 1. cod. de Impub. et aliis subs. num. 2, et 3. Emanuel Acosta in Cap. Si Pater, part. 3. verb. obliqua, num. 38. fol. 376. et plenius in verb. Interdum fol. 387, ubi post explicatam citatam Leg. Scævola 76. ff. Ad trebellian. quærit, quale fideicommissum, et quorum bonorum fuerit illud, ad quod directa pupillaris in eo tex. tracta fuerit: An scilicet, vulgare, nempe bonorum solius testatoris, defuncto ab Impubere post mortem ejus datum, juxta terminos Leg. Coheredi 41. §. Cum filio 2. alias. Quod si heredem 3. ff. de Vulgar. ibi: Nec fideicommisso propriæ facultates filij tenebuntur; an verò pupillare, juxta terminos Leg. Si fundum, alias si titio, 92 §. Sicuti de Legat. 1. ibi: sicuti conceditur unicuique, ab eo, ad quem legitima ejus hæreditas, vel bonorum possessio perventura est, fideicomissum dare: ità et ab eo, ad quem impuberis filij legitima hæreditas, vel bonorum possessio perventura est, fideicommissa rectè dabuntur. Multum enim interest, an hoc, an illud fideicommissum intelligatur, propter multas, et utilissimas differentias, quæ possunt observari inter unum, et alterum fideicommissum. Nam si inducatur juxta regulam dict. Leg. Cohæredi, §. Quod si heredem ff. de Vulgari

bona dumtaxat testatoris in fideicommissum cadent, ut
ex persona filij legitimus hæres deducat in primis legitimã
portionem, et deinde trebellianicam. Ex diverso, si inducã-
tur ex dict. Leg. Si fundum alias si tritio, §. sicuti de
Legat. 1. fideicommissum, non ab ipso Impubere, sed à legiti
mo ejus hærede datum videbitur, et comprehendat propriã
ipsius Impuberis facultates. Proinde legitimus hæres, qui
ex persona sua fideicommisso obligatus intelligitur, non
deducet legitimam portionem filio debitam, quamvis
possit deducere ex persona sua trebellianicam. In spe.
cie dict. Leg. Scævola, quæ loquitur in substitutione facta
à patre in codicillis, communior opinio docet, substitu-
tionem pupillare fideicommissum continere, ut constat
ex traditis ab Acosta vbi proxim, et iterum verb. De
filio, ad filiam, num. 22, Mantic. de Conjectur. Lib. 7.
tit. 8. n. 12. et Lib. 8. tit. 3. Quando autem substitutio
pupillaris, non à Patre, sed à Matre facta fuit, nulla
omnino est, nec valet in vim fideicommissi saltim Pupillaris, ut optimè
probat Marta de Success. Legali part. 2. quæst. 32. ar-
ticul. 2. ex num. 10. Roderic. Suarez in repetition.
Leg. Quoniam in prioribus 32. cod. de inofficios. testam.
Limitat. 1. n. 13. et 14. Gomez Variar. Lib. 1. cap. 2. n. 6
vbi pleniss. Ayllon, et melius Emanuel Suarez. de
Rivera. Ferrer in tract. de Impub. et alijs Subs.
Glosa. 4. ex n. 128. usque ad 188. Valasco Consultat.
52. n. 6. et Consult. 151. per tot. Vide supra folio 87.

Quasi possessio juris presentandi

Certum est existentem in quasi possessione presentandi, manutenendum esse, quoties ultima presentatio effectum sortita fuit per institutionem, collationem et possessionem, iuxta Regulam text. in Cap. Consultationibus, 19. de jurepatron. communiter admissam, de qua videndus Laguner, de fruct. par. 1 cap. 31 § 8 per tot. Hæc tamen quasi possessio non suffragatur hæredi, vel successori, nisi ipse possessionem quoque apprehendatur, quia possessio tamquam meri facti in hæredem non transit ipso iure, imo præter additionem, requiritur positivum factum apprehensionis; adeo, ut etiam stante Statuto continuativo possessionis in successorem, suffragari non possit in jurepatronatu, quod tamquam quid spirituale, Legi sæculari non subiacet, ut optime docet Card. de Luca, cum aliis, de jurepatron. discur. 63 ex n. 30. asserens hanc conclusionem tamquam principium receptam esse. Subdit tamen, non procedere ubi agatur de successore per actum inter vivos, quia in incorporalibus, sola cessio habet vim traditionis, et transfert possessionem, iuxta magistralem doctrinam Posthij de manuten. observ. 55. Si vero testator, qui jus patronatus possidebat, in testamento, vel Codicillis adiesserit clausulam constituti; quoniam tunc possessio continuetur, locus erit manutentioni, ut ipsemet Luca docet, ibid. n. 31. Quod si possessio penes defunctum esset, non ratione personæ, sed ratione Dignitatis, puta Regiæ, feudalis, etc., ipso iure transfertur in successorem, ex Luca, n. 36 = Vide tamen Laguner, de fructib. p. 1 cap. 31 § 8 ex n. 57. Et proinde semper habe, quasi possessionem juris presentandi ad Beneficium,

Vide Antunez de Donat. lib. 3. cap. 28. ex num. 144.

seu Capellaniam, nunquam transire in successorem, licet filius sit, nisi iste postea illam actualiter apprehendat per presentationem admissam. D. Salg. omnino videndus, de libert. Benef. artic. 5. per tot. Et de hac quaestione vide Antunez Portugalli de Donat. Reg. tom. 2. lib. 3. cap. 28. ex num. 81. ad 86. ubi fatetur, in puncto juris veriorem esse sententiam docentem quasi possessionem praesentandi non transire ad successorem absque apprehensione, nisi casu quo competat ratione dignitatis.

Quasi possessio praesentandi, quam laycus habuerit, sufficiens causa est ad retentionem Literarum Apostolicar. quae in praeiudicium huiusmodi quasi possessionis expediuntur. Licet enim Edicto Regia solum loquantur de derogatione iuris patronatus laycalis; cum tamen eadem praeiudicij ratio militet in quasi possessione praesentandi, cui per consequens derogari non potest, retentio locum habet, nedum casu quo expressa derogatio fiat iuris praesentandi, quod à layco non patrono possidetur sed etiam quando nulla facta mentione talis possessionis, Beneficia per Papam conferuntur, ut optime docet D. Covar. practic. cap. 36. n. 6. vers: quinto principaliter.

Possessor Fideicommissi (idem dic de Administratore, et Creditore) licet solvat aliquod Creditum, vel Censum redimat, non subintrat in locum Creditoris dimissi, nec eius actionem induit sine Cessione speciali, et expressa, ita ut non sufficiat merum factum solutionis. Molina de primogen. lib. 1. cap. 10. n. 25. Salgado in labirin. Creditor. par. 2. cap. 7. n. 48. cum sequenti, et parte 3. cap. 8. n. 45. et 53. Olea passim, maxime titulo 5. q. 4. n. 29. cum seq. et n. 40.

Possessor tertius, et Fidejussor, ad hoc ut conveniri valeant, requiritur pro forma, quod principalis fuerit antea conventus. Moguerol adlegat. 40. n. 34. et 54. cum seq. Fontan. de pact. tom. 2. clausul. 6. glos. 1. par. 2. ex num. 66. et claus. 7. glos. 7. parte 7. n. 27. Et sibi imputare debet Creditor, qui dum bona libera extarent, negligens fuit in petendo suo Credito, aut debitas diligentias non fecit, Ciriacus Controver. 103. n. 28. ubi conclusionem ponit, quod Creditor negligens in procuranda satisfactione sui Debitoris, si iste postea decoctus fiat, non potest agere adversus fidejussores, vel tertios possessores. Adeo ut si Creditor culpa, vel negligentia sua Creditum exigere, et recuperare omiserit, ei praejudicat, et perinde de jure reputatur, ac si re cum effectu fuisset satisfactus. Moguerol. dicta adlegat. 40. n. 59. et 60. Et in his terminis, probatio, quod non fuerint bona libera, sufficientia, in-

cumbit ipsimet Creditori, ut docet cum pluribus Marzarius ad Peregrin. de fideicom. par. 2. q. 48. n. 34 circa finem.

Possessor fideicommissi, si simul possideat aliqua bona libera testatoris, quæ sint fructifera, tenetur respondere Creditoribus defuncti de omnibus fructibus a se perceptis, non ad forum 8. pro 100. nec ad rationem 5. pro 100. iuxta Pragmaticam anni 1697; sed tantum proportionabiliter ad quantitatem fructuum perceptorum, remißiter de in- tegro valoris talium bonorum liberorum, et habito respectu ad forum, quo fructuant præfata bona, ne iniuste et contra naturalem æquitatem, prædicti fructibus locu- pletetur cum aliena, scilicet creditorum iactura. Ita se- natus Regia provisione facta 28 Iunij 1706. ad relatio- nem D. Villana, facto verbo in Regia Audientia, inter Ioannem Benasser de Beniatxo, et Creditores, quæ ha- betur originalis in sequela Graduationis de Beniatxo fol. 591. et est in libro.

Positiones habentur pro probatis, quando pars renuit ad illas respondere. Mascardus de probation. conclusi- one 1182. n. 69.

Possessio per actus ficuz. vide f. 356#

Praescriptio. supra f. 125

Aliud est praescriptionem interrumpi, aliud actionem perpetuari. Salgado de Regia Protectione par. 4 cap. 2 n. 36. 48. et 49. Carleval de judicijs tom. 2. tit. 3. disput. 4. n. 21. Parisa de instrum. editione tom. 2 tit. 6. ~~disput. 4~~ resolut. 3. Per solam namque citationem, aut principium executionis, non perpetuatur actio, et tantum interrumpitur praescriptio; unde sufficiunt triginta anni ad eam de novo concludendam Salgado ubi supra n. 4. et 48. Pax Jordan tom. 3. lib. 14. tit. 24. n. 435. Per veram autem litis contestationem, aut prosequutionem executionis, perpetuatur actio, et requiruntur quadraginta anni ad eam noviter praescribendam.

Vide Arias de Mesa, lib. 1. var. cap. 47. ubi num. 2. et 3. tenet, l. 3. et 4. C. de lon. temp. praescrip. non prodesse in tertio possessore, quem accidente titulo, et bona fide praescribere ait, decennio inter praesentes, et 20. annis inter absentes.

Si tamen post citationem, vel initatam, et inceptam executionem, Creditor per spatium 30. annor. et ultra tacuerit, cum lis habeatur pro derelicta, Sperellus decis. 178. n. 69. non dicitur interrupta praescriptio per litis contestationem. Magistraliter Gratianus discep. foren. tom. 1. cap. 2. a n. 43. usque ad 52. Castillo Controver. forens. lib. 7. de tertijs, et Decimis cap. 35. n. 12. Sperel. dict. decis. 178. n. 69. Rondinel. de praevent. par. 1. cap. 33. n. 14. 16. Quia quando actor non fuit impeditus propter aliquem casum fortuitum, sed ex mera negligentia, litem terminare non curavit, tunc litis contestatio illi non prodest ad praescriptionis interruptionem. Surdus Consil. 500. n. 2. lib. 4.

De Iure Canonico non datur praescriptio cum mala

fide, cap. fin. de praescription. cap. possessor de reg. juris in 6. Barbosa ad rubr. tit. de praescrip. n. 40. Covarrubias in dicta regula Possessor par. 2. §. 11. Narea ad Covar. lib. 1. variar. cap. 9. n. 15. ubi pro utraque opinione plures refert. Litis tamen contestatio, veram malam fidem non inducit, sed fictam, tam de jure Civili, quam Canonico. Barbos. ad d. fin. de praescription. n. 38. et 41. et ad rubr. dicti tituli n. 341. Sondat. de praescript. par. 1. cap. 33. n. 40. ibi: tamen mala fides, quae per litis contestationem inducitur, non est mala fides vera, sed tandem ficta et a lege inducta, seu ut alij volunt, mala fides praesumpta, l. 2. C. de fruct. et litium expensis Aragon Decis. Lucen. 81. n. 12. ibi: quae tamen mala fides praesumpta, non impedit praescriptionem triginta annorum. Menoch. rem. 13. recuperandae possess. n. 10. ubi post plures, quos adlegat, dicit, hanc esse receptissimam sententiam, a qua durum nimis esset recedere; et num. 11. ibi: Neque existimandum est, faciendam esse hac in re differentiam inter jus Civile, et Canonicum, sed spatio tanti temporis illam malam fidem tolli, etiam de jure Canonico tenendum est, ut ex communi Doctorum sententia tenuit Rota.

Mala fides nunquam praesumitur, nec sufficit eam adlegare, Barbosa in rubr. C. de praescrip. n. 103. ubi referens se ad Mascardum, et alios plures, qui omnes moventur ex textu expresso in l. merito ff. pro socio, docet, bonam fidem praesumi, nisi mala probetur = Vide Seraphinum decis. 602. n. 6. Bar-

bosa ad L. sicut 3. C. de praescrip. n. 39. Andreolum controuer. 13. n. 4. De Luca de Creditor. discur. 137. n. 20. et Conciol. alleg. 11. n. 16. = Nota, quod quamuis quis sciat obligationem, ab alio, vel a se ipso subscriptam, non ideo dicitur esse in mala fide si aliqua ei competit exceptio, quia non dicitur debitor, qui perpetua exceptione tueri se potest l. exceptionem ff. de condict. indebiti, Sperell. decis. 177. n. 23. cum alijs.

Quando de debito potest probabiliter dubitari, debitor non dicitur esse in mala fide, sed potius in medio, quod neque bona, neque mala fides est. Barbosa a dicta Rubr. de praescript. n. 284. ac per consequens, Jure Canonico praescribere potest, ac praescribit. Barbosa ibidem n. 52. ibi: Sed his non obstantibus, verius, et magis dicitur, medium illud inter bonam, et malam fidem, sufficere ad praescribendum, longissimo tempore 30 annorum, non obstante dispositione Iuris Canonici = Idem docet n. 58. et n. 289. concludit, ibi: In hac igitur praescriptione longissimi temporis, non fit probata distinctio, sed indistincte constituendum est, dubitantem praescribere longissimo tempore, quia ex juris regula, dubius, et ignarus, vel ignorans aequiparantur; et quia Jus Canonicum solum damnat praescriptionem cum mala fide reali, et positiua.

Praescriptionis effectus.

Primus est, quod actio censualis, vel alia quaecunque, semel praescriptione extincta, non reuiuiscit, licet postea debitor, completa jam praescriptione, aliquas pensio-

nes solverit. Constat ex binis Decisionibus Regij Senat. Cataloniæ, apud Xamar par. 1. Ver. judicatarum, deffinitione 30. Ratio est, quia præscriptione jus adquirit. et dominia rerum transferuntur, l. traditionibus C. de pactis, et justus est præscriptionis titulus, Civili, et Canonico jure, ob rationem boni publici, l. 1. de Vsucapionibus, et extra de præscript. tot. tit. Vnde qui post completam præscriptionem solvit, indebitum solvit, nam qui præscripsit censetur jam solvisse, l. pupillus §. fin. ff. de administr. tutor. et ideo præscriptio non interrumpit per actus factos post completam præscriptionem, ut ascrit Rota Romª decis. 86. n. 8. in collectis per Statil. Pacificum de Salviano Interdicto, et talis præscriptione 30. vel 40. annorum, sibi nullatenus præjudicat, sive totum debitum solvat, sive illius partem, sed repetit id quod solvit, tanquam indebite solutum, Fontan. de pact. tom. 1. claus. 4. glos. 18. par. 1. n. 164. Cancer variar. par. 1. cap. 15. de præscrip. n. 30. sicut secus est in præscriptione decennali, et statutaria trium, vel quatuor annorum ex Xamar loco citato n. 16. Cancer, et Fontan. ubi supra

Hæc adeo vera sunt, ut jus per præscriptionem quæsitum nec per Principem tolli possit, aut revocari; alioquin adversus Principem frustra præscriptio locum haberet, quia ipse semper jus præscriptum adversario quæsitum verisimiliter revocaret, ex D. Xamar n. 20. Sesse decis. 39. n. 21. contrarium docet. Ibi vide

Item nec fidejussionem posse accedere obligationi præscriptæ, imo si quis pro debito jam per præscriptionem extincto fidejusserit, non teneri, docet Barbosa de præscript. ad l. sicut 3. C. de præscript. 30. vel 40. annor.

Similiter per præscriptionem tollitur effectus natu-

rali obligationis. Cancer dict. cap. 15. de praescript. n. 31. Men-chaca lib. 2. Controver. illustr. cap. 74. n. 4. DD. in l. si-cut 3. et l. omnes 4. C. de longi tempor. praescript. Damar citat. n. 24.

Tandem, qui semel praescripsit tutus est in foro concien-tiae, licet superveniat scientia rei alienae, nec tenetur antiquo Domino restituere. Covarrubias in Regul. Possessor malae fidei in 3a. parte §. 2. Soto de Iustitia et iure lib. 4. q. 5. art. 4. quod non procedit in odio-sis praescriptionibus trium, vel plurium annorum, iux-ta tradita per Cancer. par. 2. cap. 14. n. 118. Damar ubi supra n. 28. et 29. Vide Cancer var. par. 3. cap. 6. a num. 124. cum seqq.

Praescriptio. Ius petendi legatum, haereditatem &c. prae-scribitur per tempus 30 annorum, non obstante mala fide, sive notitia haeredis, cum non simus in iure quaesito, sed iure quaerendo. Late, et optime Gratian. decis. Marchiae 4. per totam. Quod procedit etiam contra bona fideicom-missi in actione subsidiaria pro dote, quin obstet defe-ctus excussionis bonorum liberorum, quia actor poterat eam facere, et tollere impedimentum ad agendum. Leon dec. 119. n. 6. cum Senatu Valentino, et dec. 62. n. 25. Fontanel. cl. 6. glos. 2. par. 6. n. 17.

Praescriptio. In materia praescriptionis, vide doctam Al-legationem D.ni Iosephi Bassa, pro D.na Maiorica ... cum haeredibus Ioannis Cores, a n. 134. usque in fi-nem, ubi singulariter discurit, an, et quando prae-scriptio currat contra fideicommissarium, pendente conditione fideicommissi, in 1.o tomo Allegationum fol. 34.

Praescriptio 30 annorum, non prodest eam non opponen-ti, quia non tollit actionem ipso iure, sed ope exceptionis. Docet magistraliter Guido Papae q. 221. per tot. ubi addentes.

Privilegium – Praescriptio.

Quid tamen, si in Lege Conciliari aut Pontificia, ubi sit Decretum irritans? Vide Allegationem pro Ordinibus Mendicantibus Hispaniae, in responsi. ad 1. Dubium, ex numero 28.

Privilegium Apostolicum, et eius concessionem probant possessio, et usus antiquissimus. Cortiada tom. 1. decis. 3. n. 65. Oliva de jure Fisci cap. 13. n. 39. Ripoll de Regal. cap. 11. n. 14. in fine.

Per temporis enim diuturnitatem, praesumitur consensus Summi Pontificis, concurrente scientia, et patientia illius. Cortiada ubi supra n. 66. Sesse cum pluribus decis. 113. n. 171. lib. 2. Menoch. consil. 800. n. 46. Surdus Cons. 301. n. 58. Salgado de supplicat. ad Sanctiss. par. 1. cap. 2. n. 207. ac 208. et approbatio superioris, Sesse decis. 113. n. 172. lib. 2. Ripoll. de Regal. cap. 11. n. 33. et confirmatio statuti, seu consuetudinis. Sesse ibidem; quia per tantum tempus praesumitur privilegium extitisse. Idem Sesse decis. 113. n. 103. Ambrosin. de Immunit. cap. 18. n. 9.

Privilegium, et titulus praesumitur ex possessione immemoriali, si allegetur, quia tempus immemoriale privilegij vim, ac tituli habet, l. hoc jure §. ductus aquae ff. de aqua quotidiana, et aestivali. Fabat Cancer cum alijs tom. 3. cap. 4. de servitut. n. 43. et 44.

Praescriptio immemorialis, est optimus titulus, qui inveniri potest, quia ille praesumitur ex ea, quae utilior, et securior est. D. Crespi tom. 1. observat. 14. a n. 1. qui n. 5. ait, ubi prohibita est immemorialis, posse allegari justum titulum, et probari possessione immemoriali tanquam sit quid diversum a praescriptione, ex Barbosa in l. omnes 4. n. 44. C. de praescript. Oliva de jure Fisci cap. 13. a n. 8. Fontan. tom. 2. decis. 480. n. 19.

Non probatur autem immemorialis, nisi simul concurrant haec omnia requisita.

1. testes de visu per tempus 40 annorum. Crespi ubi supra n. 14.

2. testes aetatis saltim 50 annorum. Crespi n. 21.

3. testes de auditu per idem tempus, et a majoribus audiisse, qui etiam ab alijs majoribus se accepisse, et audisse dicebant. Crespi n. 26.

4. Nomina eorum, a quibus testes audierunt exprimere. Ibidem n. 31.

5 Debent testes affirmare, ita se credere. Crespi n. 43.

6 Fama publica, et communis opinio. Ibidem n. 45.

7 Nunquam vidisse, nec audisse contrarium. Crespi citatus n. 52.

8 In causa Nobilitatis, probatio descendentiae per lineam masculinam. Ibidem n. 64.

9 testes integrae opinionis, et famae. n. 71.

Jurisdictio, Merum, et mixtum Imperium, acquiri possunt per praescriptionem. Late probat Chastel. de Magistrat. tom. 1. cap. 49. per tot. Gutierrez practicar. qq. lib. 1. q. 84. 85. 86. et 87. Cancer lib. 2. variar. cap. 2. n. 104. cum seqq. Menoch. de arbitr. casu 2. n. 308. vol. 1. Cabedo decis. Lusitan. 41. et 65. Aponte decis. 2. n. 9.

Data probatione praescriptionis immemorialis, non requiritur titulus. Chastel. citatus n. 9. ex Alexandro, Jasone, et Baldo; nam immemorialis praescriptio aequiparatur veritati, l. 1. C. de servitut. l. si pupillus ff. de administr. tutor. Baldus consil. 23. vol. 4. Peregrin. de jure fisci tit. 2. n. 64. ubi ait, quod aequiparatur pacto, l. 2. ubi Glos. C. de Dotis promissione, Soc. consil. 80. n. 12. et cons. 166. n. 12. n. 2. Immo aequiparatur habentibus titulum, et expressam concessionem. Probat varijs juribus Chastel. citatus n. 13. Oldradus consil. 172. ubi concludit, quod privilegium, et consuetudo, seu praescriptio, pari

passu ambulant, ita, ut quod per privilegium adquiri potest, hoc et consuetudine introduci possit. Mastril. citatus n. 17. cum alijs, Peregrin. de jur. Fisci lib. 1. tit. 2. 61. ubi ait hanc opinionem pro praescriptione, ex communi observantia receptam esse, addens n. 63. quod huiusmodi praescriptio habet vim privilegij constituti et concessi a supremo Principe, et induit praesumptionem juris, et de jure pro titulo, et concessione privilegij, quae non admittit probationem in contrarium, Mininsinger. observat. centur. 5. obser. 29. et hanc esse verissimam sententiam docet cum pluribus Dn. Garcias Mastrillo ubi supra n. 19.

In hac specie praescriptionis, non requiritur probare scientiam, sed sufficit lapsus temporis immemorialis, ex quo praesumitur scientia, ex communi, et recepta sententia, de qua testant. DD. cum Mastril. cit. n. 21. Peregrinus de jure Fisci lib. 1. tit. 2. n. 66. Mininsinger. obser. 30. n. 5 Costa de jur. et fact. scient. et ignor. tit. ult. reg. 14. n. 16. Cugen. consil. 9. n. 6. et 7. ubi ponit pro regula, quod in praescriptione immemorabili, nulla fit distinctio scientiae vel ignorantiae, et clarius idem Costa, in eodem tractatu, tit. 1. in pet. 72. n. 10. et 11. Cancer var. lib. 2. cap. 2. n. 119. Surdus consil. 429. n. 54. et decis. 181. in fine. nec requiritur scientia Principis, Baldus in tit. de Regal. n. 3. et consil. 370. vol. 3. Afflicti decis. 57.

Haec adeo vera sunt, ut licet Magistratuum creatio, ad Regem tantum competat, tanquam de Regalibus, attamen consuetudine, et praescriptione acquiritur. Probat Mastril. dict. cap. 19. de Magistr. n. 41. ubi affert jura, et DD.

Praescriptio longissimi temporis, an currat contra ignorantem. Vide Fontan. latissime, tom. 1. de pact. claus. 4. glos. 12. a n. 45. ubi pro utraque parte jura, DD. et rationes adducit, et tandem sub distinctione resolvit

Præscriptio Centenaria.

Centenariæ præscriptionis effectus, non tollit modici temporis defectus, si deficiat unus, duo, tres, aut quatuor anni: immo sufficit illa 90. annorum. Piccol. decis. Florentiæ 49. n. 9. Pacianus de locato cap. 14. §. 11. Rocca disp. 42. n. 37. lib. 1. Cepparel. respon. Rical. 72. a n. 52. Gales ad Bul. Vrbani Viij. n. 223. post tract. de restit. in integr. Riccius de jure patronat. 106. n. 6. et respon. 223. et alij plures citati ab Altimar dict. q. 43. sect. 1. n. 193. 205. versi. quamvis, et n. 234.

Hoc idem docet Eminentissimus Cardinalis de Luca, de jure patron. dis. 57. n. 32. ibi: Verum tamen est, quod si deficiant aliqui menses, vel etiam aliquis annus in parvo numero, adhuc adesse dicitur centenaria, ex deductis per Loterium dict. q. 7. n. 62. cum seq. Burat. decis. 142. et 172. ubibique n. 8. et de deficientia quatuor annorum, habetur decis. 507. n. 2. par. 5. recent. et de illa duorum annorum apud Dunozet, dict. decis. 809. cum similibus; quod generaliter circa fidem scripturarum, ac alios effectus, ex antiquitate resultantes habemus, quod licet tempus antiquum dicatur illud centum annorum, attamen si sit supra 90. et infra 100. non desinit esse tale, ex deductis apud Gregor. et adden. decis. 3. decis. 78. n. 18. post Thesaurum de pignor. &c.

Et nota, quod in præscriptione centenaria, non deducitur tempus pestis &c. Romagnera ad Stat. Eugubij, fol. 261. n. 75. et alij penes citatum Altimar dict. q. 43. n. 924. Nec etiam pupillaris ætatis, maxime si est cæpta præscriptio cum majore, prout hic, tunc enim continuat etiam contra pupillum successorem. Gratian. discep. 403. n. 22. et 23. De Luca de judicijs discur. 21. n. 38. et 68. et plures alij, penes eundem Altimar, dict. q. 43. n. 998.

Præscriptio immemorialis locum non habet in vectigalibus Regijs, quia expresse improbatur in l. 2. tit. 15. lib. 4. Recopil. D. Larrea tom. 1. allegat. 15. per totam.

Pretium.

Vide circa leges pretia taxantes, D. Larrea tom. 1. decis. 11. per tot.

Pretium census vitalitij, quale sit, et esse debeat, ad excludendam usurariam qualitatem; et qualiter in hoc contractu debeat locio considerari, optime, et late explicat D. Olea tit. 6. q. 10. ex n. 15. videndus omnino in hac materia.

Pretium = de lege pretiorum taxativa, et dubijs quae circa eius vim, et effectus oriri possunt, vide omnino D. Larrea decis. 11. per tot.

Pretia rerum, non habent punctum determinatum, quoniam habet latitudinem per gradus suppremum, infimum, et medium. Aristotel. 2. Aethicor. cap. 6. et intra quodlibet eos his gradus non adest, nec adesse potest injustitia. D. Thom. 2. 2ae q. 77. art. 1. Scot. in 4. distinct. 55. q. 2. et ibi Mayor q. 29. et 40. Conradus de Contract. 3. par. q. 56. concl. 5. Medina de Restitutione q. 31. Anton. Burgen. in cap. cum causam de emption. et vendit. n. 5. Covar. lib. 2. variar. cap. 3. n. 1.

Pretium non consistit in valore naturali rei, sed solum in communi hominum estimatione; alias sequeretur, quod equus, aut aliud animal, pretiosius esset, quam adamas; nam de primo, tanquam de viventi, utilitatem haurire possumus; secus de secundo, ultraquod pretiosius est omne vivens, quam quod caret vita, ut sunt gemma. Unde haec regula stabiliter in jure, ut constat ex l. pretia rerum ff. ad l. falcidiam. cap. 1. de empt. et vendit. l. si servum meum ff. ad l. Aquiliam l. septem C. de erogat. militar. annona lib. 11. ubi notatur. Glos. in l. mortis causa ff. de donat. causa mortis, ubi Angel. et Imola, et alij passim.

Pretium. Ecclesiastici tenentur servare pretia rerum taxata per Aedilem, sive Mostasaphum. Fontan. cum decisione Cancellarij Puigmari, tom. 2. decis. 495. per tot. ubi an executio poena sit facienda per Aedilem, an vero per Judicem Ecclesiasticum. Videndus ibidem, et decis. 308. 309. et 310.

Res in communi commercio existentes, ut sunt victualia, merces &c. licet non habeant pretium lege taxatum, nec de eo sit conventum, implicite tamen partes convenisse videntur de pretio, quod ex communi usu facile certificari potest, vel peritorum estimatione, et hoc medio sustinetur venditio. De Luca videndus de empt. et vend. dis. 4. a n. 12.

Praecedentia.

Vide D. Olean tit. 3. q. 5. ex n. 36.

In materia Praecedentiarum, vide omnino doctissimam Adlegationem pro D.r Petro de Villacampa, et Puys Reg.e Regiam Cancellariam in Sup.mo Aragon. et Assessore Generali Ordinis Montesa, cum D.r Antonio Ferrer, Clavigero eiusdem Ordinis, et Regio Consiliario, in qua non solum agit. plene de praecedentijs, et praeeminentijs horum Ministrorum, sed etiam aliorum Officialium Regiae Coronae, et de modo quo sunt tractandi; an, et quibus personis debeatur Senoria, seu Excellentia, et alia sibi dignissima, tom. 2. Allegat. f. 463. Vide etiam adlegationem Doctoris Antonij Gonzalez pro Illustri Capitulo Majoricen. super praecedentia Canonicorum, et Dignitatum, et Decisiones factas per Rotam, de quibus supra litera C. Vide etiam contrariam Adlegationem pro Capit. tomo 3. Allegation. fol. 1.

Praecedentia. Quando aliqua Universitas est in possessione, ita ut ab antiquo semper consuetum sit eam salutare praedicatores, prius, quam Clerum, et immediate post Officialem Regium, debet haec observantia sustineri; quia in materia praecedentiarum, standum est consuetudini, cap. cum olim ubi Baldus de Consuetudine. Riccius in collectan. Decis. par. 4. collectan. 1069. Gratian. cap. 299. Rota Decis. 85. n. 2. par. 6. Recentior. Salgado de Regia protect. par. 2. cap. 9. n. 18. Videnda Adlegatio pro Civitate Balagueri, tomo 2. Allegation. fol. 485.

Praecedentia. In materia praecedentiae, quantum sit commodum possessionis, et quid operetur loci consuetudo, cum alijs in materia, vide apud Julium Capon. tom. 1. Discep. foren. cap. 5.

Preeminentias.

Quoties dubium circa preeminentias occurrat, universaliter adi D. Lagunez de fructibus tom. 1. cap. 30. §. 1. per tot. ubi plenissimum de hac materia tractatum reperies.

Pragmatica de las Cortesias del Rey Dn Phelipe tercero, hecha en 2 de Julio de 1600. que es la ley 18. tit. 1. lib. 4. de la Recopilacion, et ibi Narbona pag. 344. Contiene casi lo mismo que la de Aragon de 1638.

Juris Lattronos procedere debet Rotarium à secretis Regii in omnibus, et in Senatu, in quo ardent D. Larrea allegat. 81. qui allegat. 82. probat Senatores et togatos Concilij Regij Patrimonij procedere debere Pretores Curia, vulgo Alcaldes de Corte.

Primogenium # Masculinitas

Circa Primogeniy succesioni, vide doctam, et nimis subtilem Allegationem pro Dª. Cecilia de Lugian, et de Leart, per totam, tomo 2º Allegationum fol. 640.

Primogenitura.= Quando in Primogenio vocantur à testatore, filij, Nepotes, Pronepotes, et alij decendentes Masculi, non solum censentur invitati agnati, sed etiam decendentes Masculi cognati, licet per Medium feminę iuxta comunem oppinionem, cujus author fuit Fulgosius consil. 85. Card. de Luc. de fideicom: discur. 24. n. 5. et discursu 26. n. 2. Fusar. q. 404. n. 7. et 20, et consil. 19. per tot. Marta consil. 61. D. Larrea decij. 34. et 64. Castill. lib. 5. controver. cap. 131. cum duobus sequentibus D. Molina de Primogeniy lib. 3. cap. 5. n. 48. Rot. coram Pichio decy. 402. à n. 26. p. 9. recent. et alibi pasim. Nec reffert an decendant per Medium vniy vel plurium feminarum, quia testator solum respepit ad qualitatem Masculinitatij, non curaba meliorum pluralitate prout constat ex notatij in hoc eodem libro fol. 139. in dorso vers. contrarium

Hęc tamen regula cesat, quando constat, contemplatam fuisse agnationem. D. Molina citatus n. 50. de Luc. de fideicomisiy discur. 24. per tot. discur. 25. n. 3. et discur. 26. à n. 4. Si tamen in aliqua parte testamenti, testator feminas vocaverit, non censetur habita agnationy ratio. D. Molina lib. 3. cap. 5. n. 50. cum pluribus Fusar. de subtitut. q. 499. n. 22. Gracian. tom. 3. cap. 536. n. 62. et 63. taliter quod solum intelligitur agnatij prelatio tributa in concursu cognatorum, prout constat ex citatij authoribus, et docet de Luc. dict. discur. 25. n. 22: Ibi: Quo posito resultat, quod data etiam capacitate, ac vocatione cognatorum, sub dicto generico vocabulo filiorum et decendentium Masculorum, adhuc tamen inter agnatos, et cognatos ejusdem generij, intraret ordo prelationij.

Dubium tamen est an qualitas masculinitatij, cum qua vocatus reperitur vniy ex filiy, vel decendentiby testatoriy, pro repetita haberi debeat in ceterij omniby vocatij, quando

in

in eadem oratione vocatio facta fuit, ita ut solum invitati censeantur filij masculi, nepotes masculi, pro nepotes masculi, et cetere decendentes masculi, ac per consequens solum agnati. In hoc dubio, partem affirmativam mordicus tenet Peregrinus de fideicomissis art. 25. à n. 26. ad 30. maxime n. 29, Gracian. tom. 3. cap. 491. n. 2. Surd. consil. 241. n. 11. usque ad 14. lib. 2. et consil. 96. n. 32. lib. 1. Menoch. consil. 95. n. 51. Card. Mantich. de conject. lib. 2. tit. 14. n. 12. qui omnes docent, qualitatem masculinitatis in proposita specie, repetitam intelligi, ac per consequens, agnationem contemplatam.

Contraria tamen opinio verior est, ut docet D. Molina lib. 3. cap. 5. n. 59, vers. sed quamvis, de Luc. de fideicom. discur. 41. n. 2. et discur. 43. n. 4. ubi asserit hanc esse communiorem, et veriorem sentenciam, tribunalium prapi receptam, et semper secutam in Rot. ut constat ex decis. 249. p. 7. et 165. p. 8. apud Ottobono decis. 252. n. 14. et 15. apud Rojas decis. 72. et 90, ac alibi passim, Castill. lib. 2. controv. cap. 4. Card. Ludovis. decis. 514. n. 6. et ibi Beltraminus n. 17. Addentes ad Buratum decis. 272. n. 19. Rot. decis. 581. n. 7. p. 5. recent. et decis. 34. post censal. ad Peregrin. quod certius procedit quando vocate femine repeciuntur, nam tunch, ex hoc solo motivo, cessant omnes agnationis conjecture. Casanate cum innumeris consil. 4. n. 205.

Primogenitura disposita ab ascendente in favorem decendentium, omnes habeo procedentes comprehendit etiam quando testator de perpetuitate nihil dixit. Peregrin. de fideicom. art. 30. n. 2. et 14. Vata consil. 538. n. 24. Barzius decis. 4. n. 15. Gracian. tom. 4. cap. 774. n. 25. et 26. Petra de fideicom. q. 5. n. 77. Menoch. consil. 636. n. 17. et consil. 640. n. 9. et lib. 4. presumpt. 71. n. 10. D. Covar. in cap. Raynucius § 2. n. 7. de test.; pro ut fuit decis. per Reg.am Aud.am ress.te D. Valonga 22. Feb. 1633. ibi: mix, inter Gabrielem Cerdo, et Bernardum Ferregut ibi: verbum decendentes absque aliqua adjectione, perpetuitatem denotat et omnes in infinitum continet.

Quando testator voluit, suam dispositionem perpetuo durare, censetur fecisse primogenium. Gamma. decis. 224. Font. vidende decis. 32. per tot. maxime n. 11. Cassanate consil. 16. ex n. 13. ubi plures, maxime inter nobiles, propter naturale votum eis insitum, conservandi familiæ decus, et splendorem D. Molina de primogen. lib. 1. cap. 11. n. 4. Gracian. cap. 834. n. 8. Thesau. decis. 230. n. 11. Sardus. consil. 369. n. 21. Cassanate consil. 20. à n. 14. cum decisione Senatus Aragoniæ.

Primogenium inducitur ex observancia subsecuta decem annorum, si per hoc tempus unicus, et is primogenitus in fideicomisso successerit D. Molina. lib. 1. cap. 5. n. 39. et lib. 2. cap. 6. n. 51. Cassanate videndus consil. 44. ex n. 43. Font. cum aliis tom. 2. de pactis claus. 6. glos. 3. p. 2. ex n. 23. et meliis decis. 33. à n. 1. ad. 4. Peregrin. consil. 34. n. 6. et 10. lib. 3. Fusar. de substitu. q. 500. per tot.

In primogenii successione attenditur. primo linea, 2. gradus, 3. sexus, 4. ætas; quia non est curandum de gradu nisi in linea; de sexu nisi in gradu; nec de ætate nisi in sexu, ut docet Molina lib. 3. cap. 4. à n. 13. Font. decis. 34. per tot. Cassanate consil. 38. n. 114. Card. de luc. de fideicomissis discur. 15. n. 4. et discur. 16. n. 5, ut latius constat ex observatis in hoc eodem lib. fol. 131.

Dominus Præses D.r Gregorius de Ganaverro explicat hanc regulam magistraliter, in suo consil. 5. à n. 151. ibi: lineæ ordo hæc operatur, ut si filius pocessor fideicomissi habuerit tres filios, horum quilibet est de linea descendente ipsius filii, et in simul est caput suæ propriæ lineæ, quam cum sua futura decendentia constituit, et uterque est aptus ad succedendum, secundum ordinem lineæ ejusdem

filii

filij. Sed si successio devenerit ad primogenitum, ista ejus linea deinceps attendenda est ad directionem sequentis successionis, et ceteri fratres cum suis lineis, et descendentibus, remanent exclusi a successione in qualitate lineę decensivę, quia mutant qualitatem, et fiunt collaterales. Itaque ordinis lineę effectus est, possessoris lineam includere, et excludere ceteras.

Prerogativa seu Ordo gradus, facit restringere generalitatem lineę plures gradus comprehendentis, ita ut inter contentos in linea, servetur talis Ordo, ut primo Videantur vocati existentes in primo gradu, quam in secundo existentes. Ij enim remotiores sunt, et ideo illi potiora jura fovent.

Sexus Vero prerogativa importat, ut inter contentos in illo priori gradu, masculi preferantur feminis.

Prerogativa seu Ordo ętatis, et primogenitures, specificat Vocationem prędictorum Masculorum; quia cum in eodem gradu plures possint esse, et Omnes in fideicomisso indivisibili succedere non possint, declarat, ut ideo succedat primogenitus illius gradus, quia prior est tempore. Et si noluerit, vel non potuerit succedere, succedat ei secundogenitus, et sic deinceps. Itaque Ordo primogenituræ, indicat quis sit Vocatus ex pluribus in eodem gradu contentis, sed non opperatur extra contentos in illo gradu, et genitus ab illo proprio genitore. = Rauberius Sanaverro.

Linea dupliciter sumitur, vel *effective* pro linea effecta a patre, in qua soli descendentes comprehenduntur. vel *contentive*, et *comprehensive*, et tunc sub linea

continetur pater, et veniunt non solum descendentes, sed etiam ascendentes, et transversales. Marta de Successione legali par. 2. q. 1. art. 3. n. 5. allegans Socin. Senior. in l. Gallus, § nunc de lege, col. 2. ff. de liber. et posth. Salicet. inter consilia Baldi 334. col. 3. vol. 3. Ancharran. cons. 95. Ruin. cons. 98. n. 1. vol. 1. Roland. cons. 23. n. 39. et seqq. vol. 4. Cephal. cons. 313. n. 57. vol. 3. Idem docet Ioan. Friul. decis. Bolan. 109. n. 14. ibi: Sed licet verum sit, quod in dubio linea accipienda est effectiva: tamen illud etiam verum est, quod quando linea recta effectiva, locum habere non potest, locus esse debet transversali contentivae, ut docet Cephal. d. cons. 313. n. 58. et ante eum Curt. junior. Sequitur Sturba ad consuetud. Thesaur. cap. 12. glos. 3. par. 1. n. 4. ibi: Dupplex est linea, effectiva, nempe, et contentiva. Effectiva linea, recta dicitur et est illa, quam pater in descendentes constituit, contentiva est, qua et pater continetur, quin necdum ipse, ejusque descendentes, sed etiam transversales. Baldus, Ancharran. Socin. senior ubi supra, Anscus lit. L. concl. 359. n. 5. Simon de Praetis de interpret. ult. volunt. lib. 3. dubit. 6. solut. 11. a n. 41. Menoch. consil. 1250. n. 23. Et haec appellatur quoque transversalis, l. Iureconsultus § sunt ex parentibus ff. de gradibus; quia eos comprehendit per rectam lineam, habito respectu ad personam, a qua originem habuerunt. Sextor de successión. tit. de gradib. cognation. cap. 9. n. 16. Hoc idem tenet Fontan. cum alijs tom. 1. decis. 36. a n. 12. Peregrin. consil. 51. n. 15. lib. 3. Bellonus

consil. 61. n. 8. Rota par. 13. recentior. decis. 124. n. 3. et in Bononien. Fidecommissi de Blanconis 1. Aprilis 1661. coram R. P. D. Vaya.

Primogeniturae qualitas requiritur tempore quo defertur successio; nec sufficit eam habuisse, vel quod postea superveniat. Thesaur. qq. forens. cap. 34. n. 23. par. 1. Gutierrez consil. 1. n. 13. et 14. D. Molina de Primogen. lib. 1. cap. 13. n. 35. Amato resol. 1. n. 16.

Primogenitus dicitur non solum qui nascitur talis, sed etiam qui mortuo isto, reperitur cum qualitate desiderata a testatore, tempore delationis. Baldus consil. 235. ubi dicit, quod defunctus non potest dici primogenitus ad effectum succedendi. Menoch. lib. 3. consil. 269. n. 18. ibi: Inquit etiam Baldus, quod is dicitur primogenitus, qui tempore delatae successionis talis reperitur, sique qui est in rerum natura, tempore quo feudum aperitur. D. Molina lib. 1. cap. 5. n. 20. Surdus lib. 3. cons. 403. n. 17. ibi: Quando primogenitus fuit de medio sublatus, tunc secundogenitus dicitur primogenitus. Tiraquel. de primogen. q. 3. n. 6. Fontanel. de pact. claus. 4. glos. 9. par. 1. n. 40. ubi plures allegat. D. Valenzuela consil. 69. a n. 10.

Qualitas primogeniturae, nequit in duobus simul, et eodem tempore reperiri. Tiraquel. de primogen. q. 42. n. 3. et q. 21. n. 7. Cevallos Commun. contra commun. q. 905. n. 178. Baldus consil. 235. lib. 2. Menoch. cum alijs consil. 269. n. 18. Natta consil. 224. n. 27. Cesar. consil. 41. n. 158. Unde qui ab alio praefertur, nequit dici primogenitus, ut isti ratiocinantur DD.

Primogenitura an sit transmissibilis? Vide infra fol. 459 cum seqq.

In primogenijs, an detur repraesentatio, vide infra fol. 461.

Parrochus.

Ad Parrochum spectat, simul cum Communitate Presbyterorum, cadavera a domibus Parroquialium levare, erecta Cruce, et illa tradere Ecclesiasticae sepulturae. D.n Petrus Fraso de Regio patronat. tom. 2. cap. 91. a n. 13. qui plures adlegat. Quod in tantum est verum, ut si sine Parrochi assistentia, cadaver levatum, ac sepultum sit, instante Parrocho, exhumandum est, superioris mandato, et authoritate, tamquam non jure sepultum, Parrochialique Ecclesiae, ac Parrocho, cum omnibus emolumentis, et oblationibus, integra restitutio facienda est, ut ex cap. cum liberum 6. et ex cap. ex parte 5. de sepulturis, docet idem Fraso, ubi supra tom. 2. cap. 89. a n. 35. cum Fragoso, Barbosa, Jovis consult. 118. n. 2. et consult. 119. n. 22. Casar Canimolle tom. 1. decis. 5. adnot. 3. n. 5. Rota par. 18. recent. tom. 2. dec. 429. n. 4. et 5. Eadem Rota quoram Bichio dec. 439. Ita fuit declaratum provisione facta per D. Josephum Romaguera V. G. Barchinonen. die 17 Martij 1711. in favorem Parrochi, et Communitatis Ecclesiae B. Mariae de Mari, et contra D.n Josephum Segues presbyterum certo nomine. Et vigore dictae Provisionis, fuit exhumatum cadaver Francisci Roca ab Ecclesia S.tae Clarae Bar.na in qua jacebat, et translatum ad propriam domum, in qua vivens degebat. Et postea ab ea ductum fuit processionaliter a proprio Parrocho, et Clero, ad suam Parrochiam, ut constat ex instrumento recepto per D.n Franciscum Vila p.ral not. Apost. et Scribam majorem Curiae Eccles.cae Barchin. quod habetur impressum, simul cum provisione Vicarij Generalis, in libro Adlegationum Cataloniae tom. 1. Vide D. Salg. de Reg. prot. par. 2 cap. 7 ex n. 25.

Parochus in Parochia, qualem habeat Jurisdictionem.

nem, praecedentiam, praeeminentias &c.ª vide apud
Iuliam Capon. tom. 1. discep. foren. cap. 4.
De obligatione residendi tam iure antiquo, quam
Concil. Tridentin. et Bull. Pontific. late agit
Capon. tom. 3. discep. 148. ubi de poenis, quas ob
non residentiam incurrit, et de potestate, quae
Episcopo competit dispensandi in certis casibus, ut
Parochus ab hoc residendi onere excusetur.

Præmium, vulgo Prometidos

Doctrina est communiter recepta, quod solum offerri possunt præmia, sive Prometidos, vulgo Aixaus, ante primam venditionem, vulgo Remate, et non postea. Hevia Bolaños in Curia Philipica lib. 1. cap. 15. n. 28. in fine, Bart. in l. licitatio in principio ff. de publican. et vectigal. Bertachin. de Gabel. 2. par. n. 22. Caroc. in tract. de locato 3. par. q. 3. n. 4. Bouadilla in polit. lib. 3. cap. 4. n. 19. Aventanio in cap. Prætor 2. par. n. 18. vers. circa, Aviles in cap. 22 Prætor. glos. de pujar n. fin. Azevedo in l. 22. tit. 6. lib. 3. recop. glos. 1. n. 7. Valenzuela Velasq. tom. 1. consil. 25. a n. 11. Pegas ad Ordinat. Regni Portugal. tom. 5. lib. 1. tit. 66. §. 12. n. 47. Molina de primog. lib. 2. cap. 12. n. 42. Lasarte citatus a Bouadilla supra n. 13. Quod procedit nedum ex Statutis, et observantia Regnorum, verum etiam in terminis juris communis, ut probat Dn. Michael de Calderó in Allegatione pro Joanne Paulo Porras a n. 106.

Nec potest Fiscus, post semel factam primam venditionem, vulgo Remate, ó libramiento, admittere aliam sextam partem, reiterando subhastationem, adhuc mediante in integrum restitutione, Fontanel. decis. 520. n. 14, ibi: Non est enim permissa, nisi una, et pro una vice, et sic observatur apud nos, ut dicit Michael Ferrer in 3. par. observant. cap. 515. n. 2. Aviles in cap. Prætor cap. 22. n. 13. et n. sequenti, ibi: Postea fuit deventum ad executionem sententiarum harum, et iterum pars, quæ succubuerat, fecit novas adjectiones majorum quantitatum in decreto executionis; sed noluit Senatus admittere, ea ratione quam supra diximus, expressa in provisione: Quia alias daretur processus in infinitum, nec unquam negotio fieret finis. Idem docent Gutierrez practicar. qq. q. 38. n. 5. Rodriguez de privileg. Cre-

ditorum, par. 2. art. 5. n. 8. Boer. q. 248. n. 3. Faber in C. lib. 8. defin. 34. tit. 17. de distract. pignor. Sanfelicia ad Lafr. in obser. ad decis. 158. n. 22. ubi decisionem refert, Bovadilla in Polit. lib. 3. cap. 4. n. 24. ibi: Pero una vez abierto el remate de la venta, ò del abasto, ò tornado a rematar segunda vez, no se deve admitir mas puja, ò baja, ni puede concederse restitucion para ello, aunque mas utilidad se ofrezca a la Republica, segun doctrina de Alberico, y otros, que cita en la annotacion. Idem docet Pegas ad Ordination. Regni Portugal. tom. 5. lib. 1. tit. 66. §. 12. n. 47. ex l. quicunque, ubi glos. licitatio C. de fund. patrim. lib. 11. l. quamvis 2. ubi glos. C. de vendit. rer. Civit. lib. 11. Salgado in labyrint. Creditor. p. 2. cap. 3. n. 3. et segq. Arias de Mesa var. lib. 2. cap. 20. n. 5. = Caetera vide in alio tomo verbo Subhastatio.

Fisco, Ecclesiae, minori, et Civitati, non competit restitutio adversus venditionem sub hasta publica factam, ex eo solum, quod superveniat alius, qui plus licitetur. 1º quia iniquum esset, et contra Reipublicae quietem, venditiones semel sub hasta publica, et justo pretio celebratas rescindi. 2º quia nemo ad Fisci, Reipublicae, vel minorum commercia veniret. 3º propter fidem, et authoritatem hastae fiscalis. ut solide docent cum alijs Arias de Mesa, var. lib. 2 cap. 20. per tot. Amato var. cap. 38. n. 19. Novar. lib. 1. forens. q. 63. n. 15. Qui, et alij, quos allegant nituntur validissima ratione, quia nempe licitator superveniens, et qui non adfuit tempore contractus, non attenditur, nec prodest ad restitutionem obtinendam; ibi dicit,

Possessio longaeva.

An possessio longaeva, et temporis considerabilis, prout est decennalis, aut cum titulo, sit manutenibilis contra vehementem juris resistentiam. Videtur affirmative respondendum, ex traditis a Posthio de manutentione, observat. 44. a n. 23. Card. de Luca de judic. discur. 44. n. 89. et 90. Rota coram Dunozet jun. decis. 28. n. 4. et 6. coram Burato decis. 137. n. 6. et ibi addent. n. 9. et par. 1. diversor. decis. 595. n. 4. ac par. 1. recent. decis. 685. n. 3. par. 4. recent. decis. 231. n. 6. et par. 18. decis. 566. n. 5. Cum distinctione tamen procedendum. Aut vehemens juris resistentia, est juris Divini, et naturalis, et tunc nulla possessio diuturna, quamvis, et decennalis manutenetur. Pagnanus in cap. Ne innitaris 5. de constitut. n. 209. et 210. quia talis possessio est irrationabilis, et iniqua. Idem Pagnan. in cap. cum causam 27. de electione n. 4. Gonzalez in cap. fin. de consuetudine n. 10.

Aut vehemens resistentia est juris positivi improbantis contrariam consuetudinem, et possessionem, ut iniquam, et tanquam oppositam juri Divino, et naturali, tuncque manutentio ex sola temporis antiquitate negatur. Posthius observat. 44. a n. 46. Rota par. 5. recentior. decis. 71. et 265. Videnda in materia doctissima Allegatio pro Illmo. Capitulo Dicensi, cum P. Josepho Frano, olim Canonico dicta Ecclesia, nunc Soc. Jesu sacerdote, quae habetur in 2o. tomo Allegationum Cataloniae Josephi Bassa.

250

Patria potestas.

Per ingressum, ac professionem Religionis, solvitur patria potestas; et ex hoc maternos fructus, qui alias marito non spectabant, quia prohibitus erat usufructus propter patriam potestatem, fuerunt adjudicati Antonio Ser- / reny Domicello, Regia provisione facta Rel. D. Reg.t Martorell 22 Maij 1666. contra Dm. Hieronymum de Salas, scriba Puig.

Casus erat, quod uxor usumfructum legalem competentem ex patria potestate, marito prohibuerat. Filia professionem emisit. Et praetendente marito, ad se fructus pertinere, à die emissa professionis, prodijt superior resolutio affirmativa.

Idem fuit decisum V.e D. Canet 19 Aprilis 1692. Sta Sebastiano Rosello inter D. Antonium Fuster de Salas et D. Dionisiam de Salas, et Sureda. Non tamen formiter ~~per~~ discusso articulo. Vide Doctrinas notatas tomo primo observationum p. 269

Patria potestas solvitur per contractum matrimonij ex l. 47. Taur. et ibi Gomez.

Partitio bonorum quomodo facienda vide in Villadiego, in Polit. Cap. 2. ubi latissime explicat formam divisionis inter conjuges.

Pactum de quota litis prohibetur Advocatis, et Procuratoribus in l. si Advocatorum C. de postulando cum concordantibus, ne per fas, vel nefas, tecchnis, et machinationibus cum justitiæ oppressione utantur. Fontan. tom. 1. decis. 179. per totam, qui in decis. sequenti scilicet 180. tradit casus, et limitationes in quibus hujusmodi pacta licent, asserens cum Senatus decisionibus, quod si quis tertius, non Advocatus, nec Procurator litem suscipiat defendendam suis expensis, nomine tamen domini, eo pacto, ut post victoriam, dimidiam partem consequatur, tale pactum valebit, et minime obstabit legis citatæ prohibitio, quæ tamquam rigorosa, et poenalis, non extenditur ultra casum in quo loquitur, nec excedit precisos terminos prohibitionis, nec obstantibus etiam contrarijs conjecturis.

Addit idem Fontanella decis. 180. n. 14. quod hæc prohibitio semper visa fuit Senatui rigorosissima, et parum rationi consona, et in comprobationem affert tres Decisiones, in quibus declaravit contra prohibitionem, fovendo pacta. Et quod plus est, n. 15. ait, quod nullus theologus, aut Confessarius condemnabit Advocatum, aut Procuratorem, qui per se ipsum hujusmodi pacta, etiam de quota litis fecerint cum suis clientulis, nec obligabunt eos ad restitutionem, si jam receperint, quando ipsi causam cum dicto pacto defendendam susceperint, non malam, nec injustam, sed bonam, et justam in qua foveant justitiam, nec calumniam in ea, nec fraudem commiserint. Nam ubi lex positiva fundat se super præsumptione, et non super veritate, non est servanda in foro Conscientiæ, si veritas sit super contra præsumptionem. Cum ergo lex positiva prohibens pactum de quota litis, innitatur præsumptioni, ut in superioribus diximus, non est dubitandum, si causa sit justa, et in ulla committitur fraus, nec calumnia, quod pactum valeat,

et quod possit retinere licite, quod ex pacto illo provenit, cum in foro conscientiæ sit standum veritati, non præsumptioni. Docent ultra Fontan. citatum, Beccius cons. 49. per tot. Chorlà in Empor. Iuris par. 1. tit. 3. de pact. n. 66. Diana resol. moral. par. 1. tr. 2. Thicellan. resol. 49. ubi clare dicit, communem opinionem negantem, procedere in foro exteriori; non autem in foro conscientiæ, ubi Deus est ille, qui videt veritatem, et non respicit præsumptionem, super qua fundantur leges prohibentes pactum inter Advocatum, et clientulos, de quota litis: ergo (inquit) quando deficit præsumptio fraudis, et iniustitiæ, leges illæ non obligabunt. Allegat plures. Sequitur eandem sententiam Valero de differen. utriusque fori, verbo Contractus, differ. 3. Vide tamen D. Olea tit. 3. q. 11. ex n. 29. ubi acriter impugnat contra hanc Fontanellæ doctrinam. Fatet tamen n.° 38, huiusmodi pactum in foro conscientiæ validum esse, si simul concurrat pactum timore amittendæ litis extortum non fuisse, et litis quotam iustum salarium non excessisse.

Papa.

De potestate Summi Pontificis in temporalibus, vide omnino Param. de Origin. Inquisition. lib. 3. q. 1. per tot. ubi quatuor adfert sententias, et plenissime, ac doctissime de materia disserit, referens donationem Constantini Imperatoris Romanæ Ecclesiæ factam, quam ad literam transcribit. Molina de justit. et jure, tr. 2. disput. 25. Azor lib. 2. Instit. Moral. lib. 10. cap. 2. Maynardus omnino videndus lib. 4. decis. 100. per tot. Peregrin. de jure Fisci lib. 1. tit. 2. per tot. Mastril. de Magistrat. lib. 1. cap. 2. per tot. Soto de just. et jure, lib. 4. q. 4. art. 1. et 2. Salon de just. et jur. q. 4. de dominio, art. 5. D. Solorzan. de jure Indiar. tom. 1. lib. 2. cap. 22. per tot.

Summa est: quod Papa habet utramque gladij potestatem, spiritualem scilicet, et temporalem. Spiritualem, actu, quam semper, et ubique inter fideles exercere potest, ac debet; temporalem vero solum habitu, quia ejus exercitium, sive ordinaria executio, ad Principes temporales spectat, quibus Pontifex se immiscere, aut præjudicium irrogare non debet, nisi ex magna, et gravi causa, et in quantum finis supernaturalis exegerit, hoc est fidei, et Religionis, ac universalis Ecclesiæ utilitas, et necessitas, ad quam

Papam esse supra Concilium certissimum est, ac nullatenus dubitandum; non tamen de fide. Bellarmin. de author. Concilij cap. 13. relatus a Cubello de immun. lib. 2. cap. 13. ubi vide, Navar. in cap. novit, not. 3. de judic. Azor par. 2. lib. 4. cap. 13. per tot. Omnino videndus Guarnier de Eccl. Pilut. lib. 2. cap. 22. Natal. Alex. tom. 9. sæculo 15. et 16. dissertat. 4. per tot. Vide etiam Constit. Nicolai tertij in cap. fundamenta 17. de elect. in Sexto. cap. futuram ecclesiam 12. q. 1. et cap. Constantinus 96. distinctione.

potestas spirituali primo, et principaliter ordinatur. hinc enim potest Sum. Pont. supremam illam Jurisdictionem temporalem (seu verius spiritualem, cum Ecclesiæ causam, et conservationem respiciat) ex habitu in actum deducere, et in Reges, Imperatores, ac Principes hæreticos, Apostatas, aut Schismaticos, rebelles, ac contumaces, materialem gladium distringere, illosque deponere, et suis Regnis, ditionibusque privare, et non solum per Censuras Ecclesiasticas, sed etiam pœnis externis, hoc est vi, et armis procedere. Quamvis maxime congruat Summum Pontificem, ubi ad hoc deveniendum fuerit, id per se ipsum minime exequi, sed aliis Principibus Sæcularibus, bene de Ecclesia, et Sede Apostolica meritis, exequendum committere. Hanc sententiam tenent communiter Theologi, et verissimam esse, patet ex traditis a Paramo de orig. Inquisit. lib. 3. q. 1. opin. 4. Victoria de potest. Ecclesiæ, relect. 1. et 2. Soto de just. et jur. lib. 4. q. 4. art. 1. et 2. Gomez in l. 40. Tauri n. 3. Molina de justit. tom. 1. tr. 2. q. 28. et 29. Salon de just. q. 4. art. 5. Azor tom. 2. Inst. Moral. lib. 10. cap. 6. et lib. 11. cap. 5. Morla in Empor. Juris 1. par. tit. 2. q. 4. n. 9. Bellarmin. de Rom. Pontif. lib. 5. per tot. Suarez in 3. par. tom. 1. disp. 42. sect. 2. in fine, ubi dicit, oppositum non habere fundamentum;

Solorzan. de jure Indiar. tom. 1. lib. 2. cap. 22. n. 40. cum seqq. Guarnier. de Eccles. Militan. lib. 2. cap. 20. § 2.

Papa. Alexander 6. donationem novi Orbis fecit Regibus Castellæ, et Lusitaniæ, quam transcribit D. Solorzano de jur. Indiar. tom. 1. lib. 2. cap. 24. n. 15. Antunez Portugal de donat. Regijs, lib. 3. cap. 8. n. 90. ubi non solum Bullam, sive donationem Alexandri 6. ad literam refert, sed etiam alias Indiarum, Insularum, continentis, et maris Occeani concessiones factas a Nicolao 5. Calisto iij, Sixto quarto, et Julio secundo; et præfatus Author pro viribus tuetur, valere hujusmodi concessionem, seu donationem Pontificiam, ejusque virtute, addita immemorabili præscriptione, et occupatione, jure optimo Lusitanos Reges Indiam possidere, et Occeani navigationem prohibere, non obstantibus argumentis Hugonis Grotij de mari libero, quorum vim enervare tentat.

Idem summa eruditione facit Solorzanus d. lib. 2. cap. 24. de jur. Indiar; sed maxime urgent, aut potius omnino concludere videntur contrariæ rationes.

Melius, et solidius probat Solorzano, justam esse Indiarum retentionem, lib. 3. per totum; tum ex

eo, quia non adest cui restitutio fiat; tum quia licet adesset, non tamen fieri deberet, nec posset, ob evidens periculum Religionis, quae absque dubio maximam perniciem pateretur, si sublato Hispanorum dominio, et gubernatione Indi sui juris fierent, et ad pristinam libertatem redirent, attenta eorum imperitia, inconstantia, et natura. Vide Natal. Alexan. tom. 7. Histor. Eccles. saecul. 11. et 12. dissert. 2. per totam, art. 9. et 10. et Constantin. Roncagliam in animadversion. ibidem §. 3. per tot. Item DD. in cap. venerabilem de elect. cap. per Venerabilem, Qui filij sint legitimi, cap. Pastoralis de supplen. neglig. Praelator. Extrav. unica extra Ne sede vac. Joan. 22.

Pensio ecclesiastica personalis est, ac per consequens incessibilis; potest tamen pensionarius commoditatem, et fructus pensionis cedere. Doleas tit. 3. q. 1. n. 12.

Pensio Ecclesiastica. Quod jus, et onus pensionarius habeat in pensione, docte explicat Azor Instit. Moral. par. 2. lib. 8. cap. 12. et 13. per tot. omnino videndus.

Papa. An sit supra Concilium, vel e contra. Vide pro dignitate discussum, et contra Concilium resolutum; apud Azor, Instit. Moral. par. 2. lib. 4. cap. 13. per totum.

De potestate Papae, vide omnino Azor par. 2. libro 4. cap. 19. per totum.

De fide est, hunc numero Papam, Innocentium xiij esse vere talem, ac Christi Vicarium, eo ipso, quod Canonicae Electioni accedat consensus totius Ecclesiae universalis. Guarnier omnino videndus, de Eccl.a Milit. lib. 2. cap. 19. per totum.

Percussio Clerici.

Clerici percussio, triplex esse potest, gravis, levis, et mediocris, et quando sit Papalis, quando Episcopalis, late demonstrat Julius Caponius, tom. 5. disceptat. 392.

Papa.

Pontificatus Romani apologiam contra perfidos novatores, omnibus numeris absolutam, atque aeterna laude dignam, vide apud Adamum Contzen lib. 6. politicor. cap. 21. 22. 23. 24. 25. 26. et plurib. seqq. usque ad 35. ubi successive optime probat, Ecclesiasticam hierarchiam, disserens de numero, atq. authoritate Cardinalium, Patriarcharum, Primatum, Archiepiscoporum, saeculari, et Regulari Clero, eorumque disciplina, ac necessitate in Christiana Republica.

Pueri quoad Viaticum.

Pueri an ante decimum ætatis annum, vel post illum, a decimo ad decimum quartum, ~~an~~ communicare teneantur pro Viatico? late disputant DD. et inter cæteros, Navar. in Manual. cap. 21. n. 57. P. Suarez de Eucharist. disp. 70. Sect. 1. Vazquez in eodem tractatu, disp. 214. cap. 4. n. 41. Hurtado de Euchar. disp. 10. difficult. 4. Lugo de Euchar. disp. 13. sect. 4. n. 34. Tamburin. in Methodo Commun. §. 8. fol. 85. n. 13. Probabilior tamen sententia, ut testantur Vazques, Lugo, et Tamburinus citati, est negativa, et ratio est, quia sicut Ecclesia non obligat ad communionem pueros, etiam doli capaces, nisi sciant jam discernere cibum hunc ab alijs, sic nec Christus obligat præcepto divino; nam dum non sciunt hunc cibum discernere, perinde se habent ac Infantes in ordine ad hoc præceptum. Alia enim capacitas, et discretio requiritur ad communicandum; alia vero ad peccandum, cum ad hoc sufficiat simplex præcisio inter bonum, et malum morale; non sic in Eucharistiæ sumptione.

Vide Diclum nam in Summa part. 1a fol. 169. n. 3.

Pactum reversionale.

De materia pacti reversionalis super lite de Son-Salas vide Fontan. tom. 1. de pact. claus. 4. glos. 3. a n. 11. et eadem claus. 4. glos. 24. ex n. 22. Cancer lib. 3. variar. cap. 21. de transmission. a n. 95. cum Senatus Decisione, Peregrin. de fideicom. art. 51. n. 20. Anton. Fabr. in C. lib. 8. tit. 35. Guidon. Pap. decis. 531. Mantica de conjectur. ult. volunt. lib. 11. tit. 6. n. 6. et D. Thesaur. decis. 230. D. Larrea tom. 1. dec. 33. Jul. Capon. tom. 1. discep. 63. = Pro caeteris vero videndus Fontan. tom. 2. de pact. claus. 10. glos. un. n. 39. Rota post D. Salgado in labyrint. credit. decis. 87. et 88. per tot. Cancer variar. par. 3. cap. 7. a n. 100. ad 115. Surdus lib. 1. consil. 72. Adde Rotam decis. 99. coram Ottobono inter suas, ubi plenissime firmatur, donationem factam filio contemplatione certi, ac determinati matrimonij, comprehendere omnes filios, tam ex primo, cujus contemplatione facta erat, quam ex secundo matrimonio. Vide Cardin. de Luca de fideicom. discur. 136. n. 9. 10. et 11. Rot. decis. 230. et 408. par. 12. recent.

Vide Eminent. de Luca de donat. discur. 10. per totum.

Vide Consultat. super Successione Statuum Cardona, n. 21. Allegationis cui titulus, Lazeran.

Optime D. Olea de cess. jur. tit. 2. q. 7. ex n. 42.

Pactum reversivum in sui favorem positum per fratrem qui ex bonis paternis sororem dotaverit, si per istam expresse consentiatur, valet, ut docent communiter Doctores. Molin. de ritu nuptiar. lib. 3. q. 31. Fontan. de pact. tom. 2. claus. 5. glos. 10. n. 12. qui n. 17. ita decisam refert a Senatu Cataloniae, Cancer. de inventariis cap. 2. n. 200. Sanfelicius decis. 128. Maximus resol. 167. Jul. Capon. tom. 3. discep. 249.

An autem valeat hujusmodi pactum reversivum, vel reciproca substitutio facta filia in testamento patris? Affir-

matrue resolvit Capon. dicta discep. 219. n. 2. Capic. Latro tom. 2. consult. 122. a n. 43. post alios, ex text. in l. si pater puellae C. de inoffic. testam. quem non esse correctum per l. quoniam in prioribus C. eodem, affirmant, asserentes, contrariam opinionem jure communi defendi non posse; quia posita incertitudine respectu dubij eventus, non datur grauamen filiae in legitima comprehensa sub tali pacto reversiuo, seu reciproca substitutione a patre testatore ordinata. Vide decisionem notatam in 1. tomo, fol. 225.

Pactum legis commissoriae in censu, valet, et seruari debet, ita ut si inter partes conuenerit, quod hypotheca cadat in comissum, eo ipso quod debitor statuto tempore non soluat, exequi debet, ex textuali decisione l. 68. tauri, ubi bene explicat Gomez.

Pactum

Pactum de non alienando, est nullum quoad hoc ut dominij translationem impediat, valet tamen ut prohibitus contraveniens ad interesse teneatur. D. Salg. cum iuribus, et DD. in Labyr. part. 1. cap. 38. n. 20.

Princeps ex causa publicae quietis, et utilitatis, potest Ministrum innocentem damnare. Quod procedit licet tumultus, culpa ipsius Principis, non Ministri contigerit. Saavedra Emblem. 73. Compressa quiescunt fol. mihi 509. versic. Si el Pueblo.

Tanta enim est Reipublicae, vel Principis in Cives potestas, ut pro utilitate publica, et eius universali incolumitate, possit etiam Innocens exponi morti; et non solum ipse potest se eo damno ultro devovere, sed etiam invitus ut patiatur cogi. Diana par. 5. tr. 4. resol. 23. Molina de Justitia, et Jure tom. 1. tr. 2. disput. 25. n. 1. Solorzan. tom. 2. de Jur. Indiar. lib. 1. cap. 13. n. 62. Lagunez in 4. praecep. Decal. cap. 12. n. 11. Lugo de Just. et Jur. tom. 1. disp. 10. sect. 4. et 5. Larrea Alleg. Fiscal. tom. 2. Alleg. 114. per totam, D. Crespi de Valdaura tom. 2. obser. 97. a n. 30.

Princeps quando habet probabilem opinionem justitiae Successionis in Regno, potest alio non possidente, post pacis tamen officia, bello invadere, eiusque armorum vi, apprehendere possessionem. Victoria relect. 2. de jure belli, et relect. de Indis n. 3. Navarr. in Manuali cap. 25. n. 4. Silvester verbo bellum q. 9. Azor instit. moral. part. 3. lib. 2 cap. 7. q. 8. et 9. Bañez 2. 2. q. 40. art. 4. dub. 4. conclus. 2. et 3. Molin. de Justitia disput. 103 vers. adverte tamen. P. Suarez ad 2. 2. de Charitate disput. 13. sect. 6. n. 6. Arriaga tom. 4. in part. 2. disput. 24. sect. 4. n. 44. Diana tom. 9. tract. 8. resol. 70. et tom. 10. in addit. tract. 1. resol. 10. Videndus Grotius de jure belli lib. 2. cap. 23. n. 6. 8. et 12. D. D. Franciscus Ramos del Manzano in allegat. pro serenissimo Philippo 4. tirella Sanctis. Alexan. 7. n. 3. marginali, ubi omnes materiam tractantes congessit.

Princeps alteram non potest legem contractui, nec supplere alterius ex contrahentibus consensum; quia Deus Principi non subiecit pacta contractuum, et partium conventiones, cum sint Juris Gentium, et proveniant ex eorum consensu, quia est de Jure naturae, ut plenissime probat D. Salg. in Labyr. part. 1. cap. 38. n. 15 et 16, asserens indubitabile esse, etiam de plenitudine potestatis non posse Principem infringere, aut rescindere pacta, et conventiones partium, sine utriusque contrahentis consensu. Et n. 17. ait, contractus a se gestos cum subditis non posse Principem rescindere, nec ab illis resilire ratione consensus a Jure naturali, et Gentium provenientes.

Princeps

Licet regulariter sine possessione, et traditione, non transferatur dominium, fallit tamen in donatione, seu gratia Principis, ex qua illico, et incontinenti absque aliquo facto transfertur, ut optime probat Cardin. de Luca de praeminent. disc. 28 n. 3. Antunes de donat. lib. 1 cap. 3. ex n. 8. qui num. 11 docet similiter in Ecclesiam, dominium ex donatione transferri sine traditione; possessionem non item. Videndus citat. Antunes dicto lib. 1. cap. 3 per tot. ubi latissime explicat differentias inter donationes, et contractus Principum, et privatorum.

Princeps Supremus in Regno non electivo, sed successivo, ac independente, non tenetur se subjicere alterius judicio, et multo minus ipsiusmet Regni, quando ei competit de jure successio. Molin. de justit. disput. 103. Suarez tract. de Charitate disput. 13. sect. 6. n. 6. Arriaga tom. 5. disput. 41 sect. 6. n. 44. Diana tom. 9. tract. 8. resol. 20. Hugo Grotius videndus lib. 2. de jure belli cap. 7. n. 27. et alij apud Ramos citatum n. marginali 33.

Princeps. De Regalibus D. N. Regis cum Statu Ecclesiastico, latissime pariter, et doctissime agit Julius Capon., omnino videndus, tom. 1. discept. 50. per tot.

Princeps. De obedientia Regi debita ab omnibus subditis, Ecclesiasticis, et Saecularibus, optime agit D. Larrea omnino videndus, allegat. 63. per totam. Haec autem obedientia solum debetur Principi in justis, et aequitatis consonis praeceptis. Quando enim Rex aliquid injustum praecipit, non debet obediri; non enim excusatur Minister ex eo, quod nequeat Regi dicere, Cur ita facis? imo tenetur potius officium relinquere, ut probat D. Crespi obser. 2. ex n. 3. Vide Adam. Contzen lib. 5. Polit. cap. 8. §. 15. ubi probat, legem Civilem conscientias etiam adstringere, et in hoc, omnes qui fidem Catholicam profitentur, convenire.

Princeps quid possit per modum legis statuere circa spiritualia, ad intelligentiam Canonis 11. Concilij Tridentini, optime explicat Arias de Mesa var. lib. 3. cap. 35.

Primogenitura quoad transmissionem.

Jus primogeniturae competens filio secundogenito, donec vivit primogenitus, est conditionale, pendens a futuro eventu mortis possessoris, seu majoris natu sine liberis. Surdus consil. 41. n. 162. Surdus consil. 403. a n. 43. unde erit intransmissibile, quia jura conditionalia non admittunt transmissionem, l. unic. §. sin autem C. de caduc. tollen. Peregrin. de fideicom. art. 31. n. 6. Mantica de conjectur. lib. 11. tit. 20. Rota decis. 100. n. 2. par. 1. et decis. 59. par. 2. recent. Surdus de subsist. q. 490. per totam.

Contrariam tamen sententiam pro primogeniturae transmissione, maxime in Regnis Castellae, concludenter probat Cobarr. videndus de incompat. par. 1. cap. 6. §. 13. ex n. 153.

Quod Primogenitura, uti qualitas personalissima, sit intransmissibilis, docet magistraliter D. Gregorius de Sanavarro consil. 5. a n. 84. ad 103. ibi: Non obstat 2um repositi argumentum, quoniam primogeniturae transmissio, non debet admitti in praesenti causa, extra legem Regni Castellae terminanda. Tum quia in se non est transmissibilis primogenitura; tum quia jura resistunt hujusmodi transmissioni. Quod autem primogenitura non sit transmissibilis, probatur, quia consistit in prioritate nativitatis, quae personalissima est. Aetas enim, et cursus vitae, non possunt separari a persona viventis, l. fructo 11. §. prodium ff. de legat. 2. Araguel. de primogen. q. 40. n. 108 Et temere solet contra hoc argumentari, quippe quod fundatur super naturali, et necessaria ratione. Primogenitus namque dicit relationem ad secundogenitum, et tertiogenitum ejusdem genitoris, quoniam inter eos cadit dinumeratio geniturae, et genitorum primo, secundo, et tertio.

Hoc idem defendit Socin. junior, in causa Ducatus Gandiæ, consil. 108. n. 3. vol. 2. et juxta eam decisum fuit per Regiam Aud.m Valentinam, teste D. Leon decis. 60. n. 46. et est doctrina Menochij consil. 328. n. 5. ubi latissime, Duin. consil. 115. n. 18. vers. Nec obstat insuper.

Prosequitur Ganavezzo d. cons. 5. n. 96. ibi: Quia obstant jura expressa prætensæ transmissioni primogenituræ, triplici medio. 1. quia ille est primogenitus habilis ad succedendum, et proximior, qui talis reperitur tempore deferendæ successionis, §. non tamen et §. proximus, Instit. de legit. agnat. succes. Quod infalibiliter est verum extra terminos legis Castellæ, sed hæc qualitas, et habilitas pendebat a futuro eventu, tempore mortis D. Francisci primogeniti immo per ejus mortem erat extinguenda, et quod non est adquisitum, non transmittitur. (l. unic. §. in novissimo C. de cad. tollen.) ergo illud jus primogenituræ, et habilitas succedendi, non potuit transmitti.

Nec obstat doctrina D. Molina lib. 3. cap. 6. a n. 37. ubi cum alijs docet, locum esse transmissioni primogenituræ, quia loquitur de illa in linea effectiva, et admissa, ut constat ex ejus verbis, et in hoc non est quæstio, cum sit veritas extra dubium. Baldus cons. 488. vol. 3. Amato resol. 1. n. 43. lib. 1. D. Peguera cum alijs, dec. 116. n. 41. qui omnes post Molinam docent, necessarium esse, quod in filio radicatum fuerit jus primogenituræ omnino certum, et invariabile; ac ideo non potest transmitti primogenituræ quali-

tas, quando solum competit in spe, et dependent ex a conditione, et futuro eventu, mortis scilicet primogeniti fratris sine liberis, et supervivientiæ secundogeniti. Paulus de Castro consil. 164. vol. 2. Menoch. cons. 269. n. 65. ibi: Nam quod filius primogeniti repræsentet patrem ad exclusionem patrui, id contingit, quia jam in ipso primogenito patre, jus primogenituræ radicatum est, et immediate jus patris per quandam continuationem descendit in ejus filium, cum nullum impedimentum in medio positum sit; sed diversum valde est in casu nostro, nam et tempore delatæ successionis D. Clemens desijt esse inter vivos, et consequenter dicitur non vocatus, et quod fortius est, habebat ante se, cum decessit D. Herculem, qui tamquam paries medius impediebat continuationem juris successionis a D. Mauritio in D. Clementem, et a D. Clemente in D. Alfonsum, argum. l. qui sella §. in rusticis ff. de servit. rusticor. prædior. Non equidem (ut sæpius diximus) in D. Clemente, tempore suæ mortis aderat vel jus, vel spes hujus successionis, impediente D. Herculi: non ergo pares sunt termini juris primogenituræ radicati in filio, et casus nostri. = Hactenus Menochius, cujus doctrinam, sequitur cum alijs Cevallos, Com. contr. com. q. 905. n. 142. Surd. consil. 41. n. 165. Mangil. de imputat. q. 77. n. 172. Mediolanensis decis. 9. n. 62. Mar-

57

Postergatio Lineę
ta de Succes. legal. par. 3. q. 1. art. 2. n. 33.

Primogenitum Linea - Postergatio.

Si Testator in fundatione Maioratus, Vinculi Patronatus, aut Anniversarij perpetui, ad successionem invitaberit secundo genitum, eiusque descendentes, omitens primogenitum, tertiogenitum, aliosque fratres: si secundo genitus, eiusque linea deficiat, anceps est quæstio, an successio ad primo genitum, postergata linea devolvatur, an vero ad tertio genitum, alios que post eum, ordine primogenituræ pertineat. Illam funditus explicat Rosa videndus de incompat. par. 1. cap. 8. ex n. 12. et post longam disputationem, federe distinctioni respondet ex n. 31. asserens quod quando Testator odio habuit primogenitum ob aliquam causam quæ tamen probari debet ab allegante, non solum ipse primogenitus excluditur, sed etiam eius descendentes, eoque casu ad tertio genitum devolvitur successio, et respective ad quarto genitum vel eorumque lineas.

Num.º 33. docet, quod quando constat Testatorem odium non habuisse primogenitum, cognitum tamen habuit, illum vel in actu, vel in spe certa, et invariabili esse successorem alterius Maioratus tunc successio ad sequentem fratrem, tertio vel quarto genitum derivatur, non autem ad primogenitum, eiusque lineam, quia censetur realiter exclusus, ac per consequens non retrocedit successio ad lineam primogeniti, cuius exclusio realis est, ut probat D. Castillo lib. 5. par. 2. cap. 178. n. 37. et pulchre prosequitur Rosa ex n. 34. ad 37.

N.º 38. tertium casum ponit, quando Testator vocabit secundo genitum sub hac qualitate, et nomine apelativo, non autem nomine proprio, quia tunc deficiente linea vocati ad tertio genitum tranxit successio, ut comprobat citatus D.or usque ad num. 45.

N.º 48. docet, quod si secundo genitus vocatus fuisset nomine proprio, eius linea deficiente, tranxit successio ad primogenitum, et eius descendentes.

N.º 49. disserit quid iuris quando contenditur inter descendentes secundo geniti super Maioratu huius qualitatis, in quo dubio resolvit Aquila in addition. præferri debere primogenitum, quia est in linea, nisi sit inhabilis, vel aliud Maioratum possideat.

Quid tamen quando in Maioratu regulari vocatus sit filius secundus, sed non extet alius, quam primogenitus concurrens cum una, vel pluribus Sororibus. Quid etiam retento eodem temate, in Maioratu irregulari? Videndus citatus Rosa ex n. 54. et ibi addentes.

Primogenituræ Repræsentatio.

Iure Regio Castellæ cautum est, repræsentationem locum habere in Primogenij successione, non solum inter descendentes, verum etiam inter transversales in infinitum, ut constat ex l. 40. Tauri, quæ hodie est l. 5. tit. 7. lib. 5. Recopil. quam transcribit D. Covar. practicar. qq. cap. 38. ubi latissime de materia D. Molina de Primogen. lib. 3. cap. 6. a n. 28. Ant. Gomez in Commentar. ad d. l. per tot. Robles lib. 2. cap. 29.

Similiter in Regno Siciliæ cavetur in cap. si aliquem, legum D. Regis Iacobi, et in cap. 18. legum Regis Philippi, admittendam esse repræsentationem in infinitum in Primogenij successione, tam inter descendentes, quam inter transversales. Cardin. de Luca decis. Sicul. post tractat. de feudis a n. 320. Giurba de feudis cap. 7. concl. 56. n. 2. concl. 57. et 58. n. 1.

In feudis etiam concessis iure Francorum, hoc est individuis, locum habet repræsentatio. Tiraquel. de Primogen. cap. 40. n. 18. Grammat. decis. 1. in fine, Acosta de patruo, et nepote, pag. 184. D. Molina d. lib. 3. cap. 6. n. 47. de Luca de feudis, discur. 8. n. 4. et decis. Siciliæ, a n. 187. Marcianus disput. 1. cum seqq. Regens Marinis lib. 1. resolut. 126. n. 22. et constat ex cap. 1. § hic vero, de succes. fratrum cap. 1. de natura succes. feudi.

Difficultas tamen est maxima, an in terminis iuris communis, locum habeat huiusmodi repræsentatio in primogenij successione. In quaquidem

Quod in successione fideicommissi primogenialis, et perpetui, locum non habeat iure communi attento, repræsentatio, late probat Robles Salcedo de represent. lib. 2. cap. 29. usque ad num. 12. docens aliud esse iure Castellæ tam in transversalibus respectu ultimi possessoris, quam primi institutoris, licet alij apud eum contra sentiant. Vide quæ docet lib. 3. cap. 4.

tione, dua sunt pugnantes sententiæ. Prima Glossæ in l. cum ita, §. in fideicommisso, ff. de legat. 2. Alexan. in Consil. 88. lib. 1. Paris. cons. 3. n. 8. et aliorum, quos refert, et non sequitur Casanate consil. 34. n. 12. et consil. 59. n. 1.

Secunda Opinio fuit originaliter Baldi in d. l. cum ita, §. in fideicommisso, ubi ait, nepotem, non posse repræsentando patrem prædefunctum, succedere in fideicommisso, et patruum excludere, eo motivo, quia repræsentatio solum procedit in successione ab intestato, quæ defertur ex legis authoritate; non vero in successione ex testamento.

Baldi sententia communiter amplexa est a DD. et inter alios Bellon. consil. 50. n. 2. Manzar. consil. 1. n. 22. Nata consil. 679. n. 20. lib. 4. Molandin. consil. 38. Casanate consil. 34. n. 13. ubi refert integram Doctorum Columnam pro hac Opinione, et rursus consil. 59. n. 2. Gamma decis. 307. n. 5. Et eam secutus fuit Senatus Cataloniæ in Causa super Baronia de Palou. ut refert Cancer variar. resol. par. 1. cap. 5. n. 51. ubi tamquam magis certam hanc amplectitur sententiam, eamque comprobat variis DD. authoritatibus, et inter alios allegat Cassaneum consil. 53. Peregrin. de fideicom. art. 21. n. 5. et 9. Marta Vot. 101. in fine. Idem videtur sensisse integram Majoricarum Audientiam, Rel. D. Valenga, scriba Canets, inter Ludovicum Sari, et Columbam Mut 5. Julij 1633. ubi expresse dictum fuit, quod repræsentatio non habet locum in successione ex

Vide omnino D. Robles Salcedo de Repræsentat. lib. 3. cap. 7. per totum, ubi magistralissime Baldi sententiam probat, et contrarijs argumentis respondet. Loquitur tamen de fideicommisso familiæ relicto, non vero de primogenijs; et cap. 8. præfatam Baldi sententiam limitat ex conjecturis, de quibus ibi. Et similiter cap. 9. explicat casus, in quibus ex conjecturis cessat repræsentatio, etiam in sent. quæ in dictis fideicommissis illam admittit. Quid tamen si adsit in fundatione clausula succedendi salva gradus prærogativa? Vide citatum Authorem cap. 10. et 11.

testamento. Quod est Baldi doctrinam canonizare.

Duo sunt præcipua hujus sententiæ fundamenta. Primum, quod repræsentatio est fictio translativa, cujus virtute transfertur patris gradus in filium. l. Gallus 22 § si parente ff. de liber. et posth. Gamma decis. 50. n. 4. Surar. de substit. q. 484. n. 35. Aragon. decis. Floren. 13. n. 6. et 18; fictio autem requirit habilitatem in duobus extremis a quo, et ad quod, qua deficiente, nequit effectum habere. D. Salgado de Reg. Protect. par. 2. cap. 11. n. 32. Anton. Gomez lib. 2. variar. cap. 11. n. 30. vers. Tertio, et principaliter limita. Unde non habente extremo a quo, nempe persona, quam prætenditur repræsentare, qualitatem primogenituræ, in qua consistit habilitas succedendi in fideicommisso primogeniali, cessare debet repræsentatio, quia nequit esse plus in causato, quam in causa.

Secundum desumitur ex magistrali doctrina D. Præsidis D. Antonii Gregorij de Sanaverro consil. 5. a n. 29. ad 38. et rursus a n. 104. usque in finim, ubi totis viribus defendit, repræsentationem minime admittendam in primogenij successione. Et quamvis multa sint rationes quibus innittitur, præcipua est: Quod jure Digestorum, Codicis, et Institutionum, cognita non fuit repræsentatio, donec Imperator Iustinianus in Authent. de heredibus ab intestato venient. collat. 9. eam introduxit,

ibi: Itaque prioribus legibus pro hac causa positis usantibus, de caetero ea sola servari, quae nunc constituimus. Ex quibus verbis deprehenditur, quod solum haec Constitutio est decisiva in representationis materia.

In §. 1. sancit Iustinianus inter descendentes representationem admitti in infinitum. In 2.° eam excludit inter ascendentes, jubens eos succedere ab intestato, sola gradus praerogativa attenta; et in 3.° eam concedit ex speciali privilegio transversalibus, in stirpes, non in capita, non tamen ultra fratrum filios; non ad patrui exclusionem, sed ut cum eo concurrentes, et patris praemortui personam representates, aequaliter succedant, non ex propria, sed ex patris persona, et in ejus locum subintrando.

Tria sunt in hac lege notanda. 1. quod representatio nepotibus ex fratre conceditur, ex speciali privilegio, contra juris antiqui dispositionem, quod vocabat collaterales ad successionem, secundum gradus praerogativam, excluso remotiori, l. 2. §. haereditas, et §. legitima ff. de suis, et legit. haered. text. in §. si plures, Instit. de legit. agnator. succes. 2. quod privilegium concessum fuit, non ad excludendum patruum, sed ad cum eo concurrendum. 3. quod solum loquitur Imp.r de successione, quae defertur a lege ab intestato; minime vero de successione ex testamento, nec primogenij: ergo cum nullo jure caveatur, non potest representatio admitti extra casum hujus legis.

Prosequitur Sanaverro d. consil. 5. n. 140. ibi: Itaque in successione fideicommissi, sine particulari voluntate disponentis, non potest dari casus repraesentationis, quia cessat ratio, et causa illius. De qua particulari voluntate in praesenti nec verbum, imo contrarium apparet. Ego vero noviter cogitabam, utramque Opinionem Glossae, scilicet, et Baldi, veram esse in suo casu, quoniam distinguere oportebit. Aut sumus in terminis fideicommissi particularis, et temporalis, in quo testator bona reliquit divisibilia, et vocavit plures; itaut conformatus cum dispositione juris, ordo fideicommissi non repellit repraesentationem, immo eam admittit, et tunc admitti ea debet, quia est pars formae successionis legitimae, quam sequi Testatori placuit. Voluit enim suum fideicommissum per tramites successionis legitimae deferri: fatuum esset (judicio meo) negare repraesentationem stabilitam a jure, quando in successione concurrunt fratres, et filij fratris praemortui, quoniam tunc, eam admittere placuit Testatori, et in his terminis est vera Opinio Glossae. Si vero simus in terminis fideicommissi perpetui, gradualis, et successivi cum unione bonorum, et semper vocatur unus solus, post alium, in hoc casu similiter esset fatuum ad-

mittere repraesentationem, quia non datur proportio. Eo enim ipso, quod testator univit bona, et vocavit unum post alium, expresse repulit repraesentationem successionis legitimae. Quoniam illa inducta fuit, non ad excludendum, sed tantummodo ad simul succedendum nepos cum patruo, ut saepe supra probatum est. Quod contingere non potest quando vocatur unus post alium ad bona semper unita. = Hactenus Ganavetto.

Baldi opinionem contra repraesentationem in fideicommissis, et primogenijs, tenuerunt 25. DD. quos refert, sed non sequitur Menoch. cons. 124. n. 80. Mathaeus de fideicom. lib. 2. cap. 6. n. 12. Scipio Theodorus alleg. 100. n. 24. et eamdem in terminis juris communis veram agnoscunt D. Molina de primogen. lib. 3. cap. 7. n. 10. Gregor. Lopez in l. 2. tit. 15. partit. 2. in glossa verbo el mas propinquo pariente. Anton. Gomez in l. 40. Tauri n. 41. ibi: quia jura, quae admittunt repraesentationem, loquuntur, et habent locum in successione, quae provenit ex dispositione legis; non vero in successione, quae provenit ex dispositione hominis, et sic testatoris ut in nostro casu, quia illa regulatur ex praesumpta charitate, et affectione. Unde merito proximior in gradu est praeferendus.

Haec doctrina canonizata reperitur binis Decisionibus Rotae Romanae. Prima coram Ill. Cerro, 7. Februarij 1667. quae habetur par. 15. De-

cis. 24. per tot. maxime n. 9. in terminis fidei-
commissi ordinati per patrem in favorem filio-
rum, nepotum, pronepotum, et aliorum descen-
dentium masculorum in infinitum, ibi: Ubi-
nusque potest Cæsar Antonius subintrare in
locum sui patris, nec illum repræsentare. Tum
quia is non admittitur in successione transver-
salium, excepto patruo, etiamsi agatur de fidei-
commisso ascendentis. Crassus de success. §. fidei-
commissum, q. 11. n. 5. Mantica de conjectur. ult.
volunt. lib. 8. tit. 9. n. 3. in fine, et n. 4. Peregrin.
d. art. 21. n. 8. Fachin. Controver. jur. lib. 4. cap.
84. §. fin. ver. sequitur. Fusar. de substitution.
q. 485. n. 106. cum sequentibus.
Secunda, quæ fuit hujus confirmatoria, coram
eodem Cardinali Cerro 26. Novembris ejusdem
anni, et habetur par. 15. decis. 124. n. 1. ibi: Cum
cum ijdem Domini Cardinalis, et frater, sint
in gradu proximiores ultimo defuncto, veniunt
præferendi, nedum ex voluntate testatoris, qui
mandavit servari gradum prærogativam
respectu ultimi gravati; sed etiam ex juris
dispositione, per quam in fideicommissis, pro-
ximior remotiorem excludit, juxta ordinem
intestatæ successionis. Text. in l. peto §. fra-
tre, vers. ut proximus, ff. de legat. 2. Decius
consil. 185. n. 4. Merlin decis. 520. n. 21. = Pos-

tea n. 9. prosequitur Rota ibi: Etenim quoad repræsentationem, subsistunt responsiones datæ in Decisione; quia cum agatur de successione transversali, vere non est locus repræsentationi, quæ in transversalibus non admittitur ultra primum gradum, ut probant relati per Peregrinum art. 21. n. 8.

Collaterales ultimo possessori, dicuntur transversales, et pro talibus reputantur, licet descendant a testatore, ad effectum regulandi primogenij successionem. D. Molina de primog. lib. 3. cap. 3. n. 8.

Quando agitur de transversalium successione, in terminis juris communis, non admittitur repræsentatio. Cardin. de Luca de fideicom. discur. 15. n. 11. D. Molina in Annotation. super successione Regni Portugaliæ, explicans semetipsum lib. 3. cap. 3. ibi: Præmittendum est, nunquam in dicto libro admissum esse jus repræsentandi in filio, cujus pater aliquo tempore non habuit jus primogenituræ firmum, et invariabile, quod possit filius ipse repræsentare, vel in alium transmittere; atque ideo cum hoc jus primogenituræ, nullo tempore in Eduardo ejusdem D.ª Catharinæ patrente radicatum fuerit, non potest dici, ea quæ nunc dicimus adversari eis, quæ in dicto libro dicuntur. Quinto, quia ibi sequimur opinionem nepotis, non simpliciter, sed quando pater ipsius, in vita sua, jus primogenituræ certum, et invariabile adquisivit, quæ qualitas in

Hæc D. Molinæ Authoritas, habet. ad litteram transcripta apud Cevallos, com. contra com. q. 905. n. 165. ubi eandem Sententiam mordicus defendit.

parente dicta Dª. Catharina non invenitur. = Septimo quia dictæ Opinionis præcipuum fundamentum, est quod primogenitura fuerit radicata in persona parentis, quod defecit in parente Dæ. Catharinæ, et eo deficiente, contraria Opinio necessario sequenda erit. = Octavo, quia in eo libro, eam Opinionem in Successione ascendentium probavimus; nunc autem agimus in successione transversalium, quod nimis diversum est. quia qualitas primogenituræ, quæ apud patrem nunquam fuit, sed illa, quæ in potentia adeo remota sperabatur, in filium transmitti non valet; non enim potest hæc primogenituræ qualitas in eventum conditionis transmitti, præsertim in transversales, prout in eadem juris Allegatione num. 36. ostensum est. = Et rursus in dicta Allegat. ibi: Quod si dicatur, Ducissam Bragantiæ, posse repræsentare illam aptitudinem, quam pater ejus habebat, ad consequendum jus primogenituræ, post mortem Henrici, si illi supervixisset, atque ejus lineam in illam continuatam fuisse, hoc etiam nullo jure, pacto, vel ratione probari poterat. = Hactenus vir doctissimus. Vide Cancer variar. par. 3. de transmission. cap. 21. a n. 293. d. f. 169 tu. et seq.

Contrariam Sententiam omnino probare nititur Telles Salced videndus lib. 2. de repræsentat. cap. 3. per totum, et ejus fundamenta summa adstringere videntur, maxime jure Regio inspecto.

Primogenium quoad successionem.

Quilibet vocatus ad fideicommissum, est dupliciter successor, nempe testamentarius quoad testatorem, et legitimus quoad ultimum possessorem. Quæ quamvis inter se contraria videantur, uniuntur ex disponentis voluntate: testamentaria enim successio dat hæreditatem, et legitima declarat successorem. Ita quod vocatus censetur ad fideicommissum, qui esset legitimus successor ultimi gravati, a quo dinumeratur gradus proximitatis cum sua qualitate descensiva, vel collaterali. Sanauerro consil. 5. n. 130. D. Covar. practicar. qq. cap. 38. vers. Idcirco. Peregrin. de fideicom. art. 29. a n. 20. Rota par. 15. recentior. decis. 124. n. 1. ubi quod in fideicommissis, ex juris dispositione, proximior remotiorem excludit, juxta ordinem intestatæ successionis. tex. in l. peto §. fratre, vers. ut proximos ff. de legat. 2. Decius consil. 185. n. 4. Merlin. decis. 520. n. 21. Bursat. consil. 170. n. 16. lib. 2. Rota d. par. 15. decis. 24. n. 1. ubi refertur, ita ab ea judicatum in Theatina fideicommissi, 12. Junij 1656. coram Verospio §. 1. et 29. Maij 1665. coram Emerix, §. censuerunt, et 23. Junij 1666. §. 1. coram Albergato. D. Molina lib. 3. cap. 9. n. 11.

Quæstio tamen est, an proximitas ad regulandam primogenij successionem, attendenda sit, respectu fundatoris, cui succeditur, an vero respectu ultimi possessoris. In qua communis hodie resolutio est, quod

solum est consideranda, habito respectu ad ultimum grauatum, et fideicommissi possessorem, ut late, et docte probat D. Molina lib. 3. cap. 9. per totum. Peregrin. de fideicom. art. 20. a n. 1. ad 12. et fere per totum, Iulius Clarus cum alijs, §. testamentum q. 76. vers. sed hic occurrit. Fonanerra consil. 5. n. 135. Cancer cum alijs tom. 1. cap. 1. n. 137. ubi refert hanc sententiam probare Regium Catalo. [illegible] Senatum; et ibidem n. 293. vers. consuluit ubi testatur de Obseruantia dictae Audientiae. Et n. 302. Utrobique tamen aduertit, hoc procedere tantum inter descendentes testatoris; nam hac deficiente qualitate, secus est. Rursus idem Cancer par. 3. variar. cap. 21. n. 333. hanc sequitur opinionem, allegans Avendaño in l. 40. tauri, glos. 20. Mantica de conjectur. lib. 8. tit. 12. n. 30. et alios, et refert Decisionem in terminis Regij Senatus Cataloniae. Fontanel. tom. 1. decis. 35. n. 22. et 23. Valenzuela consil. 97. n. 17. Marta in suo Digest. nouiss. tit. fideicommissum, cap. 30. proximitas grauati, et de succes. legal. par. 2. q. 1. art. 1. n. 9. Rusar. de subs. tit. q. 484. per tot. signanter a n. 10. Cardin. de Luca de fideicom. art. 1. n. 15. ubi quod hodie est receptissima conclusio, discur. 3. n. 6. discur. 6. n. 11. ubi refert decisionem Ottoboni 21. et discur. 17. n. 13. ac discur. 18. n. 8. ibi: Tum quia ista quaestio est ubique decisa, praesertim vero in Rota, et Curia

ut non refragante testatoris voluntate, attendi debeat persona grauati, non autem grauantis, iuxta plene firmata apud Ottobono decis. 21. quæ est in materia magistralis, cum alijs infra in Romana fideicommissi de Victorijs dis. 23. et alibi. Unde ista quæstio remanet solum in scholis &c.

Cursus idem de Luca de fideicom. discur. 23. n. 4. et 5. eandem doctrinam repetit, dicens, quod licet apud antiquiores hæc quæstio erat summè involuta ut constat ex traditis à Susanis q. 484. Amato resol. 10. Castillo lib. 3. controver. cap. 19: attamen in foro receptum est pro regula, ut attendi debeat proximitas grauati, præsertim in Rota, quæ semper hanc opinionem tenet, et tenuit, ut decis. 72. par. 1. diversor. decis. 109. et 119. par. 5. recent. apud Buratum decis. 682. et 744. apud Duran decis. 115. et recentius plenissime, ac articulo formiter discusso, apud Ottobono decis. 21. confirmata apud eundem decis. 35. dictamque opinionem esse in puncto iuris veriorem, testantur Susar. Amato, et Castillo ubi proxime.

Limitatur tamen hæc communis sententia ubi fiat transitus de uno substitutionum ordine in alium, sive ab uno genere personarum ad aliud. Merlin. decis. 520. Rota decis. 519. par. 5. Amato, et Susar. ubi supra, Molina videndus lib. 3. cap. 9. in principio. De Luca de fideicom. discur. 23. n. 6.

f. 165. non potuit, nec vocatus fuit, et per consequens nec vocati sunt ejus descendentes, qui ab ipso sumunt initium; neque virtute repraesentationis gradus admitterentur, quia hujusmodi repraesentatio non admittitur, nisi in casibus a jure expressis, et nullibi in jure admittitur transversa, et remota repraesentatio, nulloque jure fundatur. Menoch. Cons. 269. n. 8., reteque conferunt deducta per Robles de repraesentat. lib. 1. cap. 6. n. 4. et lib. 3. cap. 4. n. 4. ubi affert rationem, ob quam in majoratibus inspecta dispositione juris communis, non potest dari repraesentatio, quidquid in contrarium sit asserendum, attentis peculiaribus Legibus Castellae in quibus terminis procedunt authoritates contraria.

Repraesentatio est duplex, altera gradus, altera personae. In prima nepos repraesentat Patrem in successione Avi, vel Proavi, et dicitur repraesentare gradum, non personam, quia non ex persona Patris de medio sublati, sed ex propria succedit; et hoc procedit in successione ascendentium. In secunda vero filius fratris repraesentat personam Patris in successione Patrui, et succedit non ex propria persona, sed ex persona Patris. Ita Antunez Portugal de donat. Reg. tom. 2. lib. 3. cap. 19. n. 47. ubi loquitur in terminis successionis ab intestato = Vide Altograd. Junior. controvers. 42. à n. 63. et contro. 73. à n. 2.

Doctrinis hucusque ponderatis, videtur omnino tuta, et in praxi admittenda sententia Baldi, et sequacium, excludens repraesentationem in successione majoratuum, et fideicommissorum primogenialium, quibus omnibus junge meam juris allegationem pro D. Gabrielle Ruiter, et San Juan, ac D. Salvatore de Olezariis curatore art. 2. et 3. per tot. ubi latissime agitur de primogeniis, de lineis effectiva, et contentiva, de primogeniturae qualitate, eiusque transmissione, ac tandem de repraesentatione, sed obstare non parum videntur, quae in pag. sequenti adnotantur.

Primogenitum Repraesentatio.

87 A6 # J 27411 0754

Repraesentatio, ex opinione amplius non controversa, non minus procedit in Successionibus fideicommissariis, quam in iis, quae deferuntur ab intestato. Ansaldus decis. 89. n. 67. et nisi evidenter appareat exclusa per testatorem, regulariter datur favore descendentium in infinitum, ibidem n. 68. Attamen per necessarium antecedens indubitabiliter supponit, quod filii vel nepotes subingredi volentes in concursu Patrui, vel Avunculi, existant certitudinarie vocati, quia repraesentatio aperit quidem subingressum in gradum Patris evacuatum, sed nunquam supplere facit gradum, et vocationem. Ansald. ibidem n. 69.

Eminentissimus Card. De Luca in sua dissertatione decis. Siculae, quae habetur post tract. de feud. a n. 315. repraesentationem admittendam docet, et primogeniturae praerogativam inter descendentes in infinitum, et hoc licet sint collaterales, respectu ultimi possessoris, dummodo omnes a testatore descendant, ubi: Praeterea ipsi advocati ex adverso fatentur, quod inter descendentes datur repraesentatio, et praerogativa primogeniturae in infinitum, ea ratione, quia filius primogenitus in vita Patris dicitur quasi Dominus, et filius, nepos, ceterique descendentes, dicuntur pars corporis Patris, ac subintrat praesumptio L. Cum Avus ff. de condit.

condic. et demost. Quam rationem dicunt cessare

inter transversales, eo quod cum comparatur frat-

ter ad fratrem non possunt ad eum aplicari, quae de

filiis respectu parentum considerantur.

Sed allucinantur, nam eadem feré ratio militat in-

ter transversales in hac materia primogeniorum

(quae perpetua, et individua est) et absque aliqua

hesitatione, inter illos, qui á primo fundatore, seu

adquisitore descendunt. Cum enim ex prima dis-

positione, seu concessione, et investitura omnes des-

cendentes vocati, et invitati sine ordine successivo

quilibet habet jus proximum considerabile, et

spem probabilem succedendi, si casus successionis

adveniat, et hoc jus, et spes probabilis radicatur

in filiis cuiuslibet possessoris ordine primogeni-

tura, et unusquisque ex eis descendens illos repre-

sentat ordine suo.

Unde sicut de jure comuni in successionibus divi-

duis, ea ratione concessa fuit repraesentatio inter

descendentes in infinitum, et inter transversales, us-

que ad filios fratrum, quia filius dicitur pars cor-

poris patris, et non potest dici extinctus, aut non

extare pater, qui filios reliquit, cum remanserit

vera caro et pars corporis ipsius, juxta illud Eccles.

Cap. 3.: mortuus est pater eius, et quasi non mor-

tuus, similem enim reliquit post se: ita, et eodem

modo, ac eadem ratione, in successionibus indi-

vidui

individuis conceditur repraesentatio, et praeroga-
tiva melioris lineae, non solum inter descenden-
tes ab ultimo primogenito possessore, sed etiam
inter transversales, respectu illius descendentes
tamen à primis institutoribus, quia (ut saepe di-
ximus) descendentes sunt, et vocati ad primoge-
nium, et semper verificatur praedicta ratio, quod
filius est pars corporis Patris, qui extinctus non
est, imo eius caro in filiis remansit, ut succedere
possit repraesentative, sicut Pater succederet, si
tunc vivus existeret: et habet etiam locum praesumptio
L. Cum avus ex adverso expensa, ut satis
docte, et eleganter considerat Dr. Joannes del Castillo
dict. lib. 2. contro. cap. 19. n. 52. in versic. ex qui-
bus apparet, et versic. in bonis autem, et versic.
deinde, et nn. sequent. et ut supra dicta pro-
bat tex. in l. cum scimus C. de agricol. et Censit.
lib. 11. Decreg. Cons. 17. n. 8. lib. 6. Castrens. dict.
Cons. 167. n. 3. vol. 2. et alii laudati, Ruxba
de feud. §. 2. glos. 10. n. 87. versic. respondeo 1.
et pluribus ex Hispanis nostris relatis Dr. Fran-
ciscus Marian. lib. 1. disput. 10. n. 14. 16. et 17.
cum sequent.

Et licet nos non ob benefitium repraesentationis,
sed ob melioris lineae praerogativam, nepotis pro-
lationem procedere probaverimus eo quod ipse
et omnes alii descendentes, ex linea primogenita
usque in infinitum, unus post alium, ordine pri-
mogeniturae

primogeniturae sint vocati, et substituti, et proprio jure; ac ex propria vocatione ad successionem veniant, ut in principio articuli sabè fundavimus; tamen non reffugimus, quod veniant repraesentando qualitatem primogeniturae, quae à Patre, filio comunicatur, et cujus ratione successio Patri competebat; in quo sensu procedunt superius dicta n. praecedenti, pro ut magis comuniter declarant DD. à nobis in hoc discursu pro tinea praerogativa allegati.

primogenito

Sed illud constanter firmamus: hanc repraesentationem non esse illam, quae de jure comuni dabatur in successionibus dividuis, per quam solus gradus Paternus, seu alterius ascendentis repraesentabatur; sed diversam, ampliorem, et uberiorem; dum non tantum gradum sed personam, et omnes qualitates, quae Patri ad succedendum proficuae erant, repraesentantur per filium, ad similitudinem tamen illius, et eisdem rationibus, ac considerationibus introductam in successionibus individuis, inter illos qui à primis institutoribus descendunt, licet transversales sine ultimi morientis. De jure namque comuni, in successione transversali, non poterat ultra filios fratrum repraesentationis beneficium concedi, quin gravissimum oriretur inconveniens; cum enim successio dividua esset, et collaterales ultra praedictos filios fratrum in stirpes repraesentative haberent succedere: maxima adheretur

confusio, et prædictum beneficium plus æquitatem quam Patruis, ac alijs proximioribus consanguineis existeret, dum alij remotiores, ad portiones suorum ascendentium præmortuorum essent admittendi, contra illud quod tantum erat, legibus duodecim tabularum, et jure digestorum l. 2. §. hæc hæredibus, et §. legitima ff. de suis, et legit. l. 1. §. proximus, et §. gradatim, ff. unde cognati, l. lege versic. hujusmodi C. de legit. hæred. §. 1. §. proximus et §. si plures instit. de legit. agnat. success. et ideo noluit Imperator Justinianus dictam repræsentationem extendere ultra filios fratrum: At in successionibus individuis nullum inconveniens, nulla confusio resultat, et filius repræsentando personam Patris, seu ascendentis, tantum habet, quantum Pater, seu ascendens haberet, si viveret successionis tempore, eo quod erat vocatus jure primogenituræ, quod filio, et descendenti comunicat, ut alium proximiorem excludat de linea inferiori, quem Pater, vel ascendens excluderet, ut pote de linea meliori, argumento eorum quæ docet Marcian. disput. 1. a n. 4. cum seq. — Hactenus De Luca.

Idem Eminentissimus Author, de fidei com. disc. 202. a num. 10. ad 13. rem hanc a primis prin-

ejus explicans, docet, quod Majoratus, et Primogenitura fuerunt omnino incogniti de tempore Romanæ Reipublicæ, ac etiam Imperatorum, taliter ut nihil de eis cautum sit in libris Digestorum, Codicis, et Authenticorum; quia illorum origo fuit moribus Francorum introducta, postquam Pipinus Francorum Rex, et Carolus Magnus ejus filius, à Longobardorum servitute Italiam liberarunt. Licet enim ab ijs Regna, Principatus, et Feuda inventa sint, non tamen fuerant individua, sed in eis tanquam divisibus, ad instar intestatæ successionis succedebatur. At Galli seu Franci crearunt hujusmodi Regna, Ducatus, et alia Feuda superiora Dignitatis, ea lege, ut in eis jure sanguinis, et primogenituræ succederetur, et quidem tempore, quo a multis retro sæculis, nulla Romanarum Legum notitia habebatur, quia fuerant Barbarorum incursionibus, et temporum calamitate deperditæ. Ex quibus infert, quod Regulæ successionis Majoratuum, et Primogeniorum, non sunt a Romano jure petendæ, utpote sed eo jure minime notæ, sed tantum a Consuetudine Gallorum, qui primi hujusmodi Primogenia in Italia introduxerunt, et Hispanorum, qui postea eandem Consuetudinem (in Hispania antiquissimam) in utraque Sicilia post Alfonsum V. Aragon. Regem induxerunt. Licet enim hæc consuetudo a principio tantum in Regnis, et Feudis majoris Dignitatis viguerit: postea tamen ad eorum instar introduci coepit in successionibus particularibus, ratione publici boni, et ex disponentium volunta-

te, cognito inter Gentes beneficio conservationis
Familiarum Nobilium. Unde concludit vir
doctissimus, Primogeniorum naturam solum
a Consuetudine regulandam, ad instar Regno-
rum, et Feudorum superioris Dignitatis.
Quæ omnia, si ita sint, (nihil enim in compro-
bationem adducit) sequitur, quod licet Roma-
næ Leges repræsentationem non concedant
in transversalibus, ultra fratrum filios, ad-
mittenda tamen erit in infinitum, maxi-
me si omnes a testatore, vel Fundatore
descendant, cum præcipuum argumentum
repræsentationis exclusivum, sit non repe-
riri Legem juris communis, quæ eam con-
cedat; nulla enim fortior lex Consuetudi-
ne. Unde hæc materia adhuc post ~~tot~~
cumulatas pro negativa sententia doctri-
nas, summam apud me patitur difficulta-
tem. Vide Rotam post Torre de Majoratu, par.
3. decis. 29. et 30.

Majoratus — Primogenium —

Majoratus ex observantia probatur. An autem unicus actus sufficiat; an vero saltim binus requiratur, vide D. Molina de primogen. lib. 2. cap. 6. Gutierrez qq. Civil. lib. 2. q. 53. ad text. in l. 41. Tauri, l. 1. tit. 7. lib. 5. Recopil. Quid si dubitetur de Regia facultate? vide D. Josephum Vela. tom. 2. dissert. 48. ex num. 11.

Primogenium — Representatio

In Donationibus factis jure Majoratus per Henricum Secundum, Castellæ Regem, ejusque testamento confirmatis, locum habere repraesentationem, tenet D. Molina de Primogen. lib. 3.cio n. 11. versic. Sexta conclusio, et n. 12. ac 13. et ibi Addentes, P. Molina tom. 3. de Just. et Jure disput. 626. D. Castillo lib. 3. cap. 19. ex n. 270. et 44. Sed contrariam sententiam mordicus tenet cum aliis Robles de repraesent. lib. 3. capite 14. per totum, Avendaño in l. 40. Tauri, glos. 2. ex n. 18. Gama decis. 174. per totam. = Vease el Auto acordado del Consejo de 23 de Octubre de 1720. en que se aprueva la sentencia negativa, y se declara, que muriendo el ultimo posehedor sin hijos, por el mismo hecho buelvan los bienes de estos Mayorazgos a la Corona Real, aunque queden hermanos, sobrinos, y otros parientes del ultimo posseedor descendientes del primer donatario. Auto 138. fol. 158.

Primogenitum — Linea — Repraesentatio

D. Castill. lib. 4. controvers. cap. 93. n. 10. ait ibi: Sic sane ad qualificandum proximitatem, duntaxat attendi debet linea, per quam, sive ex qua successio derivatur in ultimo possessore, et caeterae lineae considerabiles non sunt. Allegat Angelum cons. 110. per totum, Baldum in cap. 1. § quinta vero n. 1. de grad. succeden. in feud. Rosentald. de feud. cap. 11. conclus. 57. n. 2. ubi affirmat in hoc neminem discrepare; et ratio (ait Castillo) est manifesta, quia in hac materia, linea, et proximitas, non attenditur respectu lineae sanguinis, sed respectu lineae successionis, sicuti probatur in eodem cap. 1. de natur. succes. feud.; quia linea quae non causat praerogativam succedendi non attenditur, nec etiam gradus, nec sexus, quando eamdem praerogativam non causant. Corn. cons. 22. n. 22. et 25. et cons. 131. n. 9. lib. 2. Alexan. cons. 88. n. 1. lib. 1. Paris. cons. 76. n. 3. lib. 1. Peregr. de fideicom. art. 21. n. 9. et 10. ubi docet, quod gradus proximitas in materia successionum, consideratur secundum ordinem succedendi, et quod gradus praerogativa, quae non producit effectum successionis, non attenditur.

Idem Castill. citatus, n. 14. ait: rursus ad textum in dicto cap. 1. de natur. succes. feud. quatenus probat, quod in feudo, mortuo ultimo possessore absque filiis ascenditur ad proximum stipitem, et si ex eo descendentes non existant, ascenditur ad alium immediatum illius lineae, et sic deinceps per patres, avos, et proavos usque ad ultimum in isto genere, qui est primus, et caput illius lineae, et quousque omnes extra

Vide dictam post Torre de majoratu dec. 28. 29. 30. et 31. et eundem Torre par. 1. cap. 5. per totum.

Repraesentatio, an, et quando locum habeat in majoratus successione, late disputat Gutierrez lib. 3.° q. 17. Civil. q. 68.

De linea contentiva vide omnino Rosa par. 1. cap. 6. § 17. ex n. 29. ad 228.

praecedentes

procedentes deficiant, non intrat alia linea: enim advertendum inquam erit ad eo textum, id quod ibi in feudo statuitur in primogeniorum successione quoque simul esse observandum..... atque ita deficientibus descendentibus ultimi possessoris ascenditur quaerendo continuationem lineae primi possessoris gradatim accedendo solum ad primum adquirentem, a quo non fit transitus. Idem Castill. dict. lib. 5. cap. 93. § 1. n. 36. ait: Quod dispositio loquens de primogenito, intelligitur de eo, qui reperitur primogenitus, tempore quo defertur successio. Idem refert, juribus, et authoritatibus exornans dict. cap. 1. § 1. a n. 47. allegans D. Molina lib. 1. cap. 6. n. 42. Surdo cons. 495. n. 7. et alios; et n. 67. distinguendum esse dicit tempus nativitatis a tempore successionis, sive delationis majoratus; quia inspecto nativitatis tempore, secundogenitus, dici nequit primogenitus, cum ab alio praeferatur. At si tempus successionis delatae, sive mortis ejus cui succeditur, inspicimus, et effectum ipsum succedendi consideramus, si is secundogenitus in rerum natura reperitur, praemortuo fratre, tunc primogenitus est, cum a nemine praeferatur, et primum obtineat locum in successione, quia primogenitus jam mortuus, perinde est, ac si nunquam natus fuisset. Nec refert, quod aliquo tempore, alius eum praecesserit, quia tempus successionis inspicitur, et tunc qualitas primogeniturae expectatur. Allegat in comprobationem plures magni nominis Authores, signanter D. Leon lib. 2. decis. 209. n. 8. y 9.

Primogenitum — transmissio — Repraesentatio

Materia de Succes. legal. part. 2. q. 1. art. 2. materiam Successionis primogeniti tractat in terminis casus super Succes. Reg. Portug. inter Serenissimum Philippum 2. Hispaniarum Regem, filium Isabellae Imperatricis, natae ex Emanuele Lusitaniae Rege, et D. Catharinam Ducissam Brigantiae filiam Infantis Eduardi, et neptem dicti Regis Emanuelis. Expositis relata argumenta, quibus usus fuit Peregr. Cons. 1. lib. 2., in quo scripsit (suppressis nominibus) pro Ranutio, Duce Parmensi, probat, in primogenituris, et Regnis, locum habere non posse transmissionem, a filio secundogenito praemortuo, in suos descendentes, ad exclusionem tertiogeniti, qui reperitur habilis ad succedendum, tempore delationis, ut sequitur, a n. 17. ad 24.: W

Primum caput est, quoniam transmissio, super articulo de quo agimus, locum habere non potest. 1°. quia haereditas non delata, non transmittitur. l. 3. l. quoniam C. de adquiren. haered. l. 1. §. novissime C. de caduc. tollen. Bartol. in l. final. §. final. n. 3. ff. ad Tertul. et hanc esse communem conclusionem, late probat supra in part. 1. q. 24. art. 3. n. 8. et sequenti.

W Adde Cevallos, latissime pariter, et doctissime, com. contra com. q. 905. a n. 78. ad 90. ubi vide.

Item, quia fundamentum transmissionis est, ut jus quod transmitti desideratur, delatum fuerit, l. Ventre, et ibi Bartol. n. 1. ff. de adquiren. haeredit. Bald. in l. quidem Elogio, n. 3. et in l. cum antiquioribus in fine C. de jure deliberandi, et in Cons. 132. colum. 1. versic. Sciendum est, vol. 2. ubi dicit, impossibile esse transmittere haereditatem aliquo modo non delatam,

quoniam

Quoniam praepostenum est prius transmittere, quam habere: ergo illi qui sunt proximiores de linea primogeniti, vel secundogeniti, non potuerunt transmittere ad remotiores de ejusdem lineis jus primogeniturae, quod ejsdem delatum non fuerat; quod enim non est, transmitti non potest. Item non erant nati de sua qualitate etc.

Prossequitur n. 20. ibi: secundo, quia successio cum qualitate primogeniturae, quae est propria Regnorum, non potest transmitti ad haeredes suos, adeo qui illa qualitate carebat; sed proximior in linea secundogeniti, non adhuc habuerat hoc jus primogeniturae: ergo illud ad suos transmittere non potuit. Et n. 22. ibi: sexto, transmissio facienda est in personam immediate subalternatam, non autem per saltus: ergo is, cui adhuc jus primogeniturae non erat delatum, non potuit transmittere in remotiorem ejusdem lineae, qui sibi subalternatus non erat, quoniam transmissio illa esset contra regulas juris communis. Item Auctor loco citato, a n. 27. ad 36. late probat in proposita specie de successione Regni, et primogenii, nullatenus habere locum repraesentationem, quando agitur de succedendo ultimo possessori transversali, licet omnes praetendentes descendant a communi stipite, et in comprobationem affert magni nominis DD. auctoritates, ubi videndus.

Prosequitur idem Charta loco citato, n. 39. et 40. ibi: Doctores, qui affirmant, in Primogeniis esse considerandam lineam rectam, loquuntur in casu, quo

Regnum, vel alia successio, pervenit ad caput illius lineæ, et tunc dicunt, non esse transitum faciendum ad lineam tertiogeniti, nisi evacuetur linea secundogeniti, et ita loquitur Tiraquel. in d. tract. de primogen. q. 10. n. 21. versic. nam quandoque, ubi citat Andr. et Petr. de Bellapertica; et alij ita etiam dicunt, ut per Covar. in lib. practicar. qq. cap. 38. n. 6. versic. ut enim. Sed in hoc articulo præsupponimus, lineam primogeniti fuisse extinctam, filiumque secundogenitum, multo tempore ante periisse, sed aliquos illius descendentes extare. Quamobrem nullo modo possumus dicere, hos extantes, esse de linea secundogeniti, quæ nunquam initium habuit. Propterea frustra quærimus, an is, qui est de descendentibus secundogeniti, qui potuisset esse primogenitus, si supervixisset, excludat alterum descendentem de linea tertiogeniti, qui pariter potuisset esse primogenitus, si supervixisset post primogenitum, et post secundogenitum, quoniam linearum, ~~quæ nunquam initium habuerunt~~, quæ in ipsis filijs initium non habuerunt, nulla ratio habenda est, ut probavi.

Primogenium – Repraesentatio

Hieronymus de Cevallos, in suis pract. qq. com. contra com. q. 903. a n. 93. usque ad finem, late probat in Primogenijs, nullatenus admittendam esse repraesentationem, quando persona, quae venit repraesentanda, non habuit in vita sua, immediatam, et proximam successionem, neque jus radicatum, sed tantum vagam, et incertam spem succedendi, quod idem antea dixerat, lib. 3. com. contra com. q. 262. a n. 168. cum seqq. Et hoc jure communi attento, verissimum esse, fatetur Castillo lib. 3. controver. cap. 19. n. 184. Thesaur. qq. foren. cap. 35. n. 36. Surdus consil. 403. a n. 46. ad 49. lib. 3.

Primogenium – Repraesentatio. —

Videndus omnino D. Molina lib. 3. cap. 8. et ibi Addentes. = Unum nota, quod tam jure communi, quam tauri, sufficit, quod de testantis voluntate repraesentationis exclusiva, constet per conjecturas. Robles lib. 1. cap. 13. Et licet ex Pragmatica anni 1615. requiratur pro forma, ita testatorem expressisse, tamquam lex correctoria solum procedit in Majoratibus post dictum annum fundatis, ex Robles citato n. 13 cum segg.

Licet iure Regio locum habeat Repraesentatio in successione maioratus, non solum inter descendentes ultimi possessoris, sed etiam inter transversales eiusdem, et primi institutoris: Si tamen a testatore cautum fuerit, se nolle iure repraesentationis succedi, minime locum habebit hoc ius substitutionis in locum, quam repraesentationem vocamus. Regulariter tamen ut expresse declaretur a fundatore ita ut non admitantur praesumptiones, argumenta, nec conjecturae, licet clare, praecise, et evidenter appareant, ut constat ex leg. 14. et fin. tit. 7. lib. 5. Recop. = Ad hoc vide = Avendaño in leg. 40. tauri glos. 20. ex num. 2. ad 15. Matienzo in l. 5. tit. 7. glos. 6. in prin. Acevedo ad ipsam leg. per. 4. et 5. Molina de Primog. lib. 3. cap. 8 n. 23. et 4. Castillo tom. 3. cap. 19. ex nu. 291. Molina de Iustit. disp. 629. n. 1. Vela dissert. 49 n. 61. et 62. cum seqq.

Vide D. Castillo lib. 4. cap. 56. ex n. 82. ubi magistraliter explicat Pragmaticam anni 1615.

Primogenitura — Linea.

Antoninus de Amato variar. resol. 1. n. 33. ait ibi: Id namque terminis, in quibus versamur, convenire non videtur. Etenim Molina, eodem lib. 3. cap. 4. per tot. indifferenter servari in Hispanijs testatur, quod natis pluribus filijs, unusquisque suam constituat lineam, adeo, ut deficiente linea primogeniti, non recurritur ad proximiorem gradum, sed an aliquis reperiatur in linea secundogeniti, quia is admitteretur, exclusa linea tertiogeniti, etsi esset remotior. Id procedit in illo Regno, non juris communi dispositione, sed ex lege particulari illius Regni, per quam datur repraesentatio in infinitum, omnibus successoribus, etsi eorum antecessor, non successerit majori natu, et propterea, is qui est de linea secundogeniti, etsi sit remotissimus, quia secundogenitum repraesentat, praefertur in successione, cujus legis verba, refert idem Molina, d. lib. 3. cap. 6. sub n. 28. ibi: De manera, que siempre el hijo, y sus decendientes legitimos por su orden, representen la persona de sus padres, aunque sus padres no hayan succedido en los

Vide omnino Rojas de incomp. par. 1. cap. 6. §. 12. et 13. ex n. 144. ubi optime explicat naturam lineae actualis, seu possessoris, et habitualis, sive primogenitura, ad mentem juris communis, et Regij Castellae.

D. Cat. l. 6. 4. cap ... n. 82. ... agistra ... expli... cam Praga ... 1615.

dictos Mayorazgos. Ex quibus videtur, nullatenus posse adaptari in Regno nostro, Authoritatem Molina, et Hispanorum, secundum leges illius Regni loquentium, nec ad jus commune, vel feudale videtur in hoc posse recurri, ex quibus habetur, ante omnia attendendam lineam, prout ex tex. in cap. 1. de natur. succes. feu. et alijs, quos affert Molina, d. cap. 4. n. 14. nam ille dicitur suam constituere lineam, qui successionem occupavit, et si quis plures habet filios, non constituent lineas de per se; prout ab Hispanis particulari lege constituuntur, nisi is ad quem successio defertur. tex. in cap. 1. de succes. feu. ubi omnes DD.

Prosequitur Amato citatus n. 38. ibi: Et in terminis, quod Secundogenitus, qui ante delatam successionem decedit, lineam non constituat, etsi quod filios relinquat, Afflict. in cap. 1. in 4.º notab. de grad. succes. in feu. cujus verba refert, et sequitur Bonior. et voluit Baldus consil. 235. Ruta super cap. si aliquem n. 152. ex ratione, quia jus primogeniturae, non fuit translatum in Secundogenitum. Differentia ergo stat in eo, quod aut attenditur tempus nativitatis primogeniti, prout extat Hispanorum lex, et procedit

eorum opinio, ut plures dicantur consti-
tuta linea de per se, quot et filij sunt; aut
attenditur tempus mortis ultimi possesso-
ris, ut in cap. nostro *si aliquem* expressum
est, et attenditur linea ejus, in quem fuit
delata successio. = Etc.

Luxius n. 43. ibi: Praeterea, cum secun-
dogenitus, in succedendo ascendentibus in
feudo, jus firmum, indubitatum, invaria-
bile, et radicatum, non dicatur habere,
itaquod certum omnino esset; isto casu,
repraesentationem non admitti. Latissime
omnes cumulat Castillo Sotomayor, con-
trover. jur. lib. 3. q. 19. n. 174. et 176. et ve-
rissimum de jure communi fatetur, nu-
m. 184. quidquid sit de jure illius Reg-
ni, ex Taurina lege dispositum.

Contrarium tamen tenere videtur is Author,
n. 52. ubi respondet ad ea, quae hucusque
dicta sunt, ibi: Nec ad rem facit, quod pro-
rogativa linea consideratur, quando fidei-
commissum ingadressum est lineam, ut ex
illa linea non egrediatur, donec aliquis
superesit de tali linea; ex Molina de Pri-
mogen. Hispan. lib. 3. cap. 4. n. 14. et alijs.
Nam hoc tam vulgare est, quod compro.

377

bationi non esset. Sed hoc in bonis, in quibus succeditur ex vocatione testatoris, vel de simili vinculantis, absque praerogativa primogeniturae, procedit. At ubi ordo primogeniturae in bonis est attendendus, tunc non solum attenditur praerogativa lineae, quae fideicommissum occupaverit, sed illa linea penitus extincta, subsequitur alia linea proximior, ex vi primogeniturae, et hoc est q. docuit Castrensis d. consil. 164. n. 5. versic. et si fuit actum, et vers. et ideo, lib. 2. et isto casu expresse loquuntur infiniti, etiam de jure communi, quos sequuntur Molina, Thesaur. Mangil. Covar. Peregrin. et alij supra allegati, et comprobatur ex dictis per Cardin. Mantica, de tac. et ambig. convent. lib. 23. tit. 27. n. 28. vol. 2. Cancer var. resol. lib. 3. cap. 21. de transmiss. n. 298. et 300. Ponte de Lobert. Proreg. tit. 9. de success. mulier. in Regno, n. 42. Menoch. consil. 1082. a n. 13. 14. et seqq. lib. 11. et n. 53. circa medium, ibi: Et ratio vera istius sententiae, et justae opinionis, non in sola transmissione, vel repraesentatione consistit, ut ex multis jam supra attentatum fuit, sed ex vocatione expressa, vel resultante ex vocatione primogenitis, ex vi, et natura primogeniturae, quia ex praerogativa primogeniturae, quilibet

ordine suo, dicitur, ex propria persona vocari. Ita expresse Castren. d. cons. 164. n. 5. vers. applicando, et vers. et veniendo ne suo, Covar. practicar. qq. cap. 38. n. 6. vers. ex quibus, ubi dicit, quod hoc non est sicut in alijs successionibus, sed ex natura rei. Et n. 9. vers. at tandem. Molina de Primogen. lib. 3. cap. 6. n. 23. ubi multos refert. Gaspar Thesaur. q. 34. n. 16. et per totam. Tiraquel. de primogen. q. 40. n. 112. Grat. discep. foren. 456. n. 12. et 20. et 43. lib. 3.

Proinde, non recte sensisse deprehendimus DD. qui ex regulis juris communis, circa successionem allodialium, absque vinculo primogeniturae inferre voluerunt, ad successionem feudi, cum jure primogeniturae. Hac enim successio Primogenij, regularis non est, sed irregularis, quia suas particulares regulas habet, tamquam diversae naturae, et contra regulas juris communis, per quas non primogenito, vel masculo tantum, ~~ut~~ ut in feudo primogeniture, sed omnibus filijs utriusque sexus, aequaliter defertur successio, tot. tit. C. de legit. haered. et l. maximum vitium C. de liber. praeter.

Primogenium. Linea. Agnatio.

Vide Rosar de incompatibilitat. par. 1. cap. 6. §. 23. per totum. ubi latissime de hac materia, et Dnt. D. Joseph. Vela tom. 2. Dissertat. 42. ex num. 45.

Descendentes à femina non sunt de linea Masculina. Peregrin. de fideicom. art. 26. N. 29. in fin. ibi: Certum est autem, descendentes à femina non contineri in ea vocatione descendentium virilis sexus per virilem sexum, per lineam, aut ex linea Masculina, et id comprobat plurium Doctorum authoritate. Et rursus num. 30. expresse asserit, descendentes à feminis, procul dubio excludi, à successione fideicommissi, in quo vocati sunt descendentes per lineam Masculinam.

Cardinalis Mantica de Conject. ultim. Volunt. lib. 8. tit. 11. ex num. 7. sic ait: Sciendum est autem, quod si fideicommissum relictum sit descendentibus Masculis, non intelligitur relictum descendentibus ex feminis, quia testator presumitur voluisse conservare agnationem, et ab hac opinione tanquam Magis Communi minimè esse recedendum tenet cum ferè omnibus Italiæ Doctoribus.

Pelicus Altogradus tom. 2. consil. 80. num. 81. idem comprobat ibi: Certum est, Masculos à feminis descendentes, non censeri inclusos sub vocatione descendentium per lineam Masculinam, ut post Baldum Immolam, et Alexandrum in l. gallus §. nunc de lege ff. de liber. et posthum. dixit Decius consil. 382. sub num. 2. Peregrin. de fideicom. art. 26. num. 29. in fin. Surdus dicta quest. 346. num. 32. Ita nec possunt cen-

teneri comprehensa famina ipsa, tametsi a Masculis viris descendent. Idem si filij Masculis ex feminis progenitis sexus faminey a quo graduuntur obest, eodem modo, aut Multo Magis obesse debebit ipsimet feminy, cum omne jus potentius sit in causa, quam in causato.

Idem docet Dns. Molina lib. 1. cap. 6. num. 38. et post eum, et alios Julius Capon. tom. 1. discept. 53. num. 46. et ferè per totam. Idem lib. 3. cap. 5. n. 32.

Cardinalis de Luca de feudis discursu 45. num. 2. Idem docet, asserens sub nomine lineæ Masculinæ, omninò verius, ac receptum esse, non venire nisi Masculos ex Masculis, eodem filio continuante, quoniam, ut advertit Castrensis in l. Maritus C. de procuratoribus, quilibet constituit duas lineas, unam Masculinam ex Masculis, alteram femininam, ex feminis, quæ proindè dicuntur finis lineæ Masculinæ, illamque rumpunt, ac transire faciunt ad femininam; Ex plenè collectis per Rotam decis. 95. et 218. part. 11. recentiorum. Et sic (concludit vir doctissimus) aliud est agere de dispositione simpliciter concepta ad favorem descendentium Masculorum, sub quorum nomine, cessante contemplatione agnationis, seu aliis conjecturata voluntate disponentis, expectato solo sexu, veniunt tam Masculi per Masculum, quam per faminam juxta Concil. 85. Fulgosij; aliud vero ubi dispositio restringitur ad lineam, cum dicto adjecto Masculinitatis.

Joannes Torre de Majoratu tom. 2. cap. 5. num. 34. docet, quod linea Masculina inchoatur a Masculis

et

et Continuat in Masculos; cum autem pervenit
ad feminam, ibidem finitur, sive deflectit atque
corrumpitur, emittens eam extra se; unde nova for=
matur et producitur, quae feminina appellatur, ut
optime ratiocinatur Rota decis. 415. num. 12. part.
12. recent., quam sequitur Luca de Linea legali art.
16. num. 48; ac pro inde femina dicitur finis li=
neae Masculinae exclusive, non vero inclusive, et sic
non includitur in ipsa linea Masculina. Menoch
Consil. 205. num. 28. Gratian. cap. 901. num. 29. Rota
decis. 33. num. 4. et 5. part. 5. recent.

Vocati masculi ad Primogenii successionem,
censentur foeminae exclusae, per masculos remo-
tiores. D. Molina lib. 3. cap. 5. n. 37. fol. 376.

Idem probat latissime Gratian. tom. 5. cap. 901. ex
n. 22. ad 29. subdens, quod sicut foemina excluditur
a successione Majoratus in quo vocati sunt mascu-
li descendentes per lineam masculinam, ita etiam
masculi per foeminam descendentes. Adde Peregrin.
de fidicom. art. 26. n. 28. 29. et 30. quem vides.
Altograd. lib. 2. cons. 80. ex n. 80. Optime Torre de
Majorat. tom. 2. q. 5. et 6. Mostius lib. 1. cons. 77.
n. 6.

In fidicommissis masculinis, semper exclusae
foeminae censentur. Fontan. tom. 1. claus. 4. glo. 25.
n. 15. pag. 508. D. Molina lib. 3. cap. 5. n. 48. Lo-
xas de incompat. par. 1. cap. 6. §. 22. n. 324. et
325.

Primogenium - Majoratus

De Majoratu tertij et quinti ad mentem legi 27 Tau, latissime agit D. Olea de Cessione jurium tit. 4 q. 8. ex n. 44 ubi vide, Rojas de incompat. par. 1. cap. 6. §. 15. et 16. ex n. 228.

Pena privationis adiecta à Testatore in maioratu tertij et quinti, sive ob neglectum præceptum nominis, et armorum, sive propter indignas nuptias, vel alias, nullius est momenti, nisi substitutiones factæ fuerint iuxta tramites Legis 27 Tauri ut optime docet Rojas de incompat. par. 3. cap. 4. n. 86. Castillo lib. 5. cap. 128.

Si Testator maioratum instituere velit ex melioratione tertij et quinti hoc libere efficere potest, et in eius successione locum habent omnes regulæ maioratus, ut communiter docent Regnicolæ, et per cæteris D. Olea citatus. = Notandum tamen est, quod præcise ex melioratione non inducitur maioratus; quia Testator, vel meliorans, libere potest aponere substitutionem vulgarem, pupillarem, exemplarem, fideicommissariam, vel aliam quamcumque, dummodo in vocationibus, et substitutionibus observet ordinem prescriptum in Leg. 27 Tauri, quæ est L. 11. tit. 6. lib. 5. Recop. in cuius commentarijs hanc doctrinam latissime docet Azevedo ex n. 35. asserens, hanc esse communem DD. hispanorum opinionem, sive melioratio in Contractu, sive in Ultima voluntate fiat, et ita tenent Angulo in dicta L. 27. Glo. 6. ex n. 2. Matienzo ibidem Glos. 3. n. 4. et Ferdinandus Vazquez Menchaca citatus ab Azevedo n. 35. qui ex n. 40. docet, omnes filios meliorantis substituendos esse, antequam transitus fieri valeat ad ascendentes, vel transversales; non tamen gradatim, ut scilicet primo vocari debeat major ætate, aut prius filius quam nepotes. Sufficit enim, quod nullus vocare omitat ex descendentibus, qui vivunt tempore factæ meliorationis, licet ordinem gradus postponat, ut docet Azevedus citatus n. 41. ex Castillo in dicta L. 27 Tauri, verbo: Los descendientes.

Regula L. cum Avus ff de condit. et demonst. et L. cum acutissimi C. de fideicom. quibus consonat L. 10. tit. 4. part. 6. locum habet in fideicommisso ordinato iuxta Leg. 27. Taur. ut docent Gomez par. 1. cap. 5. n. 32. et ibi Ayllon cum alijs. Vela dissert. 44. n. 104. ubi docet idem procedere in vulgari substitutione. Larrea Decis. 33. n. 58.

Nec similiter tenetur testator totam lineam descendentium vocare, sed potest ad libitum de una in aliam transire, et unum ex descendentibus, quem maluerit substituere, aliosque omittere, dummodo alios, quam descendentes non substituat, quia unum solum vocare potest, et alios prætermittere ex Azevedo dicto n. 42.

Hæc adeo certa sunt, ut Nuñez de Majoratu part. 2 quæst. 6. n. 25. non dubitet affirmare, parentes meliorantes, solum teneri substituere descendentes, qui sunt in proximis gradibus, etiam nati tempore factæ meliorationis, quia solum tunc ius habent succedendi. Quod comprobat ex verbis textus ibi: Contanto q los hagan entre los descendientes legitimos, q hayan dro. delos poder heredar; quia qualitas adiecta verbo, intelligitur secundum tempus verbi, ut late prosequitur Nuñez citatus.

Vide D. Larrea, et DD. ab eo citatos Decis. 33. n. 99.

Hanc doctrinam solidissime comprobat Gutierrez tom. 3. qq. Civilium

Veritas huius doctrinæ omnino evidenter comprobatur ex traditis ab Aquila ad Roxas de incompatib. par. 1. cap. 2. ex n. 16. ad 13. quam omnino vide.

D. Larrea videndus decis. 33. n. 100. et 101.

quæst. 52. per totam, docens n. 10. prædictam L. 27. Tauri, necessario non requirere, quod melioratio tertij fiat per viam maioratus; imo posse testatorem eam facere cum primogenio, vel sine illo, cum substitutionibus vel absque eis; quia solum præfinit ordinem vocationum. Et postquam à principio omnino concludenter probavit, posse patrem pupillariter substituere filio impuberi meliorato, dummodo non extraneum substituerit, sed consanguineum, iuxta ordinem præfixum à dicta lege: docet n. 13, omnino indubitabile esse, posse parentes filio meliorato substituere, vulgariter, exemplariter, per fideicomissum, vel compendiose, eodem tamen ordine servato. Quod si testator, in huiusmodi substitutionibus, præfatum ordinem prætermiserit, et extraneum descendentibus, ascendentibus, vel alijs consanguineis prætulerit: docet, et probat n. 15. cum seqq. ex Aypra de partitionib. 2. part. quæst. 13. per tot. valere meliorationem, et solum vitiari dispositionem quoad gravamina contra Legis ordinem apposita. Et n. 17. notissimum esse dicit, meliorationem tertij omnino libere fieri posse absque ullo prorsus gravamine, conditione, aut substitutione, quia quoad hæc, non præceptive, sed omnino permissive disponit dicta L. 27. Et n. 12. ex omnium Regnicolarum sententia probat, parentes non astringi eius ordinem servare in melioratione quinti; imo posse in ea extraneum substituere directe vel oblique, prout voluerit. Vide omnino citatum Authorem dictæ quæst. 53. cum seqq. usque ad 57. ad materiam prædictæ Legis 27. Tauri.

Si tamen pater plures filios, vel nepotes habens, unum ex illis melioravit adjecto gravamine substitutionis, vel maioratus, et testatore vivente, cæteris mortuis, solum filius melioratus superstit, gravamen, tamquam in legitima positum, non subsistit in tertio, sed tantum in quinto, ut docet, et decisionem refert Vela tom. 2. dissert. 33. ex n. 30 ad 36.

Licet Parlador. Sarmiento, et Espino defendant, patrem, vel matrem posse unicum filium in tertio meliorare, eumque per fideicomissum, Maioratum, vel alias gravare, ut refert Roxas de incomp. par. 1. cap. 13. n. 11 et 12: ipse tamen cum comuni Regnicolarum sententia, contrariam opinionem docet, probans, et iure quidem, gravamen appositum in tertio filio unico, nullius esse momenti, sive appositum sit in testamento, sive in donatione, adeo ut licet in pactis nuptialibus expresse stipulatum sit, filium natu maiorem succedere debere in tertio bonorum iure vinculi; si postea unicus tantum filius nascatur, pro non scripto habetur gravamen, tamquam appositum in legitima. Immo licet facultas Regia intercedat, si in eius impetratione expressum non sit, filium unicum esse, nullius est momenti. Ratio præcipua est, quia tertium est legitima filij, quæ gravamen non patitur, nisi ex ipsiusmet filij consensu expresso, vel tacito. Vide omnino Roxas loco cit.

Pater non valet excludere filium furiosum, amentem, cæcum, surdum, vel mutum à successione maioratus tertij, et quinti. Solum enim potest ipsimet filio fatuo alium filium anteponere, iuxta ordinem L. 27. Tauri. Roxa par. 2. cap. 6. n. 18. Castillo lib. 5. cap. 161. n. 3.

Si tamen Majoratus ex tertio, et quinto, fiat cum facultate Regia, tunc prætermitti potest ordo l. 27. Tauri. Vela et Regnicolæ apud eum, tom. 2. dissert. 49. n. 32.

Primogenitura, inter Gemellos.

Inter gemellos is dicitur primogenitus ad effectum succedendi in Majoratu, qui primus, ac totus natus est. Laguna, qq. Medicolegal. lib. 9. q. 1. Tiraquell. de jur. primogenit. q. 1. n. 9. D. Molina lib. 3. cap. 1. n. 5. et constat ex cap. Joseph in fine de verbor. significat. D. Thom. 3. par. Summa q. 20 art. 3. ad 4. Mangil. de imputat. q. 86. sub n. 19. Qui autem in dubio prima natus praesumatur? Vide Rojas de incompat. par. 2. cap. 5. Et nota, quod iuxta legem 12. tit. fin. partita 2. si constare non potest, qui primo natus sit, utrique succedere debent.

Vide D. Molinam lib. 3. q. 1. ex num. 19. usque ad finem capituli.

Primogenitum tertii, et quinti

In hoc Majoratu, non expedit facultate Regia uti, duplici ratione. Prima est, quia cum testator habeat a lege potestatem, non ita facile facultas Regia ad alienationem conceditur. Secunda, quia in casu delicti, si solum virtute legis primogenitum factum fuerit, locum confiscatio non habebit in tertio, quia est legitima, ut late omnino videndus prosequitur Robles Salcedo de repraesentat. lib. 3. cap. 5. ex num. 25. Vide tamen D. Molinam lib. 2. cap. 2. ex num. 11. et ibi Addentes, ubi contrarium docent; tum quia si filius unicus sit cum in eo Melioratio non cadat, majoratus absque Regia facultate nullus erit; tum etiam quia absque Principis Rescripto, aut facultate, testator servare tenetur ordinem substitutionum praescriptum a Lege Taurina 27; quo non servato, nulla est dispositio in excessu. Quod secus est accedente Regia facultate.

Primogenium - Majoratus.

De Majoratus successione in terminis Juris Regij Castellæ, late agit Antonius Gomez in l. 40. Tauri, videndus, maxime circa repræsentationem, quæ ex illius Legis dispositione locum habet etiam inter transversales, nisi voluntas testatoris obsistat.

Majoratus probatur ex immemorabili observantia licet de scriptura non constet, juxta l. 41. Tauri, et ibi Gomez in commentar. per tot.

Majoratus possessio transit mero jure, et absque facto apprehensionis in sequentem successorem, ex l. 45. Tauri, quam vide, et ibi Gomez.

Expensæ, et meliorationes factæ a majoratus possessore, repeti nequeunt ab ejus hæredibus, et augent majoratum, ex l. 46. Tauri, et ibi Gomez.

Majoratus institutus à patre favore filij contemplatione certi matrimonij, mortuo filio sine filijs an, et quando resolvatur, vel revocabilis fiat, quoad substitutiones in favorem extranei factas, late, et optime explicat, cum casuum distinctione D. Olea in addit. ad q. 7. tit. 2. ad num. 26. et num. 32. late disputat, an donatio facta à patre, filio et eius filijs contemplatione certi matrimonij, mortuo donatario sine liberis, revertantur ad patrem bona donata.

Possessor majoratus gravatus sub pœna privationis, ne contrahat matrimonium cum ignobili vel descendente à iudeis, vel sarracenis, privationis pœnam incurrit, licet matrimonium contra præceptum testatoris, nulliter contrahat, dummodo copula sit secuta. Plene D. Olea tit. 2. q. 5. ex num. 13.

Vide omnino D. Molinam libro 3. cap. 6. 7. et 8. et ibi plenissime Addentes. Ac nota in dictis capitibus 6. et 7. agi de inducenda repræsentatione; in 8.º vero de ea excludenda ex testantis voluntate, expressa, vel tacita. Unum tamen præ oculis est habendum, quod licet Pragmatica anni 1615. pro forma exigat ad repræsentationem excludendam verba expressa, et prohibitiva testatoris: tamen cum sit lex nova, et correctoria, solum locum habet in Majoratibus post dictum annum 1615. institutis; in antiquioribus autem excludi potest repræsentatio ex conjecturis tam secundum jus commune, quam iuxta leges Taurinas. Addentes omnino videndus de repræsent. lib. 1. cap. 13. per tot. et ex n. 19.

Primogenij, seu Fideicommissi Successor.

Successor fideicommissi, seu Majoratus, viuente possessore, agere potest, ut declaretur, sibi ius competere, absque eo quod expectetur dies, donec dies, vel conditio aduenerit. Gratianus tom. 3. cap. 456. a n. 95. Surdus decis. 120. D. Leon tom. 1. decis. 35. cum declaratione Senatus Valentini, D. Valenzuela consil. 106. D. Covar. var. resol. lib. 1. cap. 18. n. 8. Roder. Suarez, allegat. 4. Simancas de primogen. Hispanor. Et hanc opinionem moltotius receptam esse in Supremis Castellae Praetorijs, testatur D. Molina lib. 3. cap. 14. n. 9. et Fama decis. 6.

Et licet contrariam sententiam tueantur doctissimi viri, inter quos numerantur D. Molina d. lib. 3. cap. 14. per tot. Gomez in l. 40. Tauri, Peregrin. de fideicom. art. 44. n. 1. cum seqq. Sesse decis. 115. ex n. 58. Pereyra decis. Portugal. 129. n. 1. Pinel. in l. 1. par. 3. n. 38. C. de bon. mater. et alij quos refert Fontan. tom. 1. decis. 156. n. 6. et per totam: tamen illud certum est, et in confesso inter utriusque opinionis sectatores, quod si possessor, fideicommissum negauerit, vel bona

libera esse jactauerit, tunc proximus vocatus, agere potest, ut sibi fideicommissum declaretur, ad hoc ut solum mortuo possessore, ejus successionem, et possessionem nanciscatur. Fontan. d. decis. 156. n. 22. Larrea decis. Granatæ 38. per tot. D. Molina d. lib. 3. cap. 14. n. 38. Mieres de Majorat. par. 2. in prin. n. 63. D. Covar. lib. 1. var. cap. 18. n. 8. Petra de fideicom. q. 10. n. 11. Peregrin. d. art. 41. a n. 3. D. Leon d. decis. 35. per tot. Mastril. decis. 18. ex n. 13. Surdus de subtit. q. 307. n. 6. Bas cum duabus Senatus Valentini decisionibus, in Theatro Juris pr. tom. 1. cap. 27. n. 36. et 37. videndus per tot. d. cap. 27.

Illud etiam certum est, immediate vocatum agere posse contra actualem possessorem, ut ei idonee caueat, de fideicommisso, eveniente die, vel conditione, restituendo; sin minus substitutus in fideicommissi possessionem mittitur. tot. tit. ff. et C. ut legator. nom. caueat. l. peto §. fratre ff. de leg. 2. cum similibus. Videndus Fontan. decis. 154. n. 9. et 10. et decis. 156. a n. 9. Quod procedere docet, etiam sine causa, et licet possessor sit dives, nec adsit timor dilapidationis. D. Molina lib. 1. cap. 15. Peregr. de fideicom. art. 40. n. 10. Surdus. de subst. q. 545. et ita practicatur in Senatu Cataloniæ, ut

constat ex decisionibus, quas refert Antun. d. decis. 156. n. 15. et 16. videndus Gratianus lib. 5. cap. 822. n. 2. Cancer par. 1. var. cap. 2. ex n. 127. Vide notata in 4.° tomo mearum Observationum, fol. 128. verbo Fideicommissarius. ubi adest decisio nostri Senatus, in qua viuente possessore fuit declaratum fideicommissum, in fauorem Didaci Desclapes Domicelli, S. P. D. et contra Franciscum Desclapes patrem suum.

Primogenij Successio.

Successio Majoratus, seu Primogenij, in pendenti etiam per momentum, existere nequit; sed mortuo ultimo possessore, illico ad immediate vocatum defertur successio. Docet, et latissime probat D. Molina de Primogen. lib. 3. cap. 10 per tot. ubi magistraliter hanc decidit quaestionem, in terminis Majoratus, et fideicommissi perpetui, et primogenialis, ex ipsius Majoratus natura; refert tamen, alios magni nominis DD. contrariam sententiam tenere, quorum praecipuum fundamentum est, quod conditio negativa, non aliter verificatur, quam per ejus reductionem ad impossibile: ergo dum adest spes nativitatis masculorum cognatorum, non venit casus vocationis substituti, qui in eorum tantum defectum invitatus reperitur; ac per consequens interim successio in pendenti est, et nequit saltem irrevocabiliter acquiri substituto, dum non fit impossibile, tales masculos extare. Vide de his Surdum consil. 125. Cardin. de Luca de fideicom. discur. 2. Rotam in Mantissa ad Lucam de fideicom. decis. 2. a n. 12. ibique alias Rotae decisiones, in quibus fuit pro suspensione successionis declaratum interim, quod non constat de impossibilitate nativitatis masculorum.

Quando foemina primogenitae, exclusis masculis remotioris lineae, a successione primogenij excludantur? Vide Molin. lib. 3. cap. 5. per tot. maxime ex n. 30. ad 38.

D. Molina sententiam late probat Pere-
grin. de fideicom. art. 22. ex n. 32. ad 38.
omnino videndus, signanter n. 32. et 33. Ro-
jas de incompat. par. 5. cap. 2. ex n. 15 usque
in finem, ubi plenissime. Gratian. tom. 2. cap.
218. n. 32. et 33. Peregrin. quem vide de fidei-
com. art. 27. n. 16. 17. et 18. cum seqq. ubi an
exclusa foemina melioris lineæ, propter mas-
culos remotiores, exclusi maneant descendentes
masculi foeminæ exclusæ. Grivell. decis. 108. per
totam, Cevallos q. 693. n. 17. et 25. Castillo lib. 3.
cap. 15. n. 2. et lib. 5. cap. 91. a n. 45. Molina
de just. et jur. tom. 3. disp. 634. et alij apud
Rojas citatum, par. 5. cap. 2. n. 21.
Citatam D. Molinæ sententiam, contra succes-
sionem pendulam maioratus omnino tuetur
D. Olea tit. 3. quæst. 4. ubi docet ab hac opinione
non esse in iudicando, et consulendo, recedendum; eamque late defendunt Addon. ad Molinam
d. lib. 3. cap. 10. Sed contra illam insurgit Cabreros de Arendaño
in tract. de metu lib. 2. cap. 9. à n. 22 usque ad 42, quem refert, et mox
dictus sequitur Roxas part. 1. de incomp. § 3. ex n. 55. et iterum part. 5.
cap. 2. ex n. 15. usque in finem, ad quem omnino recurre circa hanc celebrem quæstionem et vide in eius additionibus Aquilam ad n. 15.

Primogenij, seu Majoratus successio.

An ascendentes, deficientibus descendentibus, succedant in Majoratu, anceps est quæstio, quam late disputat Rojas de incompat. par. 1. cap. 6. §. 14. ex n. 175. Et licet viri doctissimi negativam teneant sententiam, principaliter moti ex tex. in cap. un. de natur. succes. feudi, ubi statuitur regula exclusiva parentum a successione feudali, quæ cum sit sanguinis, primogenio comparatur: ipse tamen Rojas affirmativam tenet, et validissime probat, videndus.

An quando agitur de successione Maioratus in linea Collateralium, præferendus sit frater minor utrinque conjunctus, illiusque linea, fratri majori consanguineo tantum, seu ut vulgo loquimur ex parte Patris, eiusque lineæ, quæstio est non modica, in qua Gregor. Lopez, Abendaño, Perez de Larad, et Robles Salcedo, pro consanguineo tantum respondent apud Rojas de incompat. part. 1. cap. 6. §17. ex n. 252. Ipse tamen n. 262 cum seqq. ~~docte probat, fratrem minorem, utrinque conjunctum, illiusque lineam~~, contrariam sententiam tenet, post D. Castillo lib. 5. cap. 62. n. 22. qui loquitur etiam in Patronatibus, Capellanijs, et Anniversarijs perpetuis, et primam opinionem intelligendam esse asserit Rojas n. 281. solum in casu, quo duplicitas sanguinis non procedat ex latere fundatoris, sed ex alia parte, per se non succesibile, vel in Maioratu agnationis; vel cum testator pretullit ætate maiorem consanguineum &c. ibi vide.

Primogenium quoad concursum

Quando institutor Maioratus disponit quod succedente posesore in alio primogenio, transeat successio ad sequentem in gradu: dubium est et quidem maximum, an vocatus censeatur gradus lineo grabati, vel alia subsequens transversalis; hoc est, an succedere debeant filij seu descendentes grabati, in quo prohibitus fuit concursus; anvero eius frater, vel quilibet alius transversalis. De hac questione agit latissime Dn. Rosa de incompat. par. 1. cap. 1. per tot. et ibi addentes, qui ad numerum 1 et 6. optime probant, quod si incompatibilitas sit linealis, ita ut totam lineam afficiat primogeniti, is, eiusque descendentes, tanquam exclusi, comprehendi non possunt sub vocatione sequentis in gradu, quia tali non dicitur respectu consanguinei procedentis, sed tantum ordinis succedendi. Laz de tenuta cap. 33. ex n. 37. Si vero incompatibilitas solum personalis sit, ita ut solum prohibeatur concursus utriusque maioratus, non apud eamdem lineam, sed apud unum successorem, comprehenduntur ex linea primogeniti omnes, qui ab illa descendunt, sub ea tamen conditione, si alterum maioratum non habeant; ideoque dum adest unicus filius, in utroque primogenio succedit, quia incompatibilitas non datur in habitu, et potentia, sed in actu, de quo videndus Molina lib. 2. cap. 14. n. 22. et ibi addentes n. 30. Laz de tenut. cap. 51. n. 212. Larrea decis. 52. n. 13 et 14. = Nota tamen, in dubio prohibitionem concursus duorum, vel plurium maioratuum, realem esse, et non personalem, ut docent Castillo lib. 5. par. 2. cap. 181. Larrea tom. 2. decis. 51. Roxas par. 4 cap. 2. per tot. qui num. 36. hanc sententiam ampliat, etiam si institutor prohibitionem non concipiat absolute, sed eam nominatim tantum iniungat alicui ex vocatis, praecipiens, ut si Petrus, v.g. succedat in alio primogenio, eius maioratus ad sequentem in gradu transeat; adeo, ut si non primo vocato, et in prima clausula iniungatur talis conditio, aut prohibitio unionis, sed secundo vel ultimo substituto, imo si in ultima clausula adijciatur, semper incompatibilitas realis censenda est. Quod solum limitatur, quando expressis, atque verbis taxativis declaraberit testator, dictam prohibitionem se ad unicam personam, gradum, vel lineam restringere voluisse. Circa quod examinare oportebit, dum casus occurrat, causas huiusmodi prohibitionis, de quibus idem Roxas par. 3 cap. 5. ex n. 8.

Si tamen per Matrimonium duo maioratus coniunguntur, pariter incompatibile, potest Maritus ex constante matrimonio retinere, unum scilicet iure proprio, et aliud ex capite uxoris; quia prohibitio concursus alterius cum altero maioratu, intelligi debet de concursu per successionem iure proprio; non autem per titulum administrationis, et non proprio, ac successorio nomine, ut probat Roxas par. 4. cap. 3. ex L. 7. tit. 7. lib. 5. recop.

et ibi addentes. = Similiter si filio in potestate constituto adveniat maioratus, illius administratio, et usufructus pertinebit ad Patrem non obstante incompatibilitate. Alvarado de coniecturata mente defuncti lib. 2. cap. 2. §1. n. 39 et 40 apud Rosa, qui eum sequitur, ubi proxime n. 30. cum seqq.

Quando maioratus concurrere prohibetur cum alio primogenio, incompatibilis est cum nova dignitate, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, aut Baroniæ, dummodo hac iure primogenituræ concedatur; secus vero si sit personalis. Rosa par. 1. cap. 1. per tot. maxime ex n. 27.

Non sufficit possessio maioratus incompatibilis, ad excludendum ius ad aliud primogenium; solum enim actus possessionis utriusq. incompatibilis est, et ab hac sententia non est in iudicando, et consulendo recedendum ut docet Rosa par. 1. cap. 3 per tot. maxime ex n. 30.

Inter duos maioratus incompatibiles, competit successori electio. Dubium tamen est, an si sciente elligat unum, suamq. intentionem, sive in petitorio, sive in possessorio explanaverit, reverti possit ad petitionem alterius post litem contestatam, vel ea finita. Et an hoc casu locum habeat in integrum restitutio. Hanc questionem disputat Rosa par. 6. cap. 2. eamq. resolvit cum casuum distinctione ibi vide.

Duo, vel plures maioratus incompatibiles concurrere possunt in unico superstite ex familia. Rosa par. 1. cap. 1. n. 28 et 29.

Supposita maioratus incompatibilitate, ea lege inducta, ut duplex primogenium in eadem persona concurrere nequeat, imò ut alterum eorum, ad alium transire debeat in gradu sequentem: si Titius unicum maioratum possideat tempore vacantis alterius incompatibilis, habeatq. fratrem, et filium unicum, vel fratrem, ac duos filios intricata summè questio est, an maioratus, qui à Titio retineri non potest ad eius fratrem, an vero ad filios primogenitum, vel secundogenitum pertineat. In hac difficultate non solum variant DD. sed etiam omnino contraria sunt supremorum Castellæ Senatuum pronuntiata, ut videre est apud Rosa par. 1. cap. 6. qui licet ex n. 34. foedere distinctionis has pugnantes sententias conciliare conetur, non tamen, ni fallor, rem hanc omnino expedire videtur. Consule D. Olea in additionibus ad tit. 3. q. 1. resolut. 11. n. 5. cum seqq.

Ex Lege 7. tit. 7. lib. 5. recop. cavetur ne ex causa Matrimonij uniri possint duo maioratus, quorum unus annuum reditum excedit centena milium marapetinorum habeat, et praecipitur post mortem coniugum tamquam incompatibiles inter filios diuidi, data optione primogenito ad eligendum.

Rationes decidendi huius Legis, motu proprio Caroli Caesaris, non vero in Comitijs condita, late explicat Rosas de incomp. par. 8. cap. 1. ubi magistraliter disputat quaestionem, quae grauissima est, an praefata Legis decisio taxatiue procedat, et locum habeat in casu praecise matrimonij; an etiam in casu successionis.

Quod utrumque casum comprehendat tenent Palladinus quotid. quaest. tom. 5. quaest. 5. D. Castillo lib. 3. cap. 28. à n. 20 ad 25. et lib. 5. cap. 177. n. 7. Robles de Repraesentat. lib. 2. cap. 6. n. 2. D. Larrea decis. 51. n. 20. D. Solorzano de Iure Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 18. à n. 82. Azevedo in summario dictae Legis. Mouentur ex eo, quod rationes, et causae finales expressae in illius proemio, equaliter, et indistincte militant in utroque casu matrimonij, et successionis absque ulla prorsus differentia. Deinde, quia verba illa, Cada y quando por via de casamiento se viniezen à juntar dos casas de mayorazgo, censentur apposita demonstratiue, et exemplariter; non restrictiue, et taxatiue ad casum matrimonij. Rursus, quia casus successionis, licet non verbis, mente tamen ipsius Legis, in rationibus decidendi expressis comprehensus est. Tandem, quia non est exorbitans à iure communi, imò sequitur presumptam testatoris voluntatem.

Contra vero, Nuñez de Maiorat. par. 1. quaest. 30. n. 84 et 85. et part. 2. quaest. 2. illation. 8. à n. 327. Perez de Lara de Anniversarijs lib. 1. cap. 5. à n. 13. usque ad 37. Paz de Tenut. par. 2. cap. 57. à n. 187. usque ad 200. D. Valenzuela consil. 69. ex n. 16. addentes ad D. Molinam lib. 1. cap. 8. n. 31. Antunez tom. 1. de donationib. lib. 2. cap. 11. ex n. 17. Melchior Febus decis. 151. cum Senatu Lusitaniae, et Barbosa voto 126. n. 31. totis viribus defendunt, praefatam Legem solum in casu matrimonij loqui, et procedere, ac per consequens non esse incompatibiles iure successionis plures maioratus excedentes praefatam summam, equipollentem ducatis quinque mile, trecentis, quadraginta septem, seu regalibus monetae exeae, ac decem et octo marapetinis.

Fundamenta sunt. Primum, quia casus successionis est omissus à dicta Lege, et consequenter remanet sub dispositione iuris communi, et antiqui. Secundum, quia haec Lex est exorbitans, et correctoria tum Legis 2. tit. 15. p. 2. tum Leg. 40, et 45. Tauri; et notum est leges exorbitantes, et correctorias iuris communi, extensionem non admittere ex identitate, imò nec ex maioritate rationis. Tertium, quia prohibitio facta solum in eo casu, ibi: Cada y quando por via de casamiento, inducit concessionem in casu successionis, quia exceptio firmat regulam in contrarium. Tandem, quia secundum hanc opinionem semper iudicatum fuit in omnibus Hispaniae Tribunalibus, quae praefatam Legem, eiusque prohibitionem semper intellexerunt solum in casu quo per viam matrimonij iungerentur maioratus, non vero quando per viam succe-

Notandum est verba huius Legis, ibi: si no huviere mas de vn hijo, o hija, comprehendere etiam nepotes, vel ulteriores descendentes. Rosas par. 8. cap. 8. et non solum procedit in maioratibus, sed etiam in fideicomissis, Patronatib. Commendis, et feudis.

Doctores de hac lege agentes, refert Reta tom. 2. dissertat. 49. n. 39.

sionis. Et hoc iure utimur. Unde videmus distinima primogenia post praefatam Legem unita, et consequenter merito concludunt addentes ad D. Molinam, contrariam sententiam fore Reipublicae exitiosam, camque litibus implicitam, si in praxi reciperetur.

Ampliatur primo haec secunda sententia, si contrahentes tempore nuptiarum sint immediati successores cum spe certa, et invariabile. Licet enim tunc non possideant, si tamen constante matrimonio eis maioratuum successio devolvatur, dividi debent tamquam incompatibiles, in vim dictae L. d. tit. d. lib. 4. recop. ut docent Laz de tenut. cap. 57. ex n. 289. et Addent. ad Molin. lib. 1. cap. 8. n. 31. Rosas par. 8. cap. 2. ex n. 4. Si tamen nec possederint tempore matrimonij, nec spem certam, et invariabilem habeant: licet Laz, et Addentes ad Molin. citati, dispositionem dictae Legis, eiusque extensionem, locum habere negent: nihilominus Lara de Anniversarijs lib. 1. cap. 5. n. 35. Castillo lib. 2. cap. 28. à n. 20. et Rosas ubi proxime n. 4 cum seqq. indistincte dictam Legem procedere affirmant. Et idem tenet Aquila in additionib. ad num. 8. ubi probat, quod quoties matrimonium contrahitur, ex quo maioratus, qui alia divisi ambularent, coniunctim in unum successorem, progenitum ex illo matrimonio transeunt, necessario dividendi sunt, sive in filijs, sive in nepotibus, vel deinceps eveniat; quia effectus coniunctionis, tribuitur matrimonio tamquam causa.

Dispositio dictae Legis solum locum habet in maioratibus regularibus, et minime agnatione qualificatis. Ratio est, quia in primogenijs agnationis Uxores succedere non possunt, et in eis non nisi agnati masculi succedunt. Rosas ubi proxime n. 4.

An autem si maioratus simul fuerit institutus à viro, et uxore unico instrumento, et bona ex parte viri, vel uxoris ascendant ad quantitatem praefinitam à Lege, subiaceat illius dispositioni: quaestio est, in qua licet affirmative respondeat Rosas dicta part. 8. cap. 3. ex n. 5. ea ratione motus, quia non unus, sed duplex maioratus considerari debet; tamen videndi sunt DD. citati per Aquillam in additionib. ad num. 5. ubi etiam n. 10. disputat Aquilla quis praeferri debeat in successione, quando maioratus ab utroque coniuge fundatus, unicus est.

Quando tres maioratus concurrunt ex causa matrimonij, quorum nullus per se ascendat ad praefatam summam, primogenitus eligere debet tot maioratus, qui sufficiant ad eam complendam; caeteri vero ad secundum filium devolvuntur. Rosas citatus n. 13. cum seqq. Qui n. 18. docet quod si non tantum duo, sed etiam tres, vel plures maioratus, quorum singuli praefatum redditum habent, concurrant per viam matrimonij: tunc filius maior natu elligit; et secundo genitus, ac respective tertio genitus, ius habent elligendi inter reliquos maioratus.

Quomodo autem computandus sit valor redituum, ad liquidandum, an praefata Lex d. tit. d. lib. 5. recop. in eis locum habeat, maxime si in maioratu comprahendit aliquod officium, vel iurisdictio? Vide Rosas par. 8. cap. 4. per tot. et ibi Aquillam. Electio in terminis Legis d. tit. d. lib. 5. recop. quomodo facienda, vide supra fo. 145. pag. 2.

Probatio, sive Praeinterrogatoria — Capitula.

Testes recipiuntur super praeinterrogatorijs, non pandita copia parti praeinterrogatoriorum; super articulis vero contrarium observatur, ita ut semper Capitula parti communicentur, etiam in casu, quo super illis respondere debeat personaliter. Et hoc jure utimur in Regno Majoricarum, et omnibus illius Tribunalibus.

Praesentatis per actorem articulis, seu Capitulis probatorijs, potest reus (qui debet citari) praeinterrogatoria offerre, vel de contraria materia articulare; et tunc testes per actorem ministrati recipiuntur ab scriba, cui ex stilo censetur data commissio, et separate continuantur in processu; ac similiter fit in depositionibus testium, qui per reum ministrantur, ac etiam continuantur responsiones personales respective praestita per partes.

Advertendum est tamen, quod terminus assignatus a lege, vel a Judice, et partibus communis ad articulandum, et probandum; sufficit tamen, quod intra terminum praescriptum, testes citentur et juramentum praestent, quia hac praemissa diligentia, tempus non currit, sed possunt per scribam semper ante publicationem examinari.

Clerici, et regulares testimonium ferunt quotidie in causa Civili; indigent tamen licentia Ordinarij in scriptis data, qua obtenta, et praestito

penes Judicem Ecclesiasticum juramento, citantur per Nuncium, vel Officialem Curiæ sæcularis, et in ea testimonium ferunt; et hæc est inconcussa praxis Regni Majoricarum, quæ in omnibus illius Curijs observatur.

Prætendunt Inquisitores, idem practicandum esse cum officialibus, cæterisque familiaribus Sancti Officij, itaut sine licentia, et juramento in suo Tribunali antea præstito, nequeant testificari; sed vidi multoties, quod familiares, nulla obtenta licentia, imino nec petita, testimonium ferunt in Curia sæculari, citati per Regios Officiales. Nihilhominus crederem, quod hujusmodi familiares, non possent inviti compelli; quia citatio, compulsio, et juramentum sunt actus jurisdictionis, quæ non cadit in non subditum, stante exemptione familiarium, videtur invitos compelli non posse.

Praeventio.

De materia praeventionis, quid, et quotuplex sit, ex quibus inducatur; inter quos Judices locum habeat, et quos operetur effectus, late, et docte agit Carlevval de Judiciis par. 1. tit. 1. disput. 2. sect. 3. per tot. seu ex n. disputationis 863. et ex n. 962. optime probat, praeventionem catenus durare, quatenus durat lis, in qua facta est, qua finita, effectus praeventionis expirat, et in quolibet judicio de novo inchoando, adeundus est Judex competens, non attenta praeventione facta in priori judicio jam finito, adeo ut perempta instantia, judicium restauratum non sit prosequendum coram priori Judice, si reus forum mutaverit. Quam doctrinam ex aliis probaverat author iste ubi supra n. 940.

Probabilitas Opinionum.

De usu Opinionis probabilis, omissa probabiliori, vide omnino Sagnan. in cap. Ne innitaris de Constitutionibus, lib. 1. Decretalium fol. mihi 31. ubi fusius, et solide disputat; An liceat uti probabili Opinione, omissa probabiliori, et negative resolvit non solum in materia Sacramentorum, sed etiam in alia quacunque; et ibi videbis, quid in Confessario, Iudice, Advocato, Medico, Ministro Regio, caeterisque personis, cum publicis, tum privatis. Nihil enim desiderandum relinquit; rigidus tamen videtur.

Cuius doctrina summa videnda est ex num. 206. ubi docet, quod pars tutior in moralibus est eligenda jure Naturali, et divino, contra quod nulla potestas aut praescriptio, vel consuetudo suffragari potest. Quod principium in foro conscientiae non stat pro libertate humana sed pro obligatione abstinendi ab actu illicito. Quod opinio tutior in dubio eligenda est in omni materia, ubi vertitur salutis periculum, et successive tradit consectanea, quae ex huiusmodi principiis oriuntur ad regulas morum. Vide etiam citatum Authorem ibidem ex n. 171.

Patronatus laicalis – Praesentatio – { Vide f. 37 etiam Vide f. 300 }

Lite pendente inter praesentatos, non admittitur cumulatio, sed cedente, vel decedente altero ex litigantibus, plenum jus ad institutionem petendam, acquiritur superstiti, ac si fuisset ab omnibus patronis praesentatus. Rota decis. 22. n. 4. in Thanbi. ad tom. 13. Cardin. de Luca, ex tex. in cap. 1. et 2. ut lite pendin. in 6. Lancellot. de attentat. par. 2. cap. 42. in praefat. a n. 668. Roter. de re beneficiar. lib. 2. q. 20. n. 2. Cardin. de Luca de jur. patron. discur. 63. n. 5. Adden. ad Burat. decis. 942. n. 6. et d. Rosa de executor. cap. 16. n. 158. Barbosa de potest. Episcopi, allegat. 72. n. 162. Rota coram Cherlin. decis. 443. n. 2. et seq. coram Duran decis. 280. n. 5. et coram Bichio decis. 588. n. 14. et 25.

Accumulativa enim praesentatio admitti consuevit inter Collitigantes tantum, ita tamen, ut exinde facilius perimantur controversia; nam si ex illa litigatiali contigerit, neque inter collitigantes sustinetur, ut limitando dispositionem tex. in d. cap. 1. et 2. tradunt Adden. ad Burat. d. decis. 948. n. 8. Rota coram Celso, decis. 363. a n. 9. et in recent. decis. 262. n. 6. par. 14. et in citata decis. 22. n. 5. Thanbi. ad tom. 13. Cardin. de Luca, ubi alij.

Patroni infra terminum juris praesentantes inhabilem, seu non idoneum, etiam ignoranter, eo rejecto per Ordinarium, habet novum terminum ad prae-

sentandum, a die rejectionis, et declarationis inhabilitatis; elapso tamen ~~termino~~ tempore, seu primo tempore, non sustinetur eorum praesentatio. Ita censuit Rota in Aubertina, juris patron. 22. Aprilis 1635. coram Emerix impressa post discept. 4. Pittonij n. 58. pag. 96. licet oppositum fundare conetur author iste ibidem a n. 48.

Praesentato a patrono laico, decedente, aut renunciante, potest patronus intra quadrimestre alium praesentare; imo a die obitus, vel renunciationis primi praesentati, incipit currere novum quadrimestre, ut dixit Rota in Balneo-Regien. beneficij 24. Januarij 1703. coram R. P. D. Caunitz, impressa post tom. 4. Monacelli, in ordine 24. n. 2 exister. in cap. si electio de electione in 6. Viuian. de jure patron. lib. 2. cap. 4. n. 30. Rota coram Priolo decis. 94. per tot. et passim plures.

Sed praedicta intelligenda videntur in casu, quo nulla lis orta fuerit inter primum praesentatum, et alium, vel alios praesentatos; nam tunc colligitanti superstiti, jus decedentis, vel renunciantis accrescit, ex notatis supra n. et ex doctrina textuum in cap. 1. et 2. ut lite penden. in 6. qui licet loquantur de electionibus, etiam de praesentationibus intelligi, constans est repetentium sensus, ut videre est apud de Luca de jure patron. discep. 63. n. 2. ubi supponit, his casibus cadere hujusmodi beneficia sub reservatione,

vel affectione Apostolica. Et hinc fortassis orta est praxis hujus Diocesis, ubi nunquam vidimus subrogationem concessam, nisi litteris Apostolicis, licet verum sit, sententia 31. Augusti 1650. Consiliariis D. Thora, et Rulet, scriba Serra notario, super beneficio Parrochialis de Alaudia, fuisse decisum, ubi: De jure licitum est patronis laicis, facta praesentatione de habili, et capace ad obtinendum beneficium intra quadrimestre, praesentato idoneo renunciante, etiam lapso quadrimestre, aliquem ex colitigantibus capacem, et idoneum, maxime cumulative praesentare.
Vide Cardin. de Luca, cit. discur. 63. de jur. patron. a n. 3. ubi late de hujusmodi subrogationibus, et impotentia patronorum ad praesentandum, decedente, vel renunciante praesentato.
Juxta Regulam Cancellariae, quae incipit *Item voluit*, inter Innocentij Viij. 40. et Pauli V. 42. cautum est, in reservationibus Apostolicis non includi beneficia juris patronatus laicalis, nisi tanto tempore vacaverint, quod eorum collatio fuerit ad Sanctam Sedem legitime devoluta. Circa quae, adeas Joannem a Cokier ad dictam Regulam 40. et ibi num. 31. refert, hodie pluribus in casibus, hunc Regulam derogari, et praecipue quoties beneficium juris patronatus redditum fuit *litigiosum*. Et certe hoc motivo dixit Cardin. de Luca ubi supra, reservatum esse Sedi Apostolicae beneficium, inter praesentatos

controversium, altero lite pendente, ante, vel post quadrimestre decedente, vel renunciante. Nullibi enim reperitur, speciali regula inductam fuisse hujus casus reservationem.

Jus patronatus sine licentia Episcopi laico cedi negatur. Si tamen cessio facta fuerit, patronus jus patronatus ammittit. Olea tit. 2. q. 5. num. 3.

Patronus

Licet Patronus se ipsos nequeant praesentari, innota text. in Cap. per nostras, ubi glo. et DD. de jure patronat. tamen si patronus clericus à se praesentandi jus abdicavit, et Episcopus motu proprio vocet clericum patronum, et eum instituat in Beneficio sui patronatus, valebit collatio, quia tunc non habet originem à patrono, ut cum aliis docet Antunez Portug. de donation. lib. 3 cap 28. n 166 cum tribus seqq. Vide Monacellum tom. 2. tit. 15. formu. 1 n 17. et Card. de Luca de jure patron. disc. 31 n 13.

Poena Commissi.

De materia Commissi, vide omnino Antunez Portugal. lib. 3. cap. 34. per tot. ubi latissime.

Commissum sequitur rem, ad quamcunque manum, etiam millesimam transeat. l. Commissa ff. de publican. et vectigal. Sed an requiratur apprehensio? Vide Antunez lib. 3. q. 34. n. 13.

Ad effectum hujusmodi poenam incurrendi, probatur gravis conjecturis, et praesumptionibus. Alexander consil. 188. n. 2. lib. 7. Cravetta cons. 115. n. 1. Farinac. de furtis q. 172. n. 10. Menoch. de praesumpt. lib. 5. praesum. 3. n. 43.

Poena ab haeredibus peti non possunt, si non est quaestio mota, vivo eo, qui deliquit; et hoc sicut in caeteris poenis, ita et in vectigalibus procedit, l. fin. §. poena ff. de publican. et vectigalibus, Farin. de furtis q. 172. n. 48.

Ubi ex delicto imponitur poena amissionis bonorum ipso jure, vel facto, potest cognosci de crimine post mortem delinquentis, ad poenam consequendam, ad effectum illam exigendi ab haeredibus, vel bona vendicandi. Farinac. de Inquisition. q. 10. n. 68. Peregrin. de jure fisci lib. 4. tit. 5. n. 1. qui pluribus relatis testantur de communi. Hoc tamen procedit, quando ante mortem delinquentis, sequuta est declaratoria facti, quae non potest fieri eo mortuo. Surdus omnino videndus, consil.

425. n. 23. lib. 3. ubi alios refert.

Ad poenam commissi, necessaria est apprehensio, ut docet Rolandin. qui de communi testatur, consil. 42. n. 3. lib. 3. Et exerceri potest contra haeredes intra quinquennium. Peregrin. de jure fisci lib. 4. tit. 5. n. 42. Castren. in l. fraudati ff. de publican. et vectigal. Vide tamen Portugal lib. 3. cap. 34. n. 13.

Poena comissi sequitur monetam Regiam Hispaniae, in quacunque manu; et ideo si contra Regia Edicta extrahatur, et in Mauritaniam traducatur, postea vero apprehendatur, commisso, et depredationi subjecta declaratur. Ita fuit decisum in Curia Regij Patrimonij, per D. Didacum Navarro, Regio Erario Praefectum, de consilio sui Assessoris, 17. Martij 1721. scriba Llebrés, in favorem Josephi Liquer, et contra Paleologum de Limno Graecum; quae sententia fuit confirmata in gradu appellationis a Supmo Belli Praetorio, intervenientibus DD. Ruenive, Gonzalez, et Barcia, die 14. Octobris 1722. et iterum in judicio supplicationis (Revista vocant) die 2 Martij 1723. Et nota, quod Advocatus Fisci Patrimonialis, praetendebat, dictam monetam, Regio Erario applicari, quod neu-

tiquam fuit concessum, immo Cursarijs, et Ar-
matoribus adjudicata, solutis juribus D. Le-
gi.

Poena, an et quando irrogari, et exequi
possit sine processu, late explicat D. Mathieu
de Regim. cap. 8. §. 3. ex n. 64. ubi enume-
rat casus in quibus potest ad poena exe-
cutionem de facto procedi. Et n. 113. cum
segg. docet quomodo sit facienda execu-
tio poenæ pecuniariæ.

Pena conventionalis, an iure, et in conscientia exigi pos-
sit. Guttierrez. lib. 2. Canon. qq.^m Cap. 20. pag. 280. cum
seqq.

Pena an iuste exigi possit propter alterius culpam
idem Guttierrez vidend. lib. 2. Canon. qq.^m cap. 30.

Poena commissi. = Ea est commissi natura, ut infirmat
hypothecas antea quæsitas creditoribus, ut probat D.
Salgado par. 2. labyr. cap. 9. ex n. 74. qui ex hac
doctrina infert, Fiscum in mercibus commissatis,
omnibus Creditoribus personalibus, et hypotheca-
rijs præferri. Nota tamen, hanc esse valde anci-
pitem quæstionem, de qua consule citatum Autho-
rem d. cap. 9. per totum.

Poena scientis conspirationem contra Principem, et non
revelantis, quæ sit, vide apud D. Larream tom. 1. Alleg. 65.
ubi eruditissime in materia.

Pena

Pena privationis Maioratus propter contraventionem Legis fundationis, an etquando incurratur latissime explicat Rosa Videndus de incompat. 3. cap. 1. per tot. Ibi doctissime diserit cum casuum distinctione, an etquando sententia privationis realis sit, ac linealis, vel tantum personalis.

Probatio descendentiae

In materia juris praesentandi, suffragatur possessio authoris successori, ad effectum probationis pertinentiae, seu descendentiae, quoniam ubi principalis quaestio non sit pertinentiae, ratione gradus, ac majoris proximitatis (quo casu necessaria est probatio descendentiae ab stipite per gradus distinctos) sed agitur de existentia, vel pertinentia in genere tunc sufficit probare descendentiam ab existente in quasi possessione praesentandi. Punctim Cardin. de Luca in sum. de jure patron. n. 86. et discur. 63. eodem titulo.

Quasi possessio praesentandi ad beneficia, etiam legitime adquisita, non transit ad successorem sine noua apprehensione, nisi ipse per se postea possessionem actualem, et cum effectu apprehendat, praesentando nempe ad beneficium in aliqua vacatione, praesentatione admissa, et effectum sortita. D. Salgado post Labyrint. Creditor. tract. de libert. benefic. art. 5. per tot. Posthius de manutent. obser. 55. ubi plenissime. Ciarlin. controuer. 102. n. 32. cum seqq. Quod fallit tantum cum jus patronatus est annexum alicui Dignitati, vel Majoratui. Posth. d. obser. 55. a n. 99. ad 102. Salgado ubi supra n. 13.

Regula de ultimo statu attendendo in possessorio, locum habet etiam in praejudicium Ordinarij, asserentis beneficij libertatem, ut declaravit Rota in Nafsoricen. beneficij 9 Martij 1711. coram R. P. D. Cafsarello, in qua, ex motivo, quod Patronus erat in quasi possessione praesentandi, fuit ei concessa manutentio, et praesentato (Antonio Martorell) institutio, ibi: Quia lis non versatur inter Patronos, de proprietate juris patronatus contendentes, sed super possessorio: dubio procul eidem Martorell debita est institutio, quae ad tramites possessionis praesentandi, in hisce circumstantijs, regulanda venit, posthabita tituli discussione, juxta famigeratum tex. in cap. consultationibus de jure patron. Rota in Verulan. Abbatiae, 23. Aprilis 1706. §. aggrediendo, coram Em. Cardin. Caprara, in Mediolanen. Capellaniae, 23. Martij 1703. et 25. Aprilis 1704. utrobique sub initium, coram R.mo D. meo Molines Decano, in Mediolanen. beneficij 1. Aprilis 1703. §. postissime cum seqq. coram R. P. D. meo Ansaldo, et in Sorana, juris patron. 20. Januar. 1710. §. moti, et 10. Decembris, ejusdem anni, coram R. P. D. meo Scotto, ex quibus succubuit Ill.mus Episcopus Pontilla, praetendens beneficij libertatem, cui (dicebat assistit juris praesumptio) ex solo motivo, quia constitit de quasi possessione praesentandi, prout constat ex decisione, quae habetur impressa.

Praesentatio ad Beneficia.

Regula est in materia juris praesentandi, quod solum attenditur ultimus status beneficij, ita ut constito de praesentatione effectum sortita in ultima vacatione, debeat manuteneri is, qui praesentavit in sua quasi possessione, et praesentatus obtinere collationem, quin in judicio possessorio summarissimo, admitti queat quaestio super jure patronatus, tamquam pertinens ad petitorium, quod solum locum habet Ecclesia plena, ut constat ex text. in cap. consultationibus 19. de jure patronat. et docet plenissime Garcia de benef. par. 5. cap. 5. per tot. Vid. f. 500 ~~II~~

Haec tamen communis regula, post Concilium Trident. sess. 25. cap. 9. solum procedit, ad effectum ut praesentatus a patrono, qui reperitur in quasi possessione praesentandi, collationem obtineat, quando lis vertitur inter compatronos, quia cum inter eos supponatur jus patronatus, ne de illo disputetur, praeferendus venit, qui est in quasi possessione praesentandi; non autem quando Ordinarius se opponit, negans jus patronatus, et pro beneficij libertate contendens, et sic ad suam liberam collationem, et provisionem spectare asserens,

Haec limitatio ex novissima praxi Romanae Curiae non procedit, ex doctrinis allegatis infra, et decis. facta in Majoricen. Beneficij. 9. Martij 1711. coram R. P. D. Caffarello.

cui juris præsumptio assistit; tunc enim quasi pos-
sessio qualita inter Compatronos, ad nihilum redu-
citur, et nullius est momenti respectu Ordinarij,
cui pretendenti libertatem beneficij, nihil officit,
nec præjudicat; immo tunc talis quasi possessio
manet anihilata, cum non cadat super vera, et cer-
ta existentia juris patronatus, quod non est in re-
rum natura, in tantum, ut nec adhuc prosit ad
manutentionem in præjudicium Ordinarij, ac
libertatis beneficij, seu Capellaniæ, contra quam
nunquam adquiri potuit, quæ nunquam litigavit,
nec adfuit liti, seu litibus controversis, inter ip-
sos Compatronos contendentes inter se solos de
pertinentia juris præsentandi, prout plures deter-
minavit Rota, hanc distinctionem præ oculis
semper habens, ut ex plurimis constat decisio-
nibus, congestis a Ludovico Posthio, in tractat.
de manutent. obser. 32. n. 4. et 5. in hæc: Quasi
enim possessio juris præsentandi in beneficijs
juris patronatus, prævalet inter Patronos, jus
pretendentes. Vivian. de jur. patron. lib. 5. cap.
4. n. 69. et ibi Rota decis. 28. n. 8. Rota in Pisa-
na Capellaniæ, coram Cardin. Blanchetto, apud
Marchesan. de Commission. par. 1. fol. 438. n. 1.
et attenditur etiam in terminis Concilij Tri-
dentini, ubi non controvertitur patronatus,
sed ejus pertinentia, Rota recent. decis. 274. n. 2.
par. 2. Rota recent. decis. 179. n. 2. decis. 319. Bu-
rati n. 17. Et ipse Posthius n. 26. ita prosequitur:

Quotiescunque vero non agitur inter Patronos de pertinentia patronatus, sed controvertitur ipse patronatus, et agitur de libertate Ecclesiæ, et libera collatione, eo casu, post Concilium Tridentinum non suffragatur pro manutentione, sola quasi possessio præsentandi, nisi agatur de Jure patronatus Regio. Rota in Braccharen. de Saufer. coram Cardin. Sacrato, apud Marchesan. de Commission. par. 1. fol. 1054. n. 2. et par. 2. et fol. 488. n. 2. Cavaler. decis. 603. n. 5. Vivian. de jur. patron. lib. 5. cap. 2. n. 36. ibi: Tunc autem attenditur quasi possessio, quando constat de existentia juris patronatus, sed controvertitur pertinentia; secus quando dubitatur de ejus existentia, quia tunc sola quasi possessio non suffragatur, nisi verificato jure patronatus cum causa cognitione, ad formam Concilij Tridentini, et sufficit ita semel fuisse verificatum, ut in Sirmiana juris patron. 17. Junij 1588. coram Cardinali Pamphilio, et in Volaterr. Cappellaniæ 28. Aprilis 1595. coram Cardin. Blancheto; et in Comensi juris patron. 20. Junij 1601. coram Cardin. Seraphino. = Et iterum ipse Vivian. idem per eadem verba, et per easdem decisiones repetit eodem lib. 5. cap. 4. sub n. 63. ver. Item procedit

Hoc omnia docet, et late prosequitur D. Salgado, post Labyrint. Creditor. in suo aureo tract.

De libertate beneficior. art. 4. per tot. ubi magistraliter, et omnino solide hanc adstruit distinctionem, eamque juribus, Decisionibus, et authoritatibus roborat, quibus adde Fagnan. in d. cap. consultationibus. Idem docet Garcia de benefic. par. 5. cap. 5. a numero 133. et non minus eleganter Gonzalez ad regul. 8. Cancellar. glos. 18. a n. 23, ibi: Tamen hodie post Concilium Tridentin. in d. cap. 9. non sufficit docere de quasi possessione, nisi doceatur de legitimo titulo. Ratio est, quia per dictum Concilium, derogatur non solum titulo, sed etiam quasi possessioni cujuscunque juris patronatus, aliter acquisiti, quam ex fundatione, constructione, vel dotatione, et ideo, ut quasi possessio possit suffragari, est docendum de titulo legitimo. Ita declaravit sacra Concilij Tridentini Congregatio, dicens: Hoc Decretum Concilij habet locum in petitorio, et in possessorio. Unde admittenda non est praesentatio, aut praesentati institutio facienda, nisi prius verificato jure patronatus, ex Decreto Concilij. = Et numeris sequentibus prosequitur Gonzalez, referens plures Rotae Decisiones, quae in terminis ejus doctrinam probant.

Et licet in Dioecesi Majoricensi ex stilo probetur jus praesentandi, ad effectum obtinendi manutentionem in summaris, per duas praesentationes effectum sortitas: tamen non constat, id declaratum fuisse in concursu Ordinarij contendentis

pro beneficij, seu Cappellaniæ libertate, sed solum quando supposito jure patronatus, contenditur de illius, seu juris praesentandi pertinentia.

Praesentatus a Patrono, etiam putatiuo, qui justa ultimum statum, est in quasi possessione praesentandi, venit instituendus in beneficio, justa tex. in cap. consultationibus 19. de jur. patr. cujus Regulae extensiones, et limitationes, ad praxim accomodat, et explicat modernus Franc. Maria de Pitonius, de cap. eccles. 33. per tot. ubi sub n. 16. notat, quod Pagnan. in d. cap. consultationibus, tenet, hunc tex. hodie locum habere ubi lis sit inter compatronos super pertinentia, non cum Ordinario super existentia, cum in hoc casu, procedat correctio Tridentini, sess. 25. cap. 9. de reformat.

Sed statim addit Pitton. falsam esse praedictam opinionem, et ibi: Quia concilium solum exceptuauit possessionem, quando agitur de jure patronatus ex privilegio, vel dispicto de usurpatione inter potentes, vel deducto ex alijs titulis per concilium reprobato; secus vero est, ubi patronus priuatus, allegat ultimum statum in summarissimis manutentiones contra Ordinarium, et dicit se patronum ex titulo fundationis, vel dotationis, nam tunc etiam absque justificatione tituli, debet manuteneri, ad formam tex. in cap. consultationibus, nisi Ordinarius

clare probet libertatem beneficij, per rem judica-
tam, confessionem partis, vel publicum documen-
tum, ut articulo formiter discusso, firmatum fuit
in Olomucen. jurisdictionis, 5. Junij 1693 § nec in-
fringi cum seq. coram Ill. P. D. Muto, et 5. Maij 1694.
§. neque in praesenti, cum seq. coram Ill.mo D. Molines De-
cano; nec requiritur, quod ultimus status sit cum cau-
sa cognitione, sed sufficit institutio ad praesentationem
effectuata, etiam nulliter data per Vicarium, decis. 86.
n. 18. post Vivian. de jur. patron. immo etiamsi age-
retur de patronatu ex privilegiis, si validitas tituli
esset dubia, et disputabilis, sufficeret quasi possessio
pro manutentione patroni, contra Ordinarium, ut in
d. Olomucen. coram Muto, §. proinde, Seraphin. decis.
499. n. 3. et decis. 555. et 575. per tot. etiam ex uni-
co actu acquiritur quasi possessio contra provisos
ab Ordinariis. Rota decis. 23. n. 2. coram Duran,
Garcia de benefic. par. 5. cap. 5. n. 59. Et Rota in Al-
beden. 13. Junij 1558. apud eundem Garcia ibidem,
n. 60. Vide infra fol. 333. pag. 2.

Patronatus. Vide f. 424

Ius patronatus non aliter acquiritur ex benefi-
cij fundatione, nisi cum adest Decretum, seu
consensus Ordinarij Ecclesiastici, ita ut non
a die fundationis, sed confirmationis, aut asen-
sus Ordinarij competat. D. Salgado post laby-
rinth. Creditor. tract. de libertate beneficior. art.
3. n. 18. et 19. post Barbosa de potest. Episcopi, tom.
2. alleg. 30. n. 20. et post plurimos alios, Rinal-
nus de jur. patron. lib. 2. cap. 1. ex n. 8. cum se-
quentibus, ubi reddit rationem, quia cum jus
istud sit spirituale, non potest laicus propria
authoritate spiritualia sibi attribuere. Feli-
nus in cap. ex parte 2. n. 2. de rescriptis cum
alijs per Rotam, decis. 361. n. 13. par. 2. recen-
tior. Lotter. de re beneficiali, lib. 1. q. 5. n. 56.
cum seqq. Barbosa ubi proxime, n. 35. vers.
Illud demum. Roccus de Curte de jur. patro-
nat. Lambertin. in eodem tract. lib. 1. par. 1.
q. 2. art. 11. n. 3. vers. Quarto elicitur. Fari-
nac. decis. Rota 561. n. 3. in recent. tom. 2.

Patronus laicus potest infra quadrimestre, post pri-
mam presentationem, alterum presentare, ex tex. ex-
press. in Cap. Cum autem 24. de iur. patronat. et ibi ple-
nissime Fagnan. Ratio est, quia, presentatio a patrono
facta rata non est, donec ab Episcopo admittatur; hinc
autem gratificatio conceditur inter duos a patrono pre-
sentatos, qui cumulative presentati intelliguntur, ex
Fagnano ubi proxime.

Vide Antunez de donat. lib. 3. cap. 28. ex num. 151.

Praesentatio — Jus patronatus. Beneficium.

Comprobat sententiam Pittonij, relatam supra fol. 332. Rota in Camerinen. jur. patron. 10. Maij 1694. coram R. P. D. Molines, compilata in Mantissa ad Cardin. de Luca, de jur. patron. decis. 3. et ibi n. 16: Quæ omnia facilius procedere visa sunt, attento, quod versamur in judicio summarissimo possessionis, et suspenso petitorio, quo casu, ad effectum manutentionis in possessione praesentandi, sufficit unica praesentatio, effectum sortita, etiam contra Ordinarium, praetendentem libertatem beneficij, et signanter, quia ex supra deductis, docetur de titulo legitimo, ad acquirendum jus patronatus. Rota decis. 330. n. 2. coram Gregor. XV. decis. 23. n. 3. coram Duran, decis. 200. n. 19. coram Cerro, et in Nolumcen. jurisdictionis, 13. Ianuarij, superioris anni, coram R. P. D. meo Muto, confirmatio · currentis mensis coram me.

Citatur Pittonius in Allegatione pro Antonio Martorell, cum Augustino Steuan, in Majorican. jur. patron. inter per me collectas sub tit. Decis. Rotæ, et Allegat. Major. tom. 1. fol. 65. §. Hoc autem cum sequen. postquam fundavit regulam generalem, docentem, in judicio possessorio sufficere praesentationem executam ab existente in quasi possessione praesentandi, prosequitur ibi: Quod absolute procedit, etiam in casu, quo agentur de lite cum Ordinario vindicante libertatem beneficij, ad-

hinc enim in hoc judicio, solum attenditur quasi possessio praesentandi, et ultimus status, ut repetatis contrarijs, late firmatum fuit per Rotam in Olomucen. jurisdictionis, 5. Junij 1693. § nec in-fringi cum sequen. coram bona memoria Muto, et 3. Maij 1694. § neque in praesenti, cum sequen. et 14. Maij 1708. § quod principium, coram Emo D. D. Molines Decano, et in Mediolanen. beneficij 1. Aprilis 1707. § quinimo, coram R. P. D. Ansaldo, ubi refert, et sequitur metipsum in Discep. Eccles. 28. sub n. 16.

Prosequitur ibidem Pitonius § ex quibus, fol. 65. asserens, simplicem quadragenariam sufficere in privatis, ad probandam in judicio petitorio pertinentiam patronalem, et comprobat authoritate Rotae, coram Merlino, decis. 4. n. 1. et coram Bichio decis. 512. n. 8. et in recent. decis. 19. n. 6. et decis. 329. n. 6. par. 9. et decis. 507. n. 36. par. 14. et in Asculana jur. patron. 26. Januar. 1703. § rursus, coram R. P. D. Scotto.

Et § idque procederet, dicit ibidem Pitonius, in longo temporis spatio, nihil obesse aliquem statum contrarium; eo enim ipso, quod omnes status antecedentes, et subsequentes, sunt de jure patronatus, aliquis intermedius, si adesset, remaneret elisus, neque interrumperet quasi possessionem praesentandi, etiam ad effectum

pertinentia, ut firmavit Rota in Mediolanen. Prioratus, 14. Maij 1646. § praesentationis, coram bonae memoriae Corrado, et alijs ibidem cumulatis.

Ad probationem juris patronatus, in personis privatis, sufficit quadragenaria possessio, juncta cum fama, Calderoni resol. 3. n. 18. cum pluribus; vel si loco famae concurrant alia adminicula, ibidem n. 19. quo in casu sufficeret etiam unica praesentatio pacifica, effectum sortita, si nempe praesentatus, et institutus, vixerint per annos 40. et non evenerit casus alterius vacationis, ibidem n. 20. parum relevante, alias fuisse factas provisiones intermedias, nec constare fuisse factas, uti de jure patronatus, quia cum probentur extrema, media etiam praesumuntur, ibidem n. 23. nisi doceat de intermedio statu libertatis, ibidem n. 28.

Sacrum Concil. ibidem. sess. 25. de reformat. cap. 9. novam induxit rigorosam formam probandi jus patronatus in personis potentibus, ob praesumptam usurpationem, Calderoni cit. resol. 3. n. 3. in privatis vero intactam reliquit dispositionem juris communis, ac si decretum conciliare non adesset, ibidem n. 8. ex Viviano de jur. patron. lib. 2. par. 2. cap. 5. Cardin. de Luca, eodem tract. discur. 9. a n. 6. et discur. 53. n. 8. Rota coram Burat. decis. 142. 338. 552. et 919. et in in recent. decis. 224. par. 12. =

Vide Monacellum in formul. tom. 2. tit. 15. form. 1. n. 4.

[illegible]

el Recurso al Tribunal Regio, en el caso, que alguno recurra de la provision de los Electos, y Asociados, por ser esta Regalia inseparable de V. Mag.d Que es quanto se ofrece a la Audiencia informar a V. Mag.d assi en orden a la representacion y suplica del Cabildo de la S.ta Iglesia Cathedral de este Reyno, como en razon de las Regalias, que estan en observancia con el Estado Ecclesiastico. V. M. mandarà lo que fuere mas conveniente, y de su R.l servicio. Dios g.de la Catholica, Real Persona de V. M. los muchos años, que la Christiandad ha menester. Sala de la Audiencia de Palma a 28 de Julio de 1718. = D.n Agustin Fran.co de Montearo.= D.n Pedro de Angulo, y Velasco.= D.n Joseph Fran.co de Cienfuegos, y Valdes.= D.n Juan Antonio de la Hinojosa.= D.n Miguel Chalonda.= D.n Joseph Laudes.= La trabajò el señor Chalonda, y la examinaron, y aprobaron los demas señores.

D. Salgado de Reg. protect. p. 1. cap. 1. prælud. 5.

En materia de Regalias con el Estado Eclesiastico; es admirable la Reccaptacion 50. per tot. de Julio Caponio, tom. 1.

Quando tenga lugar la aprehension, y retencion de Bullas Pontificias, y la practica de ella, segun la Concordia de la Corona de Aragon, trata magistralmente Calderò tom. 3. decis. 134. donde refiere varias Ordenes de S. Magestad.

Licet causæ decimales pertineant privative ad Regiam Iurisdictionem, et hæc Regalia omnino vigeat absque ulla proresus controversia in Regno Valentiæ, Maioricar. et alijs: tamen in Castella iure communi vivimus, ut tamen quod cum ius decimandi spirituale sit, vel quasi, ad ecclesiasticam iurisdictionem pertinet decimalium causarum cognitio quoties quæst. iuris fuerit, licet si in facto consistat possit iudex secularis cognoscere, ut late prosequitur Olea tit. 5. q. 3. ex num. 15.

Ratihabitio, Ratificatio

Ratificatio duplex erit, aut dupliciter contingere potest. Uno modo, quando actus gestus ab alio, nomine meo, quo casu, licet actus mihi non praeiudicet, cum tamen subsistat in persona gerentis, ratificari potest. Alio modo scilicet, quando actus irritus, et nullus ab alio gestus fuit; et in hac specie, meus superveniens consensus, actum ab initio irritum non convalidat, nec ratificatio retrotrahitur ad tempus celebrati contractus; immo novus efficitur ex nunc, et ex praesenti tempore ratificationis. Et cum novus contractus sit, debent eedem personae concurrere, quae à principio intervenire, vel adesse debebant. L. nuptia 8. ff. de ritu nuptiar. Ex quo sequitur, ea quae medio tempore fiunt, ut hypoteca, pignus, interesse, et interusurium, sint omnino infecta, nullius que roboris, et effectus. D. Salgado in Labyrint. p. 2. cap. 10. num. 64. et de retent. Bullar. p. 2. cap. 17. sub num. 52. vers. Pro cuius inteligentia. D. Valenzuela omnino videndus cons. 177. ex num. 48. Gratian. tom. 1. discept. 124. num. 22. ex qua magistrali doctrina sequitur, quod supposita actus nullitate, quodlibet praeiuditium, damnum, interesse [illegible] nullius praeiuditij est mandanti. Vide notata tom. 1. observat. fol. 297. pag. 2.

Ratificatio ut valeat, requiritur in ratificante scientia in specie, clara, nitida, satis distincte, et concludenter probata; quod adeo certum est, ut procedat licet ratificatio sit jurata. D. Leon tom. 2. decis. 169.

Regula VIIJ. Cancellariæ.

Licet vigore huius Regulæ, spectet ad Sedem Apostolicam provisio, et Collatio omnium beneficiorum, Præbendarum, Canonicatuum, et Dignitatum, vacantium in octo mensibus reservatis; exceptis Canonicatibus Doctoralibus, et Magistralibus: tamen si vacatio contigerit Sede Apostolica vacante, tunc cessant reservationes, et remanet res in terminis juris communis, itaut provisio, ac Collatio omnino spectet ad Ordinarios collatores, prout docet Cochier, in d. Reg. 8. Cancellar. in Proemio n. 18. Simon. de reservat. q. 58. n. 14. Caputaquen. decis. 214. n. 3. lib. 2. et decis. 86. lib. 1. Crescentin. decis. 3. de privileg.

Idem probat latissime Gonzalez, ad Reg. 8. Cancellar. §. 5. proœmial. a n. 45. cum sequentibus. et a n. 60. disputat, an supposita morte Papæ, et cessatione reservationis, ex suppremoribus vocibus: si ante Ordinarij provisionem, et Collationem, succedat novus Pontifex, et faciat de novo publicari Regulas Cancellariæ, cesset ex tunc facultas Ordinarij Collatoris, et ad Sedem Apostolicam devolvatur. Et late disputata quæstione a n. 60. ad 75. eam resolvit in favorem Ordinarij, ex rationibus ibi adductis, quibus adde, quæ tradit idem Author glos. 11. art. 4. et glos. 24. q. 6. n. 112.

Haec omnia confirmat late, ac docte Garcia de benefic. par. 5. cap. 1. a n. 643. ubi cum alijs docet, quod cum reservatio Regulae Cancellariae, sit personalis, simul cum Papa Conditore spirat. Unde Sede Apostolica vacante, omnes menses ad Ordinarios Collatores spectare, concludit, ac juribus, Decisionibus, et DD. authoritatibus probat. Ibi vide. = Imo perpetuo nota, Regul. 8. Cancell. non comprehendere Eccl.as Parrochiales, vacantes apud Sedem Ap.ca Sede vacante, imo nec quando vacant vivente Papa, si per eum dum vivit provisa non fuerint, iuxta text. expres. in Cap. si Apostolica 35 de Praebend. in 6. cui minime derogatur per Regula Cancellariae, ut optime probat Gonz. in Reg. 8. § 5. proemiali, ex n.o 125.

Rota Auditores.

Auditores Rotæ, in omnibus Regnis, et Provincijs habentur pro oriundis, et naturalibus, ad effectum aptitudinis ad possidendum quæcumque beneficia, Dignitates &ª juxta Constit. Clementis Viij. inter suas 13. §. 2. Bullar. Romani Cherubini tom. 1. quæ fuit confirmata per Clementem X. anno 1671. alia Bulla, quam transcribit Dominicus Bernini, in Historia Tribunalis Sacræ Rotæ, cap. 4. pag. 101. Videndus Cherubinus, ad d. Constit. 13. Clementis Viij. Ludovicus Roman. consil. 436. Rota coram Puteo decis. 85. et decis. 205. lib. 1. Ansaldus in præfation. ad 1. tom. Decisionum n. 40.

Ex his motivis, licet ex Indulto Apostolico, debeant omnia Beneficia Majoricen. Diœces. naturalibus, et oriundis concedi, ex traditis supra fol. 60: tamen cum defacto Canonicatus Sanctæ Cathedralis Ecclesiæ vacaverit, anno 1720, collatum fuit Ill.mo D. D. Antonio de Marimon Catalano, Sacræ Rotæ Auditori, quem per illius mortem obtinuit D.nus Joannes de Puigdorfila. = Dns Marimon obijt die 10. Xbris 1720 nondum capta poss.e Canonicatus, et de hoc fuitq sede Ap.ca provissus D. Nicolaus Bordils, et Frujols. = Nota, quod cum Canonicatus vacaverit per obitum D. Inquisitoris D.ni Georgij Truyols, collatum fuit D. Auditori D.no Thomæ Rato, et Otonelli, Valentino; retenta tamen fuerunt in Summo Castella Prætorio Bulla, et impedita possessio.

Reparatio Ecclesiarum.

De Ecclesiarum Parrochialium reparatione, et quis ad eam contribuere teneatur; quis sit Iudex Competens, et alia in materia, vide Vallensem in Paratitlis ad Ius Canon. lib. 3. tit. 48. §. 2. Cortiada tom. 3. decis. 180. per totam, ubi an, et quando Parrochiani ad Reparationem compelli possint, et ex communi docent, quod seclusa conventione, vel Consuetudine, hac obligatio in Parrochianis, seu Populo est subsidiaria, deficientibus scilicet fructibus, seu pecunijs destinatis pro fabrica, et redditibus Rectoris, qui quartam partem fructuum Rectoriæ debet erogare in Ecclesiæ reparatione, et si non sufficiant, tunc intrat Populi obligatio, cum certis tamen modificationibus, de quibus Cortiada citatus omnino videndus.

Conductor ut possit remissionem annuæ mercedis petere, probare debet saltim medietatem fructuum ex re locata percipere non potuisse, occasione casus fortuiti supervenienti; potest tamen refectionem damnorum petere, si in parte deteriorata sit substantia rei locatæ, et si Vechgal fuerit, et substantia eius non in totum, sed in parte tantum defecerit, potest tamen Conductor refectionem petere. Ita fuit novissime per Regiam Audientiam decisum, die 1. Aprilis 1719. inter Guilielmum Garcia, et Sindicos Univ. et Generalis Consignationis, scriba Serrer, super conductione Vectigalis Olei. Vide Cardin. de Luca, de Regal. Discur. 65. per tot. ubi plene, et de Locato, et Conducto, Discur. 54. n. 4. Gomez variar. par. 2. cap. 3. ex n. 18. Quid in conductione Vectigalium Regiorum, maxime stante renunciatione casus fortuiti. Videatur D. Larrea, allegat. 17. ex n. 2 et 3. t. 9. lib. 2. Recop. et allegat. 18. 19 et 20. D. Castro in Miscell. Discept. 6.

Reconductio, an, et quando facta censeatur, tam in prædio rustico, quam urbano, explicat Antonius Gomez par. 2. var. cap. 3. ex n. 15. An autem secundus domus conductor per scripturam privatam, præferatur primo, lapso primæ conductionis tempore, in possessione manenti, vigore reconductionis quam sibi prius factam, testibus probare prætendit, disputat Vela tom. 1. Dissertat. 12. ad explicationem tex. in l. nemo cui 32. C. de locato, et conducto ubi negative resolvit, licet per Senatum aliter judicatum aliquando fuisse testetur. Sin autem secunda conductio, non per scripturam privatam, sed per publicum instrumentum facta sit; licet maior esse difficultas videatur, ex eo quod instrumentum est executivum, et repellit exceptiones altiorem indaginem requirentes: tamen idem procedere ac in primo casu dicendum est. Vela plenissime Dissert. 14.

Remedium

Creditores uti possunt remedio l. 2. C. de rescin. vendit. absque cessione, iuxta opinionem D. Salgado in labyr. par. 4. cap. 1. per tot. Contrariam tamen sententiam veriorem probat, et iure quidem D. Olea tit. 4. q. 3. et in addit. resol. 17.

Remedium l. 2.ᵃ C. de rescin. vendit. habet locum contra hæredem, et potest proponi ab hærede ejus, qui læsus est; immo cum hoc remedium sit in bonis læsi, potest ab ejus creditoribus proponi, estque cessibile, licet non requiratur cessio, ut a creditoribus proponatur. Hæc omnia fundate probat Sal. Cagon. tom. 2. discept. 36. per totam, ubi vide.

Hoc idem cavetur in l. 1. tit. 11. lib. 5. Recopilationis, ubi, quod locum habet hoc remedium, etiamsi venditio facta fuerit sub hasta publica. Non tamen procedit in operibus, quæ certo pretio conducti facere promittunt Artifices, per contractum innominatum facio, ut des, vulgo a estajo; nam juxta tenorem Regiæ legis 2. tit. 11. lib. 5. Recop. non possunt de læsione ultra dimidiam querelare.

Prædictum tamen remedium locum non habet in contractu venditionis, si venditor invitus vendere cogatur, leg. 6. tit. 11. lib. 5. Recop. Et nota, hoc remedium solum competere infra quadriennium a die contractus, non vero postea, ut expresse cavetur in l. 1. tit. 11. lib. 5. Recopil.

Retractus

Vide tom. 1. fol. 299. et omnino D. Corregada tom. 3. decis. 150. per totam.

Retractus, seu jus prælationis competit cohæredi, et cuilibet socio in judiciis familiæ herciscundæ, aut communi dividundo. Cum autem competat ratione hæreditariæ qualitatis, cedi nequit. D. Olea tit. 2. q. 3. ex n. 32. qui n. 36. docet, neminem in alterius beneficium ad retrahendum admitti. D. Larrea alleg. 122. n. 33. Aliud est in retractu conventionali, sive pacto de retrovendendo, quod cedi potest, nisi lex conventionis obsistat, ex Olea ibidem ex num. 37.

Remedium.

Remedium legis fin. C. de edicto D. Adriani tollendo. Quando agitur contra tertium titulo possidentem, et causam a fideicommittente non habentem, requiritur probatio dominij. Rota par. 16. Recent. decis. 12. per tot. Sabelli tit. R. §. Remedia n. 24 versic. quando tamen.

Remedium legum per diversas, et ab Anastasio Codice Thandati, an, et quando locum habeat, explicat D. Rea videndus tit. 6. q. 10. ex num. 51.

Stante legitimo Contradictore, agendum est via ordinaria; legitimus autem Contradictor dicitur ille, qui possidet bona fide, et sine vitio, ac in continenti docet de jure suo; non tamen talis dicitur ad effectum impediendi immissionem, qui non possidet, licet habeat titulum. Sabel. citatus n. 30. vers. quod stante, Rudolfin. in praxi par. 2. cap. 7. n. 49. et seqq. ad 73. Rota p. 15. Recent. decis. 121. 279. et 286. per tot. et par. 17. dec. 229. plene Angel. de legit. contradict. ad d. l. fin. C. de Edict. D. Adr. tollen. per tot. tractatum.

Hoc remedium cessat, stante transactione inhita super fideicommisso, et agendum est remedio ordinario rescissorio transactionis, et restitutis acceptis, Merlin. decis. 267. Rota p. 10. Recent. decis. 126. Sabel. ubi supra n. 24. vers. cessat tamen. Urceol. consult. forens. cap. 70. n. 28. et seqq. lib. 2. Rota par. 13. Recent. decis. 129. n. 8. et seqq. decis. 359. n. 3. Plene idem Urceol. in tr. de transact. q. 50. 51. et 52. per tot. Rota par. 15. Recent. decis. 86. ubi quod transactio inita ab haerede gravato, intuitu fideicommissi, et non proprio nomine dicitur facta, et ideo quidquid ea mediante adquisivit haeres, non sibi, sed fideicom. adquiritur. Si vero transactio facta fuerit bona fide, etiam alienando, non potest impugnari a substituto. DD. in l. cum haereditas ff. ad Trebellian. Pusar. de substit. q. 562 n. 2. 708. n. 10. Rota par. 10. Recent. decis. 123. n. 6. et eadem par. 10. decis. 228. per tot. et par. 11. dec. 67. per totam, ubi quod transactio facta per defunctum, est servan-

da per hæredem, etiam cum beneficio inventarij, donec per redditionem rationis docuerit, bona hæreditaria non sufficere; immo stante bona fide transigentis, super fideicommisso dubio, obligantur etiam successores, licet non sint hæredes, Rota p. 13. decis. 110. per tot. dec. 114. n. 9. decis. 359. dec. 496. dec. 523. n. 14. par. 14. decis. 13. dec. 531. n. 19. par. 15. dec. 128. n. 6. par. 16. dec. 128. et dec. 261. par. 17. decis. 286. et decis. 344. n. 16. et par. 18. decis. 116. per tot. dec. 202. n. 26. et 27. Vide Sabel. verbo transactio a n. 10.

Regulares.

Confirmatio electionis Prælati Regularis, quomodo sit facienda, præsertim in Religione Sancti Dominici. Et quid agendum, superiore nolente confirmare. Vide Sul. Capon. tom. 1. discept. 54. per totam.

Regulares etiam post Concil. Triden. sess. 25. cap. 2. possunt peculium retinere cum licentia superioris, ut probat Capon. tom. 2. discep. 82. ubi late de pecunia, in vim peculij retentione, usu, et distributione, cum Decretis Sacræ Congregationis.

Prælati, ac Provinciales Regularium, maxime Societatis Iesu, quam potestatem habeant ad contrahendum, late explicat Capon. tom. 3. discep. 151.

Domus professa Societatis Iesu, capaces sunt habendi legata, donationes, et alia, titulo particulari relicta; non vero hæreditates ex testam.to vel ab intestato, ut magistraliter docet Sul. Capon. tom. 3. discep. 162. videndus.

Regulares an, et quando deferre valeant Crucem in processionibus. Vide Capon. tom. 3. discept. 198.

Regulares.

Iuxta Decretum S. Concilij Tridentini, ses. 25. de Regul. cap. 12. omnes Regulares, obseruare tenentur Interdictum positum per Ordinarios Ecclesiasticos, illudque publicare. In hac tamen dispositione, minime comprehenduntur Equites Sancti Ioannis. Unde tale Interdictum seruare non tenentur, ut constat ex doctissima Allegatione pro Illustri Dn. fr. Arnaldo de Serralta, Equite Sancti Ioannis, et Priores Cataloniæ, ubi plene intendum convincitur. Habetur in 1. tom. Allegationum Cataloniæ.

De origine, privilegijs, et indultis Religionis sancti Ioannis, vide Iul. Capon. tom. 1. discept. 2. per tot.

De Regularium Visitatione, et quibus in casibus sit eis auxilium, seu assistentia concedenda; de differentia inter utrumque casum, auxilij scilicet, et assistentiæ, et de Regalia Protectionis Concilij Tridentini, ad obseruantiam cap. Causa omnes 20. ses. 25. de Reformatione, vide Ristany tom. 3. decis. 129. per totam, ubi plene.

Regulares. Causas visitationum, et correctionis Regularium, ad Regium Senatum trahi non posse, docent Cortiada tom. 1. decis. 29. n. 125. Rodriguez de an. redditibus, lib. 1. q. 17. n. 25. Sesse de inhibition. cap. 30. § 1. n. 44. et tom. 2. decisionum in Epistola ad Regem n. 99. Salgado de regia protect. par. 1. cap. 2. § 5. n. 21. Latissime Barbosa voto 4. a n. 120. Ripoll de Regalibus cap. 6. a n. 72. Ceuallos de cognit. per viam violen. in prohem. n. 206. Pontan. decis. 343. n. 26. et decis. 346. n. 27. par. 2.

Regularium Iudices qualiter se gerere debeant in subditorum visitatione, vide Capon. tom. 1. disceptat. 6.

Fallit, si Visitator modum visitationis, et correctionis grauiter excedat. Ceuallos Com. contra com. lib. 4. q. 2. alias 897. n. 287. et lib. 2. de cognit. per viam violen. glos. 6. n. 23. et par. 2. q. 95. n. 24. Solorzano de jur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 26. n. 34. et in polit. lib. 4. c. 26.

11.

Retentio = Regulares

An et quando competat creditori, vide doctam Allegationem pro Joanne Vandanent, cum Ex.mo Duce de Hijar, per totam, quae habetur in 2.o tomo Allegationum Cataloniae D. Josephi Bava.

Regulares

Licet in Hispania non admittatur Regularium recursus ad Regem in causis, quae vertuntur coram Praelato Religioso, quomodolibet cognoscente de illis intra claustra, sive visitando, sive corrigendo, ex L. Regia 80. t. 5. lib. 2. recop. cum distinctione tamen communiter per DD. admissa, de qua pagina praecedenti: at quando inter eosdem Religiosos violentia aliqua, vel illata est, vel timetur, admittitur eorum recursus ad Senatum, qui juxta earum qualitatem providere solet, ita tamen, ut haec providentia privativa sit Supremi Consilii, inhibitis Cancellariis, et Audientiis. Haec procedunt quando lites civiliter, vel criminaliter vertuntur intra claustra coram Superiore Religioso. Si vero coram Illustrissimo Nuntio, vel alio quolibet Judice lis vertatur, indistincte locus est recursui per viam violentiae, ad omnia Regia Praetoria concurrente legitima causa, ut docet, et explicat D. Salg. cum aliis de Supplic. ad Sanct. par. 2 cap. 11 ex n. 101.

Reconventio.

Reconventio debet declarari una, et eadem sententia ac causa principalis, et non separatim. cap. 1. et 2. de mutuis petitionibus, Rastel. dec. 41. n. 2. Cancer var. par. 1. cap. 21. n. 66. et par. 2. cap. 13. Pontan. dec. 450. n. 12. et n. 26, ibi: nulla est ratio, cur ego magis tibi debeam restituere quod tuum est, quam tu mihi quod est meum. Et subintrat regula, hodie constat, hodie agatur, nam actor, et reus non debent ad impaaria judicari.

Renunciatio.

Debet esse cum expressa, et specifica notitia fideicommissi, ad hoc ut praejudicium inferat grauato, et debet esse specialis. l. de his, et ibi DD. ff. de transact. Mantica de tacit. lib. 26. tit. 2. n. 23; nam quis, juri, quod sibi competere ignorat, non potest videri renunciasse; l. qui cum tutoribus, l. non est ferendum ff. de transact. l. mater descendens ff. de inoff. testam. Rota decis. 66. n. 2. par. 3. recent. Videndus Fontan. decis. 400. n. 14. Valeron de transact. tit. 3. q. 4. n. 5. Cancer tom. 3. cap. 15. n. 231. ad 263. et n. 286. Surdus decis. 272. late Tristany decis. 9. a n. 33. ad 39. ubi jura, DD. et Decisiones, et Rota decis. 157. par. 8. recent. Vide Allegationem Dris Baura pro Catª Mesquida, contra Ferdinandum Sual, et Moix, puncto 1º. per tot. tom. 1. fol. 232.

Alia specialissima quaestio videatur f. 550 ‖ — f. 654 ‖

Renunciatio favore patris facta, a filia dote contenta, de non succedendo in bonis paternis, nullius est roboris, nisi sit juramento vallata. Fontan. de pact. tom. 2. claus. 9. glos. un. par. 1. n. 2. Ant. Gom. ad l. 22. Taur. n. 6. Covar. in cap. Raynaldus §. 2. n. 3. de testam. Maranta de Ordin. Judicior. disput. 10. n. 19. Ant. Gabr. de legitima concl. 1. n. 64. Guido Pap. decis. 96. num. 1. Peregr. de fideicom. art. 36. n. 79. et 80. Cancer 1. par. variar. cap. 3. n. 5. Videnda Juris Allegatio pro Michaele Amer cum Joanna Mut, et Gerard, art. 1º per totum, ubi plene, tom. 2. fol. 559.

Renunciatio facta a filia dote contenta, habet in se tacitam conditionem, si aliquis ex descendentibus patris supervivat; taliter, ut nullo extante descendente, renunciatio perinde habetur ac si nunquam facta fuisset. Tellus Fernan. in l. 6. Taur. glos. 1. n. 45. Covar. in cap. quamuis pactum in 3ª par. relectionis §. 3. n. 4. vers. quarto. Vide Allegationem pro Michaele Amer art. 5. tom. 2. fol. 559 Robles de repraesentat. lib. 2. cap. 16.

Renunciatio

Ad validitatem renunciationis, requiritur notitia, et scientia fideicommissi, cum non possit censeri renunciatum quod ignoratur; et adhuc amplius requiritur, quod facta sit deffinitio, seu renunciatio, iuris, et iuris verbis testamenti. Ita Senatus declaravit cum votis Regij Consilij Aragoniæ in favorem D. Antonij de Serralta, contra Salvatorem Brugols, Castell de Moya, scriba Iubi, super fideicom.^o de la Albufera, quæ decisio fuit confirmata in Regio Cons.^o Castellæ, in Aula Iustitiæ 18 Februarij 1719. = Prima sent.^a lata fuit Regt.^e Olenaflor, 6. Iunij 1705. Conferunt doctrina notata pagina præcedenti.

Residentia. Onera Missarum, et interessendi in choro horis Canonicis, iniuncta beneficijs, non inducunt residentiam propriam, et præciam, sed impropriam, et causativam, nisi simul sit adjecta poena privationis beneficij, casu quo præscripta servitia non adimpleantur. Romaguera ad Synod. Gerund. lib. 3. tit. 3. cap. 1. a n. 4. Cardin. de Luca de benefic. dis. 57. n. 6. et 7. et discur. 58. n. 4. Rota coram Priolo decis. 54. n. 5. et decis. 84. n. 7. et decis. 175. n. 4. et par. 2. recent. decis. 489. et par. 8. decis. 182. et par. 3. decis. 631. per totam. Et ut in beneficijs residentialibus detur incompatibilitas in eodem subjecto, requiritur, quod utrumque petat residentiam præciam, nec sufficit, alterum esse residentiale præcise, et alterum causative. Romaguera ubi proxime n. 7. Rota de exequutor. par. 1. cap. 4. n. 55. Amostaso de Causis pijs lib. 1. cap. 20. n. 5. Rota coram Bichis decis. 13. et coram Priolo d. dec. 54. n. 5. et decis. 84. n. 11. Vide D. Salgado de Reg. protect. par. 3. cap. d. cx n. 78.

Residentia.

De residentia, et distributionibus, vide doctissimum tractatum apud Julium Caponium tom. 2. Discept. 123. 124. et 125. per tot. Vide D. Valenzuela tom. 1. consil. 4.

Quotidianae distributiones, nequaquam nisi Canonicis, Beneficiatis, et Clericis, Divinis officijs interessentibus tribui valent, exceptis ijs, quos infirmitas, iuxta corporalis necessitas, aut evidens Ecclesiae utilitas excusant, et contrariae consuetudines, penitus sunt damnatae. Constat ex cap. unico de clerico non residente in 6. et ex Concilio Tridentino, cap. 12. de reformat. sess. 24. versic. praeterea. Salutaris haec constitutio, improbat, decernit, et excipit. Improbat consuetudines dandi, et recipiendi distributiones, sine interessentia in Divinis Officijs. Decernit, dominium distributionum, solum interessentes adquirere. Excipit infirmos, iuxta corporis necessitate detentos, et pro evidenti Ecclesiae necessitate occupatos. Unde omnis contraria observantia, praxis, et consuetudo, etiam immemorialis, tamquam irrationalis, et iniqua damnatur. Covar. lib. 3. cap. 13. n. 2. et 4. Pagnan. in cap. licet 32. de praebendis n. 38. Moneta de distribut. par. 2. q. 12. n. 3. Ricciul. in praxi rer. for. Eccles. decis. 493. Idem Pagnan. ibidem n. 39. ubi Sacram Congregationem censuisse asserit, et in cap. cum omnis 3. de constit. n. 34. Covar. citatus n. 5. Garcia de benefic. par. 3. cap. 2. n. 430. Videnda omnino in materia doctissima Allegatio pro Illmo. Capitulo Vicensi cum P. Josepho Ferrans Jesuita, olim Canonico Dub. 1. §. 3. per tot. ubi plene.

Residentia. An existente aliqua iusta, seu rationabili causa ultra expressas in cap. 1. de cler. non residente in 6. possit introduci consuetudo lucrandi quotidianas distributiones in absentia? Videtur affirmative respondendum, argumento ducto a consuetudine dandi distributiones sexagenarijs absentibus, illis, qui per 40 annos Ecclesiae servierunt, nec non illis, qui privatim Missam celebrant, aut Confessiones audiunt in Ecclesia tempore Divinorum Officiorum, et alijs casibus, quos referunt Ventriglia tom. 1. annotat. 19. sub n. 19. Barbosa de Canon. et Dignit. cap. 24. n. 13. Garcia de benefic. par. 3. cap. 2. §. 1. n. 344. et n. 400. cum seqq. Castropalao tom. 2. disput. 3. punct. 9. §. 12. a n. 2. Moneta de distribut. par. 2. q. 12. a n. 42. Negative tamen resolut. in docta iuris Allegatione pro dicto Capitulo Vicensi §. 5. per tot. ubi vide. Habetur in 2o. tomo Allegationum catal. D. Josephi Bassa.

Residentia.

An in dubijs, consuetudo lucrandi distributiones quotidianas in absentia, debeat haberi pro valida. Videtur affirmative respondendum ex traditis a Ventriglia tom. 1. annotat. 19. n. 19. in fine Barbosa de Canon. et Dignitat. cap. 24. n. 18. Moneta de distribution. par. 2. q. 12. n. 44. Covar. var. tom. 2. lib. 3. n. 3. vers. Prima.

Dicendum tamen, quod vel dubium est circa consuetudinis existentiam, quae cum sit quid facti, Fontan. claus. 11. glos. unica n. 4. de Luca de benefic. dis. 13. n. 9. existere non praesumitur, l. in bello 12. §. facti 2. ff. de captivis, et ab allegante in judicijs est probanda. Posth. obser. 15. n. 13. Rota par. 1. diversor. decis. 393. n. 2. et decis. 399. n. 3. Surdus cons. 525. n. 16. Cardin. de Luca de feud. dis. 53. n. 4. Passerin. ad cap. 1. de consuetudine in 6. n. 314. Et tunc practice, et in re, non potest valida judicari, quam esse non constat, cum non entis nulla sint qualitates.

Vel dubium immediate est circa qualitatem consuetudinis; an consuetudo, quam existere constat, percipiendi distributiones in absentia, sit valida, cum tamen, quae fuerit introductiva consuetudinis causa, non appareat. Et cum non esse, et non apparere, paria sint, consuetudo, tanquam sine justa, et legitima causa, quae sub tribus a Summo Pontifice in cap. un. de clericis non residente in 6. designatis comprehendatur; aut ad eas saltem reductive pertineat, iniqua, reprobata, et sic invalida est judicanda, cum regulam legis habeat in contrarium, a qua exceptio non probatur. Moneta par. 2. q. 10. n. 25.

Aut dubium est circa qualitatem causae, qua consuetudo introducta fovetur, an causa sit justa, et legitima, seu in tali casu possit absens de jure distributiones percipere, in quo casu subdistinguitur: Vel dubium juris est probabile, ita ut habeat rationes utrinque probabiles, vel Authores graves pro una, et altera parte pugnantes, et tunc valet consuetudo, tanquam dubij interpretativa, argum. l. si de interpretatione 37. ff. de legibus, cap. certificari 9. de sepulturis, et ita explicat Co-

varrubias lib. 3. var. cap. 13. n. 3. vers. Prima sane. Ronita de distribut. par. 2. q. 12. n. 44. Barbosa de Canon. et Dignitat. cap. 24. n. 18. Pagnan. in cap. licet 32. de praebendis n. 134. versic. fallit. Passerin. in cap. unico n. 153. 161. 163. 167. et 169. Et in omni materia, sublata consuetudine, interpretatiua sublata non censetur Pagnan. in cap. 1. de consuetudine n. 35. et in cap. cum venissent de judicijs n. 86. Fontan. claus. 1. n. 35. et decis. 515. n. 14. Videnda dicta Allegatio §. 6. per totam.

Residentia. An in dubijs, et pendente disputatione circa validitatem consuetudinis, aut justitiam possessionis lucrandi distributiones in absentia, sit danda manutentio existenti in decennali possessione illas habendi. Videtur affirmatiue resoluendum juxta tradita a Cardinali de Luca de benefic. dis. 94. n. 10. et de judic. dis. 44. n. 89. et 90. Rota quoram Burato decis. 659. et ibi Adden. lit. A. ac decis. 720. n. 6. et seq. quoram Bichis decis. 296. n. 10. et quoram Coccino dec. 354. n. 7. quibus additur quod docet Posth. obser. 42. per tot. et alij passim, quod scilicet exceptiones dubiae, intricatae, et altiorem indaginem requirentes, aut quae versantur circa justitiam, aut injustitiam tituli, siue possessionis, nisi notoriae, et euidenter pateant, non retardant manutentionem.

Contrarium tamen declarauit Rota Romana apud Cardin. Seraphinum decis. 1140. in qua Archipresbyteros, nomine sui beneficij possessionem longaeuam, et consuetudinem percipiendi distributiones in absentia alleganti, manutentionem denegauit. Ratio est, quia talis possessio percipiendi distributiones in absentia, non est possessio, sed abusus, et corruptela, damnatus a jure Canonico, et Concilio Tridentino, ut supra notauimus. Vide dictam Allegationem §. 7. per totum.

Residentia. Plura de materia lucrandi distributiones in absentia apud Cristany videndum tom. 3. decis. 77. a n. 16. ad 31. Et nota, quod Beneficia simplicia, hodie ex generali Consuetudine, ad Residentiam non obligant, per quam Consuetudinem, jure communi est derogatum. Vide Pallinsem in Paratitlis lib. 3. tit. 4. de cleric. non residen. Garcia de Benefic. tom. 1. par. 3. cap. 2. n. 1. et 3. De Luca discur. 58. n. 2. et 4. de benefic.

Religio sancti Ioannis.

An sit exempta a Iurisdictione Ordinaria Episcoporum, et a jure visitandi in suis Ecclesiis curatis, vide Allegationem pro d. Vicaliter Casamblea dicti Ordinis, quae habetur in 2°. tomo Allegationum Catalonia Iosephi Bassa, ubi de privilegiis, exemptionibus, et immunitatibus Militum, Religiosorum, familiarium, Colonorum &a. et de exemptione a jure visitandi &a.

Regulares quamvis sint exempti a Iurisdictione Ordinarii in his, quae respiciunt regularem observantiam, minime tamen exempti sunt quoad extranea. Cardin. de Luca post tract. de Iurisdict. in discept. Cardin. Albitii, discept. 2. q. 1. per tot. ubi in principio nascentis Ecclesiae Regulares in omnibus fuisse subjectos Episcopis per quinque saecula, postea fuisse exemptos, quoad regularem observantiam. Idem d. discept. 2. q. 11. n. 1. Pagnan. in cap. grave de Offic. Ordinar. a n. 32. in quibus affert 42. casus, in quibus Episcopus procedit contra Regulares. Barbosa de potest. Episcop. alleg. 105. a n. 14. ad 82. ubi expendit casus ad 52. Concil. Trident. sess. 14. cap. 5. ubi q. Episcopus quando Regulares habent Conservatores, potest cognoscere de causis miserabilium, et miserabilium personarum. Pagnan. cit. cap. grave n. 33. in causis telam Iudiciariam requirentibus, conveniendi sunt Regulares coram suo Conservatore; si vero non habent, quoram loci Ordinariis, Pagnan. in cap. de prioribus 20. et 21. juxta Constit. Gregor. XV. Idem tom. 2. in cap. sam el 2°. de potest. Delegati num. 51. fol. 325. tenet, quod Religiosi aere alieno gravati, ab Ordinariis sunt conveniendi, si intra tempus praescriptum per Bullam Gregorii XV. Conservatores non elegerint. Vide instata pagina sequenti. Consule tamen Cardin. Albitium post de Luca de praeminent. discept. 2. q. 11. per tot.

Religiosi.

Religiosus professus gaudet privilegij fori, itaut nec civiliter nec criminaliter possit conveniri coram Iudice saeculari, nec etiam coram Ecclesiastico Ordinario, sed solum coram suo Praelato Religionis. Docet et ex communi probat D. Regens Cortiada, tom. 3. decis. 137. videndus.
Hoc tamen solum procedit in terminis juris communis; contrarium autem de consuetudine servatur in hoc Regno Majoricarum; nam si Regularis, vel Monasterium convenitur actione reali, aut super bonis de Realenco nequit declinare Iurisdictionem ~~Ecclesiasticam~~ Regiam; in actionibus vero personalibus mere civilibus, conveniuntur coram Ordinario Ecclesiastico, de qua observantia testat. continua, et nunquam inconcussa praxis, quae videtur valde conformis Concilij Tridentini Decretis, quibus cavetur, Ordinarios contra Exemptos procedere, non utitalis, sed tamquam Sedis Apostolicae Delegatos; alias sequeretur, Regulares nullum habere Superiorem, quo nihil absurdius, maxime in hoc Regno, ubi non ergit Regalia cognoscendi de exemptis, prout practicatur in alijs Hispaniae Provincijs. Vide in pagina antecedenti.

Religiosi professi Societatis Iesu sunt incapaces in particulari, et in communi, et Domus professae Societatis habent eandem incapacitatem, non tamen acquirendi ex testamento, sed retinendi. Cardin. de Luca omnino videndus de testam. dis. 23. et de Regular. dis. 63.

Religiosi quomodo ordinandi, constat ex Bulla Innocentij XIIJ. anni 1723. n. 15. et Decreto Clementis VIIJ. quod ab ea innovatur, et post eam habetur.

Recurso de Notoria Injusticia

En que Pleytos; y en que forma se haya de introducir el Recurso de Notoria Injusticia vid. Auto Acordado 78. fol. 421. B.to y el Auto 74. fol. 420. B.to, y el Papel en dro. Escrito pr. las casas de Comercio en Cadiz Caylá, Solier, Cabanones, y Compa. sobre un seguro pr. via de Apuesta en cant.d de 30 pesos.

0162

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Religiosi professi [illegible]
[illegible] ut per [illegible] et in [illegible]
[illegible]
[illegible]
Cardin. [illegible]
[illegible] et de Regularibus [illegible]

Religiosi [illegible]
Innocentii XII [illegible]
Clementis IX [illegible]
[illegible]

Regia Potestas

Regiam, omnemque Politicam Potestatem esse immediate a Deo, atque omnino independentem in temporalibus, optime docet, ac probat Natalis Alexander tomo 2. dissert. 6. art. 2. ex n. 18. ex principijs humanæ, atque Civilis Societatis, sacris litteris, et Sanctis Patribus, eandemque doctrinam illustrat art. 3. per totum; quia licet a Iure Gentium procedat forma Regiminis, ipsa tamen Potestas Politica ex Jure Naturali, et Divino nascitur, tanquam ex primis principijs rationis.

Reversion { 3518 529

Pleitos de Reversion

El Rey Dios le guarde, por su Rl Decreto de 14. de este mes, se ha servido resolver entre otras cosas por punto general, que todos los pleitos, en que se trata de incorporar a la corona, qualesquier estado, Ciudad, Villa, ô Lugar, ô reversion a ella, se vean, y determinen por los Ministros que se ven, y determinan los de Tenutas, y segunda Suplicacion, comprehendiendose tambien en esta Rl Resolucion los que estuvieren vistos y sin votar, que se deben bolver a ver en la forma expresada, no debiendo merecer menos atencion los de reversion, ni siendo por lo comun de menos gravedad que los de Tenutas, y segunda Suplicacion. Y que todas las Sentencias que en esta clase de pleitos se dieren, se Consulten â S.M. Lo que para que lo haga Vmd. presente en los que existan en la Escrivania de Camara de su Cargo, se lo participo de orden del Consejo. Dios

g.^de^ a Vmd m.^s^ a.^s^ como deseo. Ma
drid y Sep.^re^ 26 de 1742 = Dn Miguel
fernandez Munilla = Circular a
todos los Ess.^nos^ de Camara =

Regularium Privilegia

Monachos, et Monasteria per quinque priora Ecclesiæ secula Episcopis subiecisse, probat Thomasinus in tractat. de Veter. et noua Eccles. Disciplina, part. 4. lib. 3. cap. 26. per tot. non solum ex Historia Ecclesiastica, sed etiam ex Diuinitus instituta Episcoporum authoritate in omnem Christi gregem, quæ prima, et princeps causa est huius Monachorum subiectionis.

Quomodo Monachi, et Monasteria ab imperio, et iurisdictione Episcopi penderet, seculo VIIJ, IX, et X. probat ibidem cap. 27.

Quam necessario ab Episcopis Monachi dependerent post annum Christi Millesimum, docet cap. 28.

Privilegia, quæ monasterijs concesserunt Pontifices, Patriarchæ, Episcopi, et Reges, refert cap. 29.

Quæ a Papa concessa ipsis fuere eadem ætate, docet cap. 30.

Quæ a Patriarchis collata sunt privilegia monasterijs per eadem mediæ ætatis secula, narrat cap. 31.

Privilegia, quæ Reges, et Episcopi monachis concesserunt sub Carolo magno, eiusque stirpe, docet cap. 32.

Quæ a Romano Pontifice collata sunt sub eodem Caroli magni, eiusque stirpis Imperio, refert cap. 33.

De privilegijs concessis a Principibus secularibus, Regibus, et Imperatoribus, eadem ætate, tractat capite 35.

Privilegia a Regibus, et Episcopis concessa post annum Christi millesimum, explicat cap. 36.

Quæ Summi Pontifices concesserunt eadem ætate, aut semper, aut pene semper consentientibus Episcopis concessa fuisse probat cap. 37.

Regularium privilegia redacta sunt ad terminos Concilij Tridentini a Summo Pontifice Gregorio XIIJ. Constitutione, quæ incipit *In tanta* apud Natalem tom. 1. Theol. Dogmat. lib. 2. de Sacram. Euchar. cap. 6. art. 6. reg. 11. fol. 352. Vide Pignat. in capite sane de Offic. Iudic. Delegati ex n. 41. et per tot. ubi affert Decretum Innocentij X. quo Regularium privilegia restringuntur ad termin. Concilij Tridentini, et Constitutionis Gregorij XV. etiam quoad Societatem Iesu, eiusque Conservatores. Casus autem in quibus potest Episcopus contra Regulares procedere, tanquam Sed. Ap. Delegatus iuxta Concil. Trid. Decreta habentur apud Natalem. tom. 9. sec. 15. Dissert. 12. art. 16. n. 44.

Notandum etiam Pium IV. constitutionem edidisse, in ter suas 94. Die 17. Februarij 1565, per quam revocavit omnia privilegia exemptiones, immunitates, indulta, et generaliter omnia comprehensa in Bulla dicta: Mare Magnum, concessa quibuscumque Ecclesijs, Monasterijs, Hospitalibus, Universitatibus confraternitatibus et personis ecclesiasticis, aut Regularibus, cuiuscumque gradus, conditionis, aut dignitatis existant, in omnibus his, quae directe, aut indirecte cum Concilio Tridentino pugnent, ut refert Fleuri Historiae Ecclesiast. tom. 34. lib. 168. num. 117.

Sanctissimos quoque Episcopos aequissimo tulisse animo, ut Regulares suis fruerentur privilegijs, quamdiu consultius id fuit ad animarum salutem, haud certe non adversarium et nunquam ijs intercessisse cupidine principatus, ut docet Cap. 38. sibi densi plurimos Regulares, mirabili sapientia, et sanctitate pollentes, privilegijs suos non fuisse, nisi Episcopi assentirentur.

De privilegijs Monachorum, aut temperandis aut prorsus revocandis, toties deliberatum non esset, si inflectere se illi potuissent, ut non nisi de consensu Episcoporum ijs uterentur, ut docet Cap. 39.

Exemptos quibus in rebus Episcopis subjecerit Concilium Tridentinum, explicat Cap. 40. Fagnan. In Cap. Grave de Offic. Ordinarij ex num. 37. Barbosa de potestat. Episcop. allegat. 105. ex num. 14. ad 89. Cardinal. Albitius post Lucam de jurisdict. Diceptat. 2. quaest. 1. per tot. Quorum Doctrinis addenda est Sedis Appostolicae Decisio, quae habetur in Bulla Pij IV. apud Fagnan. in Cap. Quia propter. 5. illud autem. de electione. num. 7. et in Cap. Omnis utriusque sexus. de poenitent. et Remission. num. 66, per quam omnibus privilegijs Concilio Tridentino contrarijs, sub quibusvis formulis concessa fuerint, derogatur, et ad praecisos terminos eiusdem Concilij reducuntur.

Hinc licet Bonifatius VIII. in Extravaganti Super Cathedram de sepulturis, Benedictus XI. in Extravag. Inter cunctas de privileg. Clemens V. in Clement. Dudum de sepultur. et Leo X. in Constitut. quae incipit. Dum intra mentis arcana, Regularibus concesserint facultatem administrandi peniten

tiæ Sacramentum, absque Episcoporum aprobatione: licet injuste fuerit ipsis denegata, confessiones secularium audire nequeunt, ut constat ex Concil. Tridentino, sess. 23. cap. 15. et Constitut. Pij V. et Gregorij XV, et explicat Natalis lib. 2. Theologiæ tractat. de Sacramento pænitentiæ. Regula 2. fol. 457.

Hoc unum certissimum est, Regulares ab Episcopis aprobatos ad audiendas universaliter fidelium confessiones, posse eas audire, et fideles absolvere, quocumque anni tempore, etiam Paschali, licet Parrochus contradicat, nec teneri penitentes proprio sacerdoti iterum confiteri peccata, à quibus absoluti sunt a Regularibus, non obstante Concilió Lateranensi IV, eiusque Canone Omnis Utriusque Sexus, de pænitentijs, ut mire probat Natalis tom. 8. Saeculo 13. et 14. Dissert. 4. per tot. ubi explicat materiam præfati canonis, et solidam veritatem confirmat ex Pontificiis constitutionibus, ex Concilij Lateranensis V, decissione, et ex communi Theologorum Doctrina. Pagnan. in dict. Cap. Omnis Utriusque Sexus de pænitent. num. 52. et seqq.) et Ratio potissima est, quia proprij sacerdotis nomine, non solum venit Parrochus, sed etiam Episcopus in Diæcesi, et Summus Pontifex in Universa Ecclesia, quibus immediate contulit Christus solvendi, et ligandi potestatem. Unde licet Parrochus hanc habeat ordinariam jurisdictionem, nihil prohibet, quominus cæteri sacerdotes seculares, aut Regulares, semel ab Episcopis aprobati, eam jure delegato exerceant.

Regularium exemptio.

Innocentius quartus in Concilio Lugdunensi, celebrato anno 1245.
statuit, exemptos omnes ratione delicti, sive contractus, aut
rei de qua contra ipsos agitur, rite posse coram Ordinariis conveniri,
ipsosque posse quoad hoc suam in ipsos jurisdictionem
exercere, ut constat ex cap. Volentes 1. de privilegiis in
sexto, quod innovavit, et servari mandavit Concilium
Tridentinum sess. 7. de reformat. cap. 14. Hanc juris, et
sancta Synodi dispositionem enervare tentat Fagnanus
in cap. quod super his de maiorit. et obedien. n. 14. et seqq.
maxime ex n. 20. docens, intelligendam esse de aliis
exemptis, non vero de regularibus, tamquam specialibus
privilegiis munitis. Vide Thomasinum de Ecclesiae Discipli-
na, par. 1. lib. 3. cap. 40. per totum, et D. Crespi observat. 53.
ubi probat, D. Regem ante, et post Concilium Tridentinum
esse Judicem privativum exemptorum in Regnis Valentiae,
Aragoniae, et Cataloniae.

que pueda habilitarlos hasta que se haian deter-
minado las Residencias: Y por quanto assi mismo
deseo el posible alivio de los que tratan Pleitos, y neg.s
es mi volunt.d que cada quatro meses se me de quenta
por el Gov.or del Consejo de todos los Pleitos que estubiesen
conclusos para difinitiua, y de los sentenciados: Entre
estos son de superior recomendaz.n los recursos que se
introducen para las retenziones de breues y rescrip-
tos de Roma, para justificar por este medio la sup.ca
â su Sant.d; y deuiendo esta hacerse â mi R.l Nre. por mis
Ministros de aquella Corte, hecho menos que no se me
de p.r la Sala de Just.a auiso formal de los breues, ô Bu-
las retenidas para poder executar la suplicazion
de ellas: En cuia intelig.a tendrà en adelante el cui-
dado que corresponde, poniendo en mis manos Copia
del auto de retenz.r con el pedim.to fiscal, para la sup.ca
a S. S.d â fin de que remitiendose â mi Agente en la
Corte de Roma, pueda interponerla, y darme quenta
de hauerlo executado, cuia noticia harè comunicar
al Govern.or del Consejo para que lo haga anotar
en los autos de retencion, pues de lo contrario se
expone â no conseguirse el principal intento de
este remedio tuitivo, que con justa causa dispensa
mi Regalia â quien le implora. Con el propio deseo
de que los negocios de Justicia no se dilaten, mando
que el Governador del Consejo no dè licencia â los
Ministros de los Tribunales de fuera, Corres.res
y Alc.des maiores, para venir â la Corte, ô â otro
lug.r no siendo la Causa urgentisima; Y en tal Caso

323

se le deverá conceder por tiempo muy limitado; y para que mejor se observe esta prohibición, Ordeno que por mis Secretarias del Despacho no se admitan memoriales de semejantes pretensiones: y que à los provistos en empleos se les precise â que dentro de dos meses, â lo mas, haian de tener sacado el titulo. Igualmente considero muy necesario restablecer la distribucion, y encomienda de partidos de los Reynos de Castilla, Leon, y Aragon, entre los Ministros que asistieren en la Sala de Govierno, conforme lo dispuesto por Leyes del Reyno, y otras Rs. resoluciones, para venir en conocimto. por este medio de las Cosechas que en cada lugr. ha havido de cada especie, y numero, el de Vezinos, y sus qualidades, y exemptos seculares, y regulares, Hospitales, y Casa de Misericordia, sus especies, individuos, y fondos, con lo demas que previene la Ley, y poder aplicar el prompto remedio que se necesita; pues sin la continuacion de este especial cuidado es bien cierto no podrá ser bien atendida la causa publica, ni la del servicio de Dios, ni el mio. Y para que los varios puntos de este mi Decreto se tengan siempre muy presentes, pues en el solo se renuevan muchas de las ordenanzas del Consejo, y Tribunles. Mando, q. por el Consejo se comunique esta mi resolucion à las Chancillerias, y Audas. y demas Juzgados, à qnes. corresponde, haciendoles el mas estrecho encargo, p. su observancia, de q. deve cuidar especialmte. el Govr. del Conso. = Tendrase entendido en el p. su cumplimto. = Señalado de la R. mano de S.M. en Buen retiro â 2 de Enero de 1743. al Obispo Governor. del Consejo = El Marqs. de la Ensenada.

Rescriptum Regium.

Rescripta, aut Diplomata Regia contra jus, vel in tertij præjudicium, nullius sunt roboris, et effectus, licet generalem, aut specialem legum derogationem contineant, non obstantibus quibuslibet clausulis derogatorijs, sive de plenitudine potestatis aut de potentia absoluta, et exequi prohibentur licet secunda, aut tertia jussio accedat, ut sanctissime disponitur in l. 1. 2. 3. et toto tit. 14. lib. 4. Recop. imo in l. 11. tit. 4. lib. 2. cavetur Diploma Gratiæ expeditum in Consilio Regio Cameræ, si pars cuius interest supplicaverit, recudendum esse in Regio Consilio per viam justitiæ, ac prohibetur secundam jussionem, vulgo sobrecedula dare per Consilium Cameræ. Et in l. 5. dicti tituli 14. lib. 4. prohibetur expediri secundum Diploma contra primum, nisi istius tenor ad literam inseratur. Vide omnino D. Salgado de Supplicat. ad Sanctis. par. 1. cap. 2. per totum, et Anton. Fabrum in Cod. lib. 1. tit. 11. per totum. = Et de Rescriptorum Apostolicorum falsitate, nullitate, subreptione, et obreptione; ex quibus inducatur, et per quas clausulas huiusmodi vitia tollantur, videndus Vallensis in Parat. ad Ius Canonic. lib. 1. tit. 3. §. 2. per totum. et plenissime Fagnanus in cap. super litteris de Rescriptis. lib. 1. pag. 155. Rosa de Exequutoribus par. 1. cap. 6. per totum, et par. 2. cap. 2. Vide contra hæc tex. in l. 5. tit. 12. lib. 8. Recopilationis, ubi Dominis Vassallorum permittitur in exilium mittere proprios subditos sine actis, et per usum Oeconomicæ Potestatis, et ibi Azevedo.

Vide Laguncz de fructi. par. 1. cap. 12. ex n. 225.

Regulæ Cancellariæ

Regula de triennali possessione, quæ est in ordine 33, non solum tutum reddit possessorem pacificum cum titulo colorato in foro externo, sed etiam interno conscientiæ, ut optime docet Sanchez, tom. 1. consil. moral. lib. 2. cap. 1. dub. 20. 21. et seqq. usque ad 31.

De initio, et progressu juris, vel exercitij juris Summorum Pontificum in Beneficia Diœcesion aliarum; de mandatis eorum, reservationibus, et spectativis usque ad annum Christi 1300. latissime disserit Thomasinus de Eccles. disciplina par. 2. lib. 1. cap. 43. Rursum de Mandatis Pontificum ad Beneficia: de reservationibus, et spectativis ab anno 1300. ad Concilium Basileense, cap. 44; et cap. 45. progressum Mandatorum, reservationum, spectativarum, post tempora Concilij Basileensis; pragmaticæ sanctionis, et Galliæ Concordatorum materiam exponit. Unum præ oculis habendum est ex D. Solorzano tom. 2. de Jure Indiar. lib. 2. cap. 6. n. 90. 91. et 92. Regulas Cancellariæ non facere, nec inducere Constitutionem, aut Legem generalem, nec ligare existentes extra Curiam, juxta doctrinas quas allegat Ancharrani consil. 292. Felini in cap. 2. de Rescriptis n. 46. Rebuffi in præfatione ad dictas Regulas, verbo Cancellariæ.

Regalia

Regalia semper censentur excepta a quibuscumque privilegiis, concessionibus, ac dispositionibus generalibus, nisi de illis fiat expressa, et specifica mentio: adeo ut in concessione Regalium, de una specie ad aliam non possit illatio fieri, etiamsi generaliter, et verbis amplissimis sit facta concessio. Regalium enim concessio, tamquam specialis, et exorbitans a iure communi, non recipit extensionem, neque trahi potest ad consequentiam; cum ea concedere non beneficium sit, sed privilegium, ac per consequens stricte interpretandum, neque ex identitate rationis extendendum, imo limitandum ad casus in ipso expressos. Ex quibus sequitur, quod ex unius Regaliae concessione, inferri non potest ad alias. Quae omnia docet, et solita allegatione confirmat Cortiada decis. 10. ex num. 204. ad 211.

Quid tamen, si Princeps omnia iura, praeeminentias, ac praerogativas concesserit, declarans, solam supremam iurisdictionem, metalla, ac alia summi Imperii reservare. An tunc caetera Regalia intelligentur concessa. Affirmative respondendum videtur, quia reservatio facta in uno casu, probat concessionem in aliis. Gratian. tom. 4. cap. 793. n. 2. Altograd. lib. 1. consil. 8. n. 19.

Remedium

In remedio Leg. diffamari, cod. de ingenuis,
adiri debet judex, coram quo diffamatus ipse con-
veniendus esset per actorem, adeo ut etiam episco-
pus ad Judicem laicum trahi possit, ut optime pro-
bat D. Covarr. qui de magis communi testatur, lib.
1. var. cap. 18. ex n. 4. usque ad fin. cap. quem sequitur
Farin. innumeros referens, in additionib. n. 33.
Contrariam sententiam tenet Carlev. de judic. tit.
disp. 2. n. 202. ubi vide. Primam tamen D. Covarr.
sententiam tenet Cardin. de Luca de jurisdict. dis.
33. ex num. 6. Villadiego in Polit. cap. 8. n. 108. Ratio
potissima est, quia in hoc judicio, et remedio, diffamatus,
principaliter intendit, ut diffamator actionem quam
se habere jactat, proponat infra certum terminum,
quo elapso amplius non audiatur. Unde per hoc prae-
cise quod hoc remedium intentat, se reum agnoscit,
cujus forum sequi actor tenetur; ac deinde Judex prae-
parantis, est etiam Judex praeparati, et e contra. Un-
de cum in causa principali, reus sit diffamatus
adeo, ut actore diffamante non probante, veniat absolvendus:
consequens est, ut etiam in causa praeparante, sive
jactantiae, reus sit judicandus. Vide Cortiada tom. 4.
decis. 238. per totam.

Remedium

De remedijs posessorijs, tum ex L. 45 tauri, tum etiam ex L. fin. C. de donatio Divi Hon. collen et de interdictis adipiscenda, retinenda, et recuperanda posessionis, tum demum de interdictis quorum bonorum, uti posidetis, unde vi, et alijs, ac tandem de hereditatis petitione, latissime agit omnino Videndus Ant. Gom. in L. 45 tau. ex n.º 116 usq. ad 124. ubi magistraliter, et Cardin. de Luca de judic. dis. 44. per totum, qui num. 32. recte monet, utrumque remedium possessorium manutentionis, ex interdicto Uti posidetis, et reintegrandæ, cumulari posse, dummodo subsidiarie intententur, ita ut peti debeat manutentio in vim civilis possessionis, quæ solo animo retinetur, et casu quo hæc locum non habeat, peti debeat in subsidium reintegratio in naturali possessione, quam de facto occupat adversarius.

De his remedijs possessorijs, et quando summarij, quando plenarij sint: quomodo in illis procedendum: an, et quando a sent.ª in eis lata locum habeat appellatio, ac de differentijs inter Jus canonicum, Civile ac Regium, videndus omnino D. Salgad. de Reg. protect. par. 3. cap. 12. per totum, ubi plenissime.

Remedium manutentionis competit posidenti, sive civiliter tantum, sive solum naturaliter, sive civiliter ac naturaliter simul posideat, iuxta l. 1. et tot. tit. ff. Uti posidetis, dummodo non vi, non clam, non precario posideat, ut probat Gomez in d. l. 45. tauri n. 169. qui versic. Advertendum tamen, recte monet, quod si actor absente domino, aut clam sit possessionem adeptus, uti nequit remedio manutentionis, neque in illo obtinere.

Interdictum recuperandæ, sive reintegrandæ posessionis competit cuilibet, qui per vim deiectus est a sua posessione, qui ante omnia restituendus in ea est, iuxta l. 1. et tot. tit. ff. de vi, et vi armata, l. 1. et tot. tit. C. Unde vi, titul. de restit. spoliator. et tot. tit. 13. lib. 4. Recopilationes.

Hac adeo vera sunt, ut agenti hoc Interdicto, opponi non possit exceptio dominij, ut ex communi DD. placito probat Anton. Gomez in d. l. 45. ex n. 180. Qui tamen n. 183. hanc regulam dupliciter limitat. 1º. si actor patiatur probationes fieri super dominio. 2º. si ei opponi valeat defectus notorius proprietatis, iuxta tex. in cap. ad decimas de restit. spoliator. in 6. Unde quotiens juris praesumptio, aut rei natura obstat, reintegrationi locus non est, ut optime probat Gomez ibidem, versic. Secundo limita.

Utrumque remedium manutentionis, et reintegrandae competit successori Majoratus, ratione possessionis civilis, et naturalis, quam lex tauri 45. transfert ipso jure, ut magistraliter probat Gomez ibidem ex num. 149. fol. 346. Difficultas tamen est non modica, An successor Majoratus possit propria authoritate expellere detentatorem de facto possidentem, sive occupantem rem Majoratui subjectam, absque Judicis ministerio. D. Molina lib. 3. de primogen. cap. 12. n. 12. negativam sententiam tenet, allegans D. Gregor. Lopez in l. 3. tit. 4. part. 5. verbo Posession, qui tamen id non dicit.

At Antonius Gomez in d. l. 45. tauri n. 124. ad apicem examinata quaestione affirmative resolvit, quam communem, ac verissimam esse asserit, et idem tenet Matienzo in l. 8. tit. 7. lib. 5. Recop. gloss. 6. per totam. Ratio potissima est, quia cum successor Majoratus beneficio legis Taurinae consequatur civilem, et naturalem possessionem absque apprehensione, et ipso jure, hinc fit, occupantem rem majoratui suppositam, vim facere, quam vi repellere licet, quamvis aequius, et tutius sit ad Judicem recurrere.

Unum prae oculis est habendum, quod cum dicta civilis, et naturalis possessio transeat ad successorem, etiam tertio pos-

sidente; ac nequeant duo eandem rem simul in solidum possidere: consequens est, nullam in tertio considerari posse possessionem, sed solam facti detentationem. Ex quibus sequitur, nec praescribere posse, nec fructus lucrari, nec competere huic tertio remedia possessoria nec tandem aliquem juris effectum producere poterit illa facti possessio, seu verius detentatio, ut bene docet D. Molina de primogen. lib. 3. cap. 12. n. 18. Paz de tenuta par. 1. cap. 44. n. 10. et 11. Adden. ad Molinam ubi proxime n. 18. Bas in theatr. cap. 51. ex n. 52. Ex iis patet responsio, ac vera intelligentia juris Canonici, Civilis, ac Regij dispositionis. Licet enim juxta tit. de restit. spoliatorum, de vi, et vi armata et tit. 13. lib. 4. Recopilat. cui consonat lex si quis in tantam C. Unde vi, ante omnia restitui, ac reintegrari debeat spoliatus in sua possessione: eam tamen saltem, civilem, aut naturalem probare oportet, quia sine possessione non datur spolium. Et cum successor Majoratus civiliter, et naturaliter possideat; tertius autem, non possessionem, sed meram detentationem habeat: merito illi remedia possessoria denegantur. D. Salgado de Reg. protect. par. 3. cap. 10. ex num. 152. qui probat hoc assertum ex Anton. Gomez in d. l. 45. Tauri n. 117. Molina d. lib. 3. cap. 12. n. 18. et Paz de tenuta par. 1. cap. 44. n. 10. et 11.

In judicio possessorio summario, quod summarissimum etiam dicimus, non est necessaria ~~citatio, nec~~ contestatio, nec conclusio, neque sententia, imo neque libellus, sed solum provisio interloquutoria, quae, nullum infert gravamen, aut praejudicium in possessorio plenario, neque in petitorio, ac proinde nullus est ordo servandus, ut docent Posthius de manuten. obser. 77. cum seqq.

communiter DD. et cum illis D. Salgado de Regia protect. par. 3. cap. 12. ex n. 1. ad 9.

In judicio vero possessorio plenario, vel ordinario, in quo ipsamet possessio deducitur, prout est in omnibus interdictis possessorijs, Retinendæ, Recuperandæ, et adipiscendæ, ~~in quibus~~ regulariter agitur de possessione plenarie, iuris ordine servato, et eisdem solemnitatibus, et requisitis, quibus tractari solent cetera ordinaria Iudicia, cum plena causæ cognitione servatis iuris terminis, cum libelli oblatione, litis contestatione, publicatione, et conclusione, et fertur sententia diffinitiva, ut abunde probat Salgado ubi proxime ex num. 10. subdens cum alijs, ideo hæc interdicta possessoria ordinaria dici, quia in eis ordo iuris servatur. Unde licet aliqui voluerint semi plenam probationem sufficere: ipse tamen num. 13. iuribus, et DD.^is omnino convincit, plenam, et legitimam probationem in his Iuditijs possessorijs requiri.

Quando constat in promptu notorie, et evidenter de injustitia possessionis, seu de illius violentia, clandestinetate, vitio, dolositate &a. aut possessorem esse intrusum, non est danda manutentio, sed purgandum spolium, et revocanda possessio, l. 1. ff. uti possidetis, l. improba C. de adquir. possess; quia semper est admittenda exceptio non juris possessionis, quando de illa constat in continenti. Si enim nunquam est quis manutenendus, quando habet vehementem præsumptionem contra se, multo minus quando non versamur in præsumptionibus, sed sumus

in claris, cum justitia, aut injustitia possessionis in hoc Interdicto Interim manutentionis, tunc non sit attendenda quando est opus disceptatione ad cognoscendum de ipsa justitia, vel injustitia; secus vero quando evidenter de injustitia possessionis apparet. Cancer lib. 3. var. cap. 14. ex num. 54. Fontan. de pactis claus. 3. glos. 3. par. 10. num. 34. Posthius de Manutentione tom. 1. obser. 42. ex num. 133. Nam alias, ut isti DD. dicunt, si possessio etiam injusta defenderetur, daretur occasio delinquendi. Dicitur autem constare in continenti de non jure possessionis ad hunc effectum, vel per partis confessionem, vel per rem judicatam, vel per instrumenta, et alias liquidas, ac legitimas probationes, ut probat Posthius citatus ex num. 153.

In hoc judicio summarissimo manutentionis locum habet exceptio, quod eius denegatio, aut concessio, pendet a negotio principali, possessorio scilicet plenario, aut petitorio. Posthius de manuten. obser. 43. Et quando jus vehementer resistit, locus esse non potest manutentioni. Idem Posthius obser. 44. Contra vero possessor, qui juris assistentiam habet, debet manutenere. Posthius obser. 45. qui optime probat obser. 48. manutenibilem non esse possessionem attentatam, nec etiam in juribus negativis, qui jure facultatis facti censentur, ut obser. 53. ubi tamen n. 16. cum seqq. advertit, quod quando clare constat materiam esse facultativam, procedit hac conclusio; alias autem si actus diuturni sunt, non de facili negari debet manutentio.

In Regno Valentiæ transfertur ipso jure possessio et dominium ex contractu donationis, venditionis, vel alio quocumque ex foro 6. tit. de Donation. Bas in Theatro Juris.

prudentia tom. 2. cap. 51. ex n. 52. ubi quod hoc procedit non solum in primo donatario, sed etiam respectu aliorum vocatorum. D. Leon decis. 110. n. 8. et 9. D. Crisp. obser. 15. n. 308. D. Mathieu de Regim. cap. 4. §. 5. ex n. 129. qui num. 236. ex alijs docet, in tribunalibus collegijs ubi nomine Principis jus redditur, nunquam concedi manutentionem ei, qui justam causam non fovet: tribunal namque supremum non debet prorogare decisionem eius, quod sibi constat, nec serere lites ex litibus, quas unica sententia tollere potest.

Retractus.

Vide quae observavi, et annotavi tom. 1. Obser. fol. 298.
et 299. et tom. 2. fol. 345. pag. 2. Nota etiam, leges
Recopilationis, quae ibi allegantur, esse 70. 71. 72. 73.
74. et 75. Tauri, quae videnda sunt, et ibi Gomez, Ll.
Olea de cess. iur. tit. 3. q. 2. Contrada tom. 3. decis. 150.
D. Larrea tom. 2. alleg. 120. f. 509a # & 512#

Retentio Bullarum

Bullarum retentio, et suplicatio ad Santissimum, practicatur in Supremo Castellæ Senatu, eo motivo quia debet constare de Summi Pontificis Voluntate, quæ semper justa, et juri ac rationi consona præsumitur. Non enim dubitatur de Christi Vicarij potestate; immo ea suposita, interponitur suplicatio ad certiorem reddendum Pontificem de præjudicijs Regijs, Regni, vel tertij, ut de his conscia Sanctitas Sua, vel Literas, ac Bullas revocet; vel secundo jubeat. D. Salg. de Reten. Bullar. par. 1. cap. 3. per tot. ubi evidenter demonstrat, solum ex defectu Pontificiæ intentionis, retineri Bullas in Senatu.

Vide Caldero, tom. 3. decis. 134. ubi praxim Cataloniæ refert, et explicat.

Si tamen secunda jusio accedat, quæritur est inter DD. an ei standum sit. Et licet gravissimi Theologi, et Iuris Consulti negativam sententiam teneant: ipse tamen D. Salgado in dicto cap. 3. § unico, post relatas authoritates, et expensa jura, quibus prædicta sententia nititur, num. 18. afirmativam tenet opinionem dummodo tamen hæc secunda jusio obtenta sit in judicio contradictorio, citatis partibus, et audito Regio Consilio, quibus concurrentibus, servatur ad literam thenor Bullæ Cenæ Canone 14. ut prosequitur vir doctissimus usque ad num. 32.

Postea vero ex n. 33. docet, quod si Literæ Apostolicæ vergant in præjudicium Reipublicæ spiritualis, ecclesiasticæ, vel temporalis, aut scandalum ex earum executione, vel damnum notabile probabiliter timeatur, potest semel, et iterum suplicari, adeo ut neque secundæ, vel tertiæ, vel quartæ jusioni sit obtemperandum,

253

licet iam Papa in utrisque sit de inconvenienti-
bus, et secundam, tertiam, vel ulteriorem jussionem
cum clausula non obstante &c. expedierit.

Vide Caldas, tom. 3 ... 130 ... Catholicam ... ad expediend.

Hinc infert n. 38. Rescripta Apostolica, continentia
derogationem juris patronatus Regij, aut cuiuslibet
Regalia; et Literas derogatorias patronatus laycorum,
numquam adimplendas esse, tamquam Reipublicæ,
et juri naturali contrarias = Et n. 11. infert exe-
quendas non esse Literas impetratas ab alienigenis
ad Beneficia in his Regnis obtinenda, vel in dero-
gationem juris filiorum patrimonialium; atque
etiam Canonicatuum Doctoralis, Magistralis,
Lecturæ, et Pœnitentiariæ, ut latius comprobat dicta
par. 1. cap. 1. per tot. maxime ex n. 13.

Quoties scandalum imminet, licita est Literarum
Apostolicarum retentio, ut inconvincibiliter docet D. Salg.
de Suplicat. ad Sanct. par. 1. cap. 4.

Præiudicium Regis, vel Regni, atque ideo damnum
publicæ utilitatis, legitima causa est ad Bullarum,
vel cuiuslibet Apostolici Rescripti retentionem. Idem
D. Salg. in præfato tractatu cap. 5.

Quoties novitates contra laudabiles, et antiquissimas
consuetudines introduci prætenduntur, et abusus no-
torij in Republica scandalum, retineri possunt, ac
debent Literæ Pontificiæ. D. Salg. citatus cap. 6. per
tot.

Præiudicium tertij legitima causa est, ut Apostolicæ
Literæ retineantur, quoties in dicta causa, et absque ci-
tatione spoliari jubetur, vel quoties ex earum executio-
ne violentia inducitur contra jus naturale, cum tunc
à Literarum executione scandalum sequeretur. Non

enim sufficit simplex tertij præjudicium, sed amplius requiritur, vel scandalum, et grande Reipublicæ spiritualis, ut evenit quando derogatur juri patronatus laycorum, aut violentia iuri Divino, aut naturali oposita. D. Salg. de Supplicat. ad Sanct. par. cap. 2. per tot. maxime ex n. 62. ex cuius doctrina n. 12 cum seqq. et ex L. 31. tit. 18. partita 3. pro oculis habendum est, esse contra jus naturale, titium proprio jure privare, et alteri in dicta causa concedere. Ex quo principio infert n. 23. non posse Summum Pontificem sine causa auferre Beneficium alicui, et alteri dare, nec à Prælato Prælaturam tollere. Ratio est, quia idem potest Princeps Secularis circa Leges civiles, ac Pontifex quo ad Canonicas. Et sicut Rex non potest alterius juri detrahere sine causa, ita nec Papa.

An ob simplicem Literarum Apostolicarum subreptionem, aut obreptionem, posint in Senatu retineri, quæstio est non modica, in qua D. Salg. in dicto tractatu par. 1. cap. 8. negativam sententiam tenet validissimis fundamentis, contra Covarrub. Bobadilla, Cenedo, Cerola, Castillo, Bonacina, et Patrem Henriquez. Tum quia in Capite Si quando de Rescript. et in Capite Cum teneamur de Prabend. in sexto, suspendi permititur executio Gratiæ Apostolicæ, si adsit obreptio vel subreptio, qui textus ex Anziano de Legib. controversia 5. à num. 33. procedunt in quovis Executore, sive mero, sive mixto. Et licet merus Executor jurisdictione penitus careat, potest suspendere executionem ob justam causam, quoties timetur scandalum, nec ad id eget jurisdictione aliqua, quia sufficit se extrajudicia-

liter informare, quod non tangit justitiam Literarum, earumque sustantiam, et valorem. Unde cum hoc adsit remedium ordinarium, locum non est subsidiario retentionis. Tum etiam quia cum ad cognitionem subreptionis requiratur jurisdictio, et causa cognitio, absurdum esset dicere, posse Senatum fundare retentionem super simplici subreptione, quando aliàs ex executione cessat publicum damnum, et scandalum, per hoc, ut ipse quod executor supersedeat. Tunc enim iam ageretur de validitate Rescripti, de qua cognoscere nequit Senatus, tamquam incapax spiritualis jurisdictionis. = Vide D. Castrum, in Decis. Nav. dicto capit. 2. ex n. 59. usque ad 66. Salzedo, de Leg. polit. lib. 2. cap. 4. à n. 45.

In L. 25. t. 3. lib. 1. Recop. sex casus numerantur in quibus fieri debet Bullarum retentio, et sunt sequentes.

Vide in ornatum D. Covar. pract. cap. 36.

Primus, quando Rescripta Apostolica expediuntur in praejudicium Regii Patronatus.

Secundus, quando derogant patronatui Laycorum.

Tertius, quando conceduntur Beneficia, aut pensiones alienigenis, aut etiam indigenis ex jure cesso ab alienigenis.

Quartus, quando Rescripta essent in praejudicium Canonicatuum Doctoralium, et Magistralium.

Quintus, aut potius Sextus (cum duo sint casus distincti quando alienigena impetrat Beneficium in Regno, et quando indigena testa ferrea extero nomen praestat) est quando per Romanam Curiam

conceduntur Prabendæ, Beneficia, aut pensiones in præjudicium filiorum patrimonialium, ea expressa ratione, ibi: Porque qualquier cosa que se proveyese por Su Santidad, y sus Ministros en derogacion de las cosas susodichas, ò qualquiera de ellas, traeria mui grandes, y notables inconvenientes, y de ello podrian nacer escandalos, y cosas, que fuesen en deservicio de Dios N.ro S.or y nuestro daño, y de estos Reynos, y naturales de ellos.

Disputant DD. an præter dictos sex casus in Regia Lege expressos, retineri valeant Literæ Pontificiæ. Et licet eius verbis atentis, negative respondendum videatur: tamen D. Salg. in dicto tractatu de Supplicationibus ad Sanct. par. 1. cap. 3. minime restringendam esse resolvit, immo ad alios similes extendendam esse ex vi comprehensionis, ex ratione generica, quoties militet ratio publicæ utilitatis, et turbationis pacis, vel quando Literæ Apostolicæ sint contra commune bonum, et statum Reipublicæ spiritualis, ecclesiasticæ, aut temporalis, cuius Princeps protector est, subdens num. 51. quod eadem ratione generica atenta, postea in L. 26. t. 3. lib. 1. Recop. cautum fuit, ut à Bullis, et Literis, quibus conceditur Coadjutoria in Ecclesiis Cathedralibus, et Collegiatis, inter patrem, et filium, supplicetur, et quod in Senatu retineantur, qui casus expressus non erat in dicta L. 25. licet ex identitate rationis comprehensus censeretur.

alter casus retentionis

Hanc D. Salgado doctrinam acerrime impugnat D. Salcedo de Lege polit. lib. 2. cap. 6. per tot. contendens locum non esse retentioni Bullarum ultra 6 casus expresos in L. 25. t. 3. lib. 1. recop. et quod magis est asserit non habere ultra eos potestatem supremum Consilium, et incertam esse praxim, de qua testatur Salgado, imo in tribus casibus, quos refert, denegatam fuisse retentionem aut. Vide D. Castro, in Anicel. decept. 2. ex n. 53. maxime n. 61. et 62.

alius retentionis casus

Item num. 52. docet, in L. 28. eiusdem tituli 3. lib. 1. Recop. retineri mandare Literas Apostolicas, expeditas pro suppressione, et unione Beneficiorum, tanquam contrarias Divino Cultui.

alius

Similiter in L. 23 eiusdem tit. extensum fuit quod circa Beneficia patrimonialia Ecclesiarum Burgen. Calaguritt. et Palentinae cautum erat, ad alias Ecclesias, et Loca, in quibus pariter Beneficia patrimonialia existant.

alius

Tandem dispositio praefatae Legis 25. circa Canonicatus Doctoralem, et Magistralem, extensa fuit ad Lectoralem, et Penitentiariam iuxta Decretum Concilii Tridentini erectos. Quae omnia ex identitate rationis comprahensa censentur. Unde concludit minime dubitandum esse, retineri Bullas debere, quoties ratio generalis in praefata L. 25 expressa urgeat.

Vide Thomasinum de Ecclesiae Disciplina par. 2. lib. 3. cap. 8. et 9. Natal. Alexan. in Histor. Ecclesiast. saeculi 13. cap. 3. art. 3. n. 11. fol. 128.

Notandum est ex doctrina D. Salg. de reten. Bull. par. 1. cap. 8. n. 35. quod cum pluralitas Beneficiorum sit in damnum, et perniciem Reipublicae Ecclesiasticae; si haec ob subreptione concurrat, locus est retentioni. Et merito, quia Beneficiorum pluralitas à Sacris Canonibus improbatur, ut constat in cap. Quia in tantum de Praebend. ubi plenissime Sagnanus; cap. Praesbiteros 1691. Itta quest. 1. cau. 21. Cap. Sanctorum 70 distinct. D. Thomas codlibeto 8. n. 13. et Codlibeto 9. artic. 15 per tot, ac tandem Concil. Triden. sess. 24 de reformat. cap. 17. Sagna. plenissime in dic. cap. cum iam dudum. Card. de Luca, disc. 119. Quid de consuetudine? Vide Garciam de Benef. par. 11 C. 5. ex n. 323. Palavicin. in Histor. Concil. Triden. lib. 23. cap. 11. ex n. 6.

Retentio Bullarum

Retentio bullarum fieri nequit, quando eam per illarum executorem sunt executioni mandatæ, ut concludenter probat D. Salgado (soluti maximis difficultatibus, contra hanc Resolutionem urgentibus) de supplicat. ad SS. part. 1. cap. 10. per tot maxime ex num. 32. Ratio potissima est, quia hoc Regalia ad certos casus restringitur, et solum ad eum finem inventa est, ut impediat literarum exequutionem; nec ultra progreditur. Quia iura canonica, et civilia, quibus hoc remedium nititur, disponunt tantummodo, de Retentione uti patiuntur ante literarum executionem, ut probat num. 36. Ex quo infert, quod licet ex plurium DD. sententia, relata num. 20. fieri possit sequestrum fructuum beneficiorum quando recurritur ad Principem pro tollenda violentia, vitanda scandala, et ne rixe oriantur, quo tendere videntur leg. 18. et 24. tit. 3. lib. 1. Recop. tamen hoc doctrina in suo casu certissima, solum procedit, quando iam literæ Appostolicæ exequutioni datæ sunt. Non tamen ex ea infertur argumentum ad actualem repositionem, directe, et immediate faciendam per Senatum, ut explicat num. 64. cum seqq. et iterum ex num. 81. Ratio differentiæ colligitur ex præfatis leg. regijs. Nam quoties alienigena beneficium, vel pensionem consequitur ex Papali provisione, cum incapax sit ex bulla Sixti IV. locus esse debet sequestro etiam post literarum executionem, quia ita expresse cavetur in dicta leg. 18. Similiter, quando aliquis indigena in

Todo esto se entiende de q^do no se pidio la ordinaria de Retenc^on con tiempo; porq^e lo cierto es q^e solo con temor racional, y probable de q^e han de ganarse Letras de Roma de las retenibles, se puede pedir, y debe darse la Ordinar^a de Retenc^on Salg. Part. 1. cap. 16.

executad^s entra el seq^tro de fru^tos

petrat beneficium patronatus Regij aut laicorum vel etiam in praeiuditium filiorum patrimonialium, ipso facto privatur naturalitate, amittit beneficia, incapax fit ea obtinendi, et fructus tanquam quid temporale applicantur Regio patrimonio in poenam delicti commissi per impetrantem, ut constat ex dicta leg. 24. cum seqq. tit. 3. lib. 1. Recop. Nihil igitur mirum, si in his casibus post executionem literarum locum habet sequestrum, licet non retentio, secus autem in primo.

Notandum tamen est, quod si pendente recursu ad Regem super bullarum retentione, pars vel originalium literarum virtute, vel alias possessionem apprehenderit: tunc poterit Senatus attentatum illud reponere, ne scandalum generetur; tum, quia est articulus facti incidens in negocio principali, de quo cognoscere potest Senatus; tum etiam, quia in Hispaniis usu, et consuetudine generali receptum est, cognosci in Regijs tribunalibus de causis possessorijs beneficialibus, ut docent omnes, et prosequitur D. Salgado dicto cap. 10. ex num. 84.

Quia tamen iniquum foret, has bullas, quae scandalum producerent, vel essent Reipublicae noxiae, aut in praeiuditium filiorum patrimonialium, vel Patronatus Regij, aut laicorum, executioni mandarentur absque ullo prorsus remedio: idem D. Salg. non minus subtiliter, quam docte in citato cap. 10 ex n. 88. eficax remedium

praveit, quo Republica, et dum pacienti ex literarum executione iam perarta consulatur. Inprimis peti debet, et decerni in Senatu literarum retentio, licet iam executæ sint. Deinde comparere debet pars, aut Regius fiscalis coram Iudice executore, et allegare causam scandali, et publici damni, qua motus fuit Senatus ad ita descernendum, et petere repositionem executionis, tanquam nulliter, et atentate factæ. Tandem à non repositione, et executione literarum Apostolicarum, ex eodem motivo, apellare debent ad Sedem Apostolicam vel Illustrissimum Nuncium. Et si executor apellationi non deferat, recursus ad Senatum per viam violentiæ locum habet, ut prosequitur vir doctissimus omnino videndus ex dicto num. 89 usque ad finem capituli, maxime ex n. 135. presertim num. 142.

Retentio = Bulla Pontificia derogatoria Canonum S. C. trident, vel ex quibus lędatur, aut subvertatur aliquod Concilij decretum, petente Regio fiscali, vel parte interesse habente, in Senatu supremo retinentur, ad efectum consulendi Sanctissimum, premissa ad ipsum suplicatione. Quod non solum observatur dum Literæ Apostolicæ sunt contra primam instantiam Ordinarij, sed etiam quando opponuntur cuilibet conciliari decreto, ut docet, ac de praxi testatur D. Salg. de Sup. ad SS. par. 2 cap. 1 per tot. maxime ex n. 58. Movetur primo

Vide Garciam de Beneficijs par. 8. cap. 5. n. 32. 33. et 34. ubi ad literam refert Constitutionem Pij V. datam Romæ anno 1570. ubi declarat, nec speciali nec generali Revocatione indigeat literas Apostolicas contra Canones, et Decreta Concilij tridentini, dummodo manu Sanctissimi signata sint.

ex Regalia protectionis: 2° quia necessaria est
expresa derogatio Concilij, quod tamen (ut ait) in
Hispania non admittitur, ut comprobat ex Ace-
vedo, Bovadilla, Cevallos, et Paz, atque ex L. 62 t. 4
lib. 2 recop. 3°, quia propter decretum excitans
videtur derogasse Concilium, posterioribus de-
cretis contrarijs = Et cap. 2 eiusdem partis 2ª,
hanc Regaliam extendit ad Literas Aposto-
licas, contrariasque declarationibus Sacrae Congre-
gationis, quae inquit, nihil aliud sunt quam
ipsum Concilium declaratum, dummodo ta-
men authenticae sint, modo quo ipsemet expli-
cat. dic. par. 2. cap. 3° § 5 per tot.
Haec tamen tanti Viri doctrina, acerrime
impugnatur à D. Salcedo de Lege polit. lib. 2
cap. 3. per tot, ex principali motivo, quia pro-
tectio Concilij solum extenditur ad propul-
sandas injurias, et violentias, quae contra illius
Canones, et decreta, fiunt per Ecclesiasticos Iu-
dices, non vero contra Literas Apostolicas, quae
ab ipsomet Summo Pontifice emanant, nam cum
sit Christi Vicarius, et caput Ecclesiae, minime
astringitur ad Conciliaria decreta, quibus
derogare potest, licet non praesumatur; alias di-
cendum esset, Concilium esse superius Papa,
quod omnino temerarium est, et erroneum,
ut ipsemet Salced. optime probat dic. cap. 3 per
tot, subdens, falsam esse praxim, de qua tes-
tatur Salg., et se vidisse denegari in Supremo
Concilio retentionem Literarum contra Con-
cilium, in causa D. Gundisalvi de Camargo
et D. Alfonsi de Santillana, et alijs, de quibus
ibi.

Bullarum retentio ad quæ Tribunalia pertineat.

Certum est omnes Causas ad retentionem Bullarum pertinentes, cognosci debere in Regijs Cancellarijs iuxta terminos proprij territorij, divisi per Tagum iuxta Legem 21. t. 4. lib. 2. Recop. L. 34. t. 5. eiusdem libri; secundum quas, hoc genus causarum remitti solet ad dictas Regias Cancellarias, petita remissione per partem cuius interest. Hæc tamen remissio ab arbitrio Supremi Senatus pendet, ita ut solum eo volente locum habeat; tum quia præfata Lege non adimunt Regio Consilio potestatem cognoscendi; tum etiam quia ita docet D. Salg. de Suplic. ad SS. par. 1. cap. 14. subdens num. 25. hanc remissionem peti non posse, postquam Senatus Supremus primam Sententiam tullit, ne sequatur absurdum, inferiora Tribunalia posse Supremi Senatus decreta labefactare, ut colligitur ex citata L. 21.

Hoc unum pro ocùlis est habendum ex L. 84. t. 5. lib. 2 Recop. et ex L. 62. t. 4. eiusdem lib. quod omnes violentiæ in Suprema Curia contingentes, et recursus ab eis interpositi, privative spectant ad Summum Castellæ Prætorium, prout etiam omnes causæ circa observantiam sacri Concilij Tridentini, et præservationem prima

instantia Ordinarij Locorum, iuxta literam textu in cap. Causa omnes 20. sectione 24 de Reformat. ut advertit D. Salg. de Regiâ Protec. par. 1 cap. 14 ex 26, qui n. 86 cum segg. recte monet, posse Regias Cancellarias, et Audientias cognoscere de violentijs illatis per Judices Comisarios Apostolicos, quotiés in vim Pontificiæ Comissionis ad ulteriora procedunt, et de causa cognoscunt post opositam exceptionem defectus Jurisdictionis, tanquam privativæ Ordinarij, si pars apellaverit, et executor, vel delegatus apellationi non deferat. Aliud quippe est, non posse Regias Cancellarias se intromitere in observantia Decretorum Sacri Concilij directe, et per se, quod verissimum est, et expressum in dicta L. 81: aliud vero sucurrere opreso, et violentiam notoriam tollere ob denegatam apellationem, in casu manifeste apellabili.

Retentiones Judicium

Ordo et forma procedendi

In iudicio retentionis Bullarum, adhibetur plenaria Causæ cognitio usque ad sententiam definitivam, à qua suplicari potest, et iterum plene in iudicio suplicationis cognoscitur. Ante omnia enim comparere debet in Senatu Supremo Regius fiscalis, seu pars cuius interest, quærimoniam proponentes contra violentiam sibi illatam, ad obtinendam retentionem Literarum Apostolicarum, expreso motivo, quia ex earum executione scandalum orietur, iùs patronatus Regium, aut Laycorum, damnum pateretur; vel alias pax publica, et Jura Regis, aut Regni turbarentur; et præstita cautione per partem iuxta Senatus decreta annorum 1505 et 1580, de solvendis expensis, et damnis alteri parti illatis, seu inferendis, casu quo relatio in quærimonia expresa, certa non sit: expeditur Regia ordinaria provisio, per quam bullarum, seu literarum aprehensio fieri iubetur à Regijs Ministris, et ab eis remissio ad Senatum, ad videndum num aliquid contineant, quod Rempublicam lædant iuxta Leges 21. 23. 24. 25. 26. 28. et alias tit. 3. lib. 1. Recop.

Allatis literis in Senatu, et auditis allegationibus, et defensionibus utriusque partis, acurate examinatur Causa in Senatu aprincipio proposita, an scilicet sufficiat ad bullarum retentionem, necne, quæ omnia fiunt per viam contentiose juris-

dictionis, et cum partium citatione, quia non agitur de iure Spirituali, sed tantum de mero facto temporali. Certum enim est, quod si quærimus, an literæ Apostolicæ derogent juri patronatus Regio, aut laycorum, examen dumtaxat super merum factum versatur. Similiter si dubitetur, an sint contra Caput Causæ omnes 20. sessione 24 de reformat. Concilij Tridentini, merum factum est videre an literæ sint subscriptæ, vel non manu Sanctissimi, quo tantum casu præjudicium valet inferri jurisdictioni ordinarij, idemque procedit in cæteris casibus in quibus locum habet retentio. Immo etiam de facto vel spirituali, potest Judex Secularis cognoscere, ex communi DD. sententia, et sic nihil prohibet, quominus Regius Senatus de huiusmodi retentionis causis jurisdictionaliter cognoscat, quidquid dicat D. Castillo de tertijs cap. 41. sub n. 34. ut late prosequitur D. Salg. hanc explicans praxim de Supplicat. ad Sanct. par. 1. cap. 16.

Retentio quoad literas abo- (cant. causas S. Inqnis in 1.a instantia

Regius Senatus, non potest retinere Literas Apostolicas abocatorias prima instantia, in causis pertinentibus ad Tribunal Sancta Inquisitionis, ne causa huius qualitatis, qua omni secreto tractantur, vulgo in Tribunalibus Regijs assistenti patefiant. Ita cautum fuit Regio Diplomate dato Matritito Martij 1553 relato a D. Salgado de Supplicat. ad Sanct. par. 2. cap. 33. qui omnino videndus est ex n. 1. ad 16.

Licet autem hac prohibitio retentionis ex praefato Regio Diplomate indistincte comprahendat omnia Regia Pretoria: tamen Rex noster Catholicus potest Regalia retentionis uti, quando Bulla Pontificia derogant Inquisitorum jurisdictioni, authoritati, et praeminentijs, quibus casibus non in Senatu causa videtur, et examinatur, sed penes Supremum Regem, et de Consilio Sapientum, haecque est inconcusa praxis, quam explicat, et fuse comprobat D. Salg. dic. par. 2. cap. 33. ex n. 16. usque ad 54, referens num. 40. Regiam Pragmaticam Ferdinandi Regis Catholici, anni 1502, et successive alia Rescripta, et Decreta Regia, quibus praefata doctrina comprobatur, eo praecipuo motivo, quia Rex est Protector, et Patronus Sancti Officij. Et ex n. 55. similiter comprahensam probat Inquisitorum jurisdictionem, quoad primam instantiam in Cap. Causa omnes ses. 24 de reform. Concilij Trident, quia licet delegata sit, cumulative tamen competit Inquisitoribus cum Ordinario, et ratione connexitatis, praeservata etiam intelligitur.

[illegible] MAC

Roma

[illegible]

[illegible]

Roma

Por la Ley 2. tit. 18. Lib. 6. de la Recopilacion, esta prohibido, sacar dinero de España, para la Corte Romana. Esta prohibicion es del Rey Dn. Juan el Segundo, repetida por el Emperador Carlos Quinto, y es de el thenor siguiente: Ordenamos que ninguno sea ossado de sacar moneda de Oro, ni Plata para la Corte del Santo Padre, ni para otras partes, só las penas contenidas en estas Leyes; y que los Alcaldes de las Guardas lo hagan cumplir só pena de la privacion de sus Oficios; y si algo quisieren sacar; lo saquen en Mercaderias, y otras Cosas, y no en la dha Moneda. Y mandamos, que los Dineros, q. se ovieren de llevar, para el Papa, de estos Reynos, se lleven en Cedulas de Cambio, y no en Dineros; y para ello se den las Provisiones necessarias.

Retractus Iurisdictionis

Certum est, ius Vasallagij, illud scilicet, quod Domini in Vasallos competit, cedi non posse, cap. 1. § praeterea Ducatus, de prohib. feudi alienat. per Frideric. quia cum servitia, quae Vasalli Dominis praestant, in obsequio, et reverentia consistant, alteri cedi, aut delegari non valent, ut optime probat cum pluribus D. Olea, tit. 3. quaest. 6. n. 23 et seqq. subdens, regalia alicui a Principe concessa, eo inconsulto alij cedi non posse, ex L. 2. Cod. de fund. limitroph. Unde convincitur, praefatam propositionem nedum in Vasallis feudalibus procedere, sed etiam in Vasallis iurisdictionis, quos Burgenses appellamus, ex traditis a Lagunez, par. 1. de fruct. cap. 15. § 1. ex n. 86. ubi docet in Regnis Castellae, non tam attendenda esse in hac materia iura feudalia, quam municipalia Regnorum Aragoniae, et Cathaloniae; tum quia Vasalli illorum Regnorum Burgenses sunt; tum etiam, quia ratione iurisdictionis, et non ratione feudi, subijciuntur Baronibus.

Deinde certum est, Vasallos invitos, seclusa contraria Consuetudine, quae solum Mediolani viget, ex cap. 1. § ex eadem lege, tit. de lege Corradi, alienari non posse, cap. Imperialem, § praeterea Ducatus, de prohib. alien. feudi per Frideric. glo. quam omnes sequuntur, in L. invitus, ff. de fideicommissar. libertatib. Antunez omnino videndus, de donat. Reg. lib. 2. cap. 4. ex n. 19.

His suppositis, dubitant DD. an quando Princeps de plenitudine potestatis aliquam civitatem, oppidum, aut Castrum, titulo venditionis in alium transfert, competat populo ius retractus, cuius vigore alij ementibus praefertur. Affirmativa sententia verissima est, usu, et Consuetudine universa Hispania recepta, ut plenissime probat D. Larrea, allegat. 45. per tot. Antunez, ubi prox. n. 29. cum seqq. Ratio potissima est, quia cum pretio oblato, satis Reipublicae necessitati consulatur, iurisdictionis retractus, non tam in utilitatem Vasallorum, quam ipsius Regis, et Regni cedit. Ideoque admittendus est, licet privato emptori qualequale praeiudicium inferatur. Utilitas enim publica, privatae praefertur; et quod Principi non nocet, et populo prodest, facere cogitur, iuxta principia iuris naturae.

Vide in comprobationem huius opinionis tex. in l. 2. C. de patribus, qui filios suos distraxerunt, et in §. Dominus Instit.a de noxalibus action. Quibus adde (quando saevitia domini concurrit) tex. in § 2. Instit.a de his, qui sunt sui, vel alieni iuris.

Maior difficultas est, an huiusmodi retractui locus sit, quando iurisdictionis, aut Universitatis venditio, non a Principe, sed a Barone, seu feudatario fit. De qua quaestione remissive agit D. Olea, dic. tit. 3. quaest. 6. n. 43.

Vide Cardin. Corradin. de jure praelationis q. 16. n. 226.

Et licet D.n Garzia Mastrillo, lib. 3. de Magistratib. cap. 10. ex n. 56 et 57, et rursus in consilio unico, quod pro matre D. Aluisa de Corbera scripsit, negativam sententiam mordicus teneat: fatetur tamen, n. 70, posse Universitatem Demanium petere in beneficium Regis, ex iure praelationis fisco competente, ad tex. in cap. 1. §. porro, qualiter olim feudum poterat alienari. Vincent. de Franchis, decis. 41. et ibi Addentes. et Mastrilli sententiam sequit. Antinez citat. n. 33.

In Hispania tamen affirmativa sententia viget, et praxi Supremorum Tribunalium admissa est, ut testantur D. Covar. in cap. quamvis de pact. in 6. par. 2. §. 2. n. 4. 5. et 6. D. Castillo, omnino videndus in tractatu de tertijs, cap. 17. n. 21. vers. ego sane. Didacus Perez in L. 11. glo. 1. tit. 11. lib. 4. ordin. Aceve. in L. 6. tit. 11. lib. 5. Recop. Bobadilla in politica, lib. 2. cap. 16. n. 12 et 13. Quod adeo verum est, ut D. Valenzue. ex facto consultus, et pro veritate respondens, in consil. 59. per tot. minime dubitaverit, adhuc in Ecclesiam transferri non posse, invitos Vasallos, maxime in Aragonia ubi Barones possunt eos necare ad libitum voluntatis, ipsisque bona sua auferre, omni apellatione remota, ut advertit idem Valenz. n. 36. Et in terminis, quod in Aragonia, Vasalli Baronum possint se redimere pretio, quo venduntur, docet Sesse, decis. 36. per tot. ubi ita decisum refert in Curia Justitia Aragonum, favore Universitatis de Torre hermosa, die 19 Maij 1603.

De hac quaestione latissime disserit Tondut. resol. civili 71. post Marram, consil. 182. et consil. 190. Et quid quid sit de iure docet num. 73, huius dubij decissionem pendere a voluntate Principis, cui hoc casu supplicandum esse dicit, ut suam intentionem exponat. Et praxim tradit ut Vasalli alienati, Principi libellum supplicem porrigant, petentes ut ex eius pensiona possint se redimere, soluto emptori pretio, eo pacto ut Princeps ipsos in suo dominio, et immediata subiectione admitat, et amplius non alienet, quam practicam docet etiam Marra, dic. consil. 182 n. 36. Nam ut optime docet Cancer, part. 3. var. cap. 3. ex n. 363, quoties Rex aliquod oppidum in alium transtulit certo pretio, sive pactum intervene-

rit de retrovendendo, sive non, quotiescumque ipsi met Regi visum fuerit, restituto pretio, potterit Oppidum, seu Universitas petere sui incorporationem, et unionem Regiæ Coronæ, prout obtinuisse asserit in iudicio contradictorio plures Cathaloniæ Universitates, et hoc absque dubio verum esse dicit, quando privilegium haberent alienationum prohibitivum. De quo videndus Card. de Luca, de regalib. disc. 148.

An autem quando Universitas admititur ad se redimendum pro eodem pretio, quo vendita fuit: si sub ea plura sint membra, et iurisdictiones, possit illa vendere, et pretium in sui utilitatem convertere; an vero integra iurisdictio, et utilitas ad Principem pertinere debeat, explicat latissime Cond. resolut. civil. cap. 31. per tot. ubi pro Universitatibus, et contra fiscum resolvit. Ratio est, quia quando Universitas admititur ad Demanium, non tam utitur iure retractus ex proprio capite, quam ex permissione Principis, concedentis ut possit uti eodem iure prelationis, quod ipsi Principi competebat, ut diximus ex Marta consil. 182. n. 35 et 36. Unde sicut Princeps retinendo ius prelationis, seu retractus, efficitur immediatus dominus bonorum, quæ retinuit: ita et Universitas, quæ ex Principis concessione ius retentionis consequitur. Taudum enim ita retentum, seu recuperatum vigore retractus, transit in Demanium Principis ratione protectionis; ipsa vero Universitas vere efficitur domina iurisdictionis, proventuum, et aliorum iurium, licet administratio iustitiæ fiat per officiales, a Principe deputandos. Rex enim dominus est universalis respectu iurisdictionis, et protectionis, non autem proprietatis. Et ideo si prædia particularia Baroniæ, aut illius subfeuda alienentur, pretium alienationis, aliique proventus, spectare debent ad Comunitatem, pecuniam pro redemptione solventem: præsertim cum ea sit Principis intentio, ut proventus illos, et utilitates oppidum consequatur, ut in terminis etiam docuit Camillus de Lazara, consil. 86. à n. 123 usque ad fin. Vide Card. de Luca, de Regal. disc. 148 n. 32. et 33. Et nota, Comunitatem retrahentem

pretij depositum facere tenerj, et quidem integrum. Non tamen requiritur, ut iam ab initio fiat, sed sufficit pretium deponere lite pendente, et in quavis parte iudicij, ut late probat Guzman decis. civili 77. per tot.

Civitas, aut Opidum retrahens officia de novo creata, et vendita per Regem iuxta l. 23. et 24. tit. 3. lib. 5. Recop. Larrea alleg. 99. n. 25. in locum emptoris subrogantur cum omnibus suis privilegijs, ut probat D. Valenzuela consil. 61. n. 3. et 4. Unde infert D. Olea in addit. ad tit. 4. q. 5. quod quando Rex vendidit jurisdictionem alicuius Oppidi, quam ipsudmet Opidum pro eodem pretio retraxit, admittendus est novus licitator, qui maius pretium offert, perinde ac si jurisdictio existeret penes emptorem.

Doctores citatj solum loquuntur de retractu jurisdictionis, non vero in venditione regiorum vectigalium qualia sunt, quæ vulgo dicimus, Alcavalas, Tercias, y Cientos, in ijs tamen idem iuris esse constat, tum ex innumeris Decissionibus compilatis in causa inter Marchionem de Sillezuelo, et Oppidum de Bouadilla del campo, quæ in revissionis gradu favore Oppidj retrahentis decissa fuit, die 25 Novembris 1725; tum etiam ex Regio Decreto expedito per Regiam Maiestatem, die 7. Maij 1726, communicato Senatuj dicta die, per Dnum Franciscum Diaz Roman, thenoris sequentis:

Enterado de que la Villa de Bouadilla del Campo vsando dela facultad, que tienen los Pueblos, ha seguido pleito en el Consejo de Hazienda, sobre tanteo de sus Alcavalas, que pertenecian al Marques de Sillezuelo, y que se le concedio por sentencias de vista, y Revista, con el gravamen de aumentar 40 mrs al millar, sobre el precio en que se vendieron por mi Real Hazienda al Marques:

He resuelto, que no obstante la mejora hecha por el refe-
rido Marques sobre la de la Villa, se despache a esta la
Executoria, que corresponde a lo determinado
por las dos sentencias; pues aunque queda perju-
dicada mi Rl. Hazienda en dexar de recivir la
mejora hecha por el Marques, se inclina mi Real
Animo mas a la conbeniencia de el comun de la
Villa, que á aquel beneficio. Tendrase entendido
en mi Consejo de Hazienda, para su execucion.
Y haviendose publicado en el, se acordó se executa-
se lo que S. M. mandava.

Sobre la Alienacion y respectiva recuperacion
de los bienes demaniales de la corona,
vease Pedro Gregorio de Republica lib. 3.
cap. 8. y Faxardo Alegacion 1.

Restitutio in integrum

Restitutio in integrum duplex est. Alia or-
dinaria, quæ justitiæ dicitur, in qua veniunt
fructus; alia extraordinaria, quæ gratiosa vo-
catur, et competit Ecclesiæ, tanquam speciale
privilegium. Utriusque naturam late explicat
D. Covarruv. lib. 1 variar. cap. 3. per tot, et ibi Faria
in addition.

An restitutio Justitiæ competat Ecclesiæ contra
præscriptionem longissimi temporis post quadrien-
nium, difficilis quæstio est, in qua Fontanella de
pactis, clau. 4 glo. 12 ex num. 85. affirmativam sen-
tentiam tenet, quæ summe probabilis redditur ex
traditis a D. Crespi observat. 33 per tot. ubi post-
quam regulam tradidit, hoc quadriennium ab ini-
tio esse utile et solum currere à die notitiæ, recte
monet, requiri etiam notitiam Prælati Succeso-
ris, qua non probata, locum habet restitutio. Ra-
tionem reddit, quia Ecclesia gaudet iure minoris;
huic autem non præiudicat notitiam Curatoris,
quominus à restitutione excludatur, et ex hoc
motivo decisum refert in Supremo Aragoniæ
Consilio, competere restitutionem Comendatori
S. Antonij Cænobij Valentini.

Restitutio vero gratiosa, quæ Ecclesiæ iure ex-
traordinario competit, post quadriennium, et
plura quadriennia conceditur, contra præscrip-
tionem ex capite læsionis, ut optime docet
Fontanella citatus, n. 88 et seqq. Et nota ex Glo.
in Cap. 1. de Restit. in integr. in 6. quod vivente Præ-
lato male contrahente, aut negligente, non cur-
rit præscriptio, nec etiam quando plures novæ
mutationes Prælatorum intercesserunt, ut
ibi advertit glosa citata, litera R. Vide

Nota quod in judicio restitutionis Justitiæ contrarium iudicatum, veniunt fructus medio tempore percepti. Cancer. par. 3. cap. 16. ex num. 100. Fontanel. decis. 205. num. 15. Ci-urba, decis. 89 per tot. Vide notata in tom. 1. observ. fo. 283 pag. 2.

Joannem Gutierr. pract. lib. 4. quest. 69.
per tot. maxime n. 44. ubi tamen loquitur in
Restitutione propter laesionem ex contractu. Et si-
militer Cancer. part. 2. cap. 1. num. 240. docet, quod
Ecclesia, et Respublica si vehementer laesae fuerint, post
quadriennium restituuntur, iuxta leg. Sicut. Rem.
Persecutione Cod. de praescript. 30. annor. idque com-
probat authoritate Oddi de Restitut. p. 1. q. 17. art. 1.
et ita decisum refert in Senatu Cathaloniae. Vi-
dendus omnino est Surtan. tom. 1. Decis. 23. ubi optime pro-
bat, Ecclesiae competere restitutionem extraordinariam,
gratiosam, et iure speciali contra praescriptionem qua-
draginta annorum, licet elapsum sit quadriennium,
et plura quadriennia, et ita decisum refert per Se-
natum Cataloniae in praescriptione 200. annorum
et amplius, concurrente probabili ignorantia, quae
praesumitur ex mutatione beneficiatorum, et enor-
mi Ecclesiae, seu beneficij laesione.
Deinde docet, et recte quidem, ex praescriptione
subducendum esse tempus belli, iuxta tex. in cap.
ex transmissa de praescript. ibi: praescriptione
hostilitatis tempore non currente. = 2.º tempus vitae
praelati, seu possessoris beneficij negligentis, quia eo
vivente nequit incipere praescriptio, can. post quin-
gentos, et can. sequens 16. q. 3. D. Valenzuela consil.
26. n. 65. D. Crespi obser. 33. n. 2. Unde non constito
de tempore praeciso, in quo mortuus fuit Praelatus,
deficit primum praescriptionis extremum, ut decisum
refert Fontan. claus. 4. glos. 15. par. 4. n. 55.
Expeditum est, ecclesiam, et minorem petere posse
in integrum restitutionem, etiam ob eam laesionem,
quae dimidiam iusti pretij no excedit, dummodo
tamen laesio gravis sit, et enormis, ut constat ex-
expresso textu in Cap. Ad nostram de reb. eccles. non

alienand. et docet D. Couarrub. lib. 1. Variar. cap. 3. ex num. 10. ubi disputat, an minor lessio sufficiat? rem hanc quo à iure definita non est optime explicat sudens num. 11. Versiculo Sexto, minorem, et Ecclesiam restitutionis beneficium iure consequi posse, etiamsi lessio dimidiam iusti pretij excesserit, nec ideo amittere beneficium leg. 2. Cod. de Rescind. Vendit. Ratio est, quia licet restitutio sit remedium extraordinarium, pinguius tamen est, quam ordinarium, quod ex d. leg. 2. competit, iuxta quam reus electionem habet supplendi iustum pretium, aut restituendi rem venditam; è contra vero in restitutione in integrum precisse compellitur rem restituere: Hoc intellecto, quod in restitutione iustitia, quo infra quadriennium iure communi implorari debet, et iure Regio intra 30. annos (loquor in ecclesijs, fisco, et Universitatibus) iuxta leg. fin. tit. ultim. partit. 6. veniunt fructus; in restitutione vero gratiosa solum rei restituitur ex traditis ab ipso met D. Couarrub. in dicto cap. 3. Vide ibi Saria in addit. num. 10. et seqq.

Restitutio in integrum est in rem scripta et competit contra tertium possessorem, licet is cum minore non contraxeret, iuxta express. tex. in leg. In causa 14. §. Interdum ff. de minor. ibi: Interdum autem Restitutio, et in rem datur minori, id est aduersus rei eius possessorem, licet cum eo non sit contractum, ut puta: rem a minore emisti, et alij vendidisti: potest desiderare interdum aduersus possessorem restitui, ne rem suam perdat, uel re sua careat. Et ita docet ibi Glossa, et Barthol. in sumario. Hunc textum explicat D. Couarrub. lib. 1. Var. cap. 3. num. 1. Versic. Sed tamen, ibi: Sed vero

Adde Cancer. part. 1. Var. cap. 13. n. 31. in fine. Gomez lib. 2. cap. 14. n. 6. in fine. et ibi cum alijs Ayllon in addit.

quod S.C. scripsit in dicto §. Interdum ita ac
cipiendum est, ut si is, qui emit rem a mi
nore eam alteri vendiderit, restitutio in
integrum minori competat adversus se
cundum emptorem, si scienter emerit.
Sin autem ignoranter: tunc adversus
eum in integrum restitutio, si primus
emptor non est solvendo, licet in eo casu
secundus emptor bona fide emerit. Ex qui
bus sane verbis apparet secundum emp
torem habere bonam fidem, si ignorans
emerit ad hunc effectum, ut si primus
emptor solvendo sit, excludat minorem
a restitutione in integrum. Quod si secun
dus emptor scienter emerit, quodammo
do malam fidem habuisse dicitur ad hunc
effectum, ut indistincte possit adversus
eum in integrum restitutio postulari.
Quadriennium ad petendam restitutionem
in integrum, solum incipit a die notitiae,
aut scientiae laesionis. Passerin. in cap. Ecclesia
de restit. in integ. in 6. Ciriacus controver. 329.
ex num. 77 ad 81, Pristany Decis. 23. num. 16. et
17. ubi advertit cum aliis, in sexennibus tribu
nalibus atendendum non esse, an lapsum sit
quadriennium, sed solum, an constet de iure
et actione agentis. Cancer part. 2. cap. 1. num.
233. Gutierrez lib. 2. canonicar. cap. 26. num.
23. et 24. ubi docet, quod si aliquis probabiliter
laesionem causatam ignoraret, et centum
anni antea laberentur, quam is restitu

tionem postularet, numquam ei interim curre-
ret quadriennium. Caldas Pereira, in repetit.
leg. si curatorem habens Cod. de in integr. restit.
Verbo. Infra legitimum tempus, num. 3. ubi
rationem reddit, quia Justinianus in leg. finali
Cod. de temp. restit. petend. et Pontifex in cap. 1. de in
integr. restit. in 6, negligentem ab hoc remedio ex-
cludunt: non ergo est mirum, si minori igno-
ranti se læsum, et consequenter hoc remedium
sibi competere, non currat quadriennii tempus
ad petendam restitutionem praescriptum. Et
num. 9. advertit, quod stante enormissima læsio-
ne, non obstat quadriennii lapsus, juxta tex.
in dicto cap. 1. ubi postquam scriptum est, op-
portere Ecclesiam infra quadriennium hoc
beneficium implorare, nec aliter audiendam
esse, additur: Nisi prævaricationis, aut frau-
dis probetur commentum. Certi autem juris
est inesse fraudem, et dolum, ubi talis læsio
intervenit.

Renuntiatio

Filius, aut filia nequeunt renuntiare hæreditati parentis, quia non minus invalidæ sunt pactiones de non succedendo, quam pacta futuræ successionis. L. pactum, quod dotale 15, Cod. de pact. Accedente tamen juramento confirmantur. Cap. quamvis pactum 2, de pact. in 6. Roble de represent. lib. 2 cap. 16 ex n. 1 ad 9. Vide fol. 512 a

His suppositis intrat quæstio, an renuntiatio matris dote contenta in capitulis matrimonialibus, si patri præmoriatur, præjuditium inferat nepoti, et filio respective, in legitima, et successione ab intestato. In qua quidquid dixerit Ant. Gom. in L. 22 tau. n. 10. quem alij sequunt, verior sententia est, filiæ renuntiationem, ea præmortua, ipsius filijs præjudicare non posse, ut concludenter probat D. Salg. in Labyr. cred. par. 2. cap. 25. ex n. 1 ad 43. Roble de represent. lib. 2 cap. 16 per tot. Ratio potissima est, quia sive nepos solus succedat, sive cum patruo concurrat ad avi hæreditatem, utroque casu, et indistincte, non ex parentis jure, et persona, sed nomine et jure proprio, succedunt. Licet enim nepos in locum, et gradum parentis præmortui subintret, hoc tamen non ex patris jure, sed ex Legis beneficio descendit; aliud siquidem est subintrare in locum parentis defuncti, aliud vero ex eius persona succedere. Duobus enim modis dicitur quis in alterius locum succedere. 1º. per privationem, seu remotionem obstaculi; secundo per transmissionem. 1º modo, succedit quis in alterius locum ex propria persona, amoto impedimento, quod ei obstavat, ut patet in secundo hærede, vel substituto, cui factum primi vocati non nocet. Quando autem

succeditur per transmissionem, aliter est ut optime notat Surdus conc. 133. tom. 1. n. 25. et post eum Salg. ibinip. n. 22. Vide Fontanel. tom. 2 de pact. claus. 9. glo. uni. par. 1. ex n. 52. et Antonium Fabrum in Cod. lib. 2. tit. 3. definit. 1. ubi magistraliter probat, veram esse sententiam admittentem, in proposita specie, nepotes, nonobstante matris renunciatione, ita tamen, ut teneantur matris dotem in legitimam suam imputare, iuxta leg. Quoniam 29. Cod. de inoffic. testam. et ea quae ipsemet Author tradit dicto lib. 2. tit. 3. definit. 2. Vide Card. de Luca de success. Discurs. 52. et Annaeum Robert. lib. 2. rer. judicatar. cap. 5.

Signatura Gratiæ, et Justitiæ.

Utraque Signatura supremum Tribunal est, quod Papam repræsentat, atque rescribit, et operatur nomine, et more supremi Principis, cum differentijs tamen, quas explicat Cardin. de Luca in Relat. Rom. Curiæ discur. 30. et 31. Præcipuas breviter recenset idem Eminent. Author de judic. dis. 41. n. 9. docens quod Signaturæ Gratiæ præsidet immediate Papa, et Prælatorum Vota consultiva tantum sunt; in Signatura tamen Justitiæ præsidet Cardin. Præfectus, atque Prælatorum vota sunt decisiva. Rursus Signatura Justitiæ tenetur rescribere prout de jure, et juxta juris dispositionem intelligenda sunt eius rescripta, cum facultatem non habeat rescribendi contra jus, vel illi derogandi: quod secus est in Signatura Gratiæ propter præsentiam, et consensum supremi Principis. Rursus Signatura Gratiæ, cum ipse Papa præsideat superior est omnibus tribunalibus, sicut ipsemet Pontifex; Signatura vero justitiæ parem authoritatem non habet, imo ab eius jurisdictione exemptum est Tribunal Cameræ Apostolicæ, quod ideo dicitur habere Signaturam in ventre; tum ex Constitutione Gregorij XIII. quæ de universa Camera, et Cameralibus loquitur; tum etiam ex Bulla 100. Sixti V. quæ exemptionem Thesaurario Generali concedit. Unde Causæ ad Tribunal Cameræ pertinentes, illudque ingressæ, in eo terminari debent non solum in prima, sed etiam in secunda, et alia ulteriori instantia, quin Signatura Justitiæ aliquo prorsus modo se intromittat, vel intromittere possit, quia solus Papa, aut Signatura Gratiæ, potest ab ea avocare jurisdictionem, ut optime docet Cardin. de Luca de judicijs discur. 41. ex n. 36. et in Relatione Curiæ discur. 33. per tot. ubi num. 14. advertit, ideo dici, hoc tribunal habere Signaturam in ventre, quia eius jurisdictio non pendet ex tenore commissionum cum ordinaria sit, et quia nullatenus Signaturæ justitiæ subest. Et discur. 35. eiusdem tituli docet Thesaurarium esse Judicem secundæ instantiæ in causis appellationum a Collectoribus Hispaniæ, Portugaliæ &c. et Cameram plenam cognoscere in tertia instantia.

Assessoria = Salarium = Sportulas

Flores de Mena Var. lib. 1. q. 8. ibi n. 4. suponit quod Salarium debetur Judici Ecco ubi vigeat consuetudo illud solvendi. 2a Do (n. 6) Domini, et Prelati, qui Judices creant, tenentur competentia salaria eis ministrare. Fallit (n. 7) quando viget consuetudo salar. non solvendi, aut diminutum restituendi; nam tunc non tenetur solvere. Item (n. 8o) quando fructus jurisdictionis equivalent competenti Salario. 4. Do (n. 16) quando viget consuetudo solvendi salaria Judicibus utriusque fori debent habere salaria consueta, quamvis eos eo non convenerit in nominatione ad offic. 5. Do (n. 17) Si non sit conventus, nec consuetudo vigeat dandi Salaria, tunc de jur. rigor. Salaria Judici non debentur. Sed optime ad negativ. resolution. intention. actor. eos n. 19 ad 20. Item §. 2. n. 10. fol. 77. B. item n. 11. Item Lex 3. tit. 20. lib. 6. Recopil.

Videnď iste Auctor. libr. ubi tractat de Judicibus, Advocator. Procuratorib. et famulis et in eod. prop. finem ubi de Assessor. Salariis et Sportulis.

Sequestrum. 1.

Licet iuxta leges Regias 18. 24. et 25. tit. 3. lib. 1. Recopilationis, fieri valeat, ac debeat per Regia tribunalia sequestrum fructuum beneficiorum, in casibus ibi expressis, scilicet quando alienigena impetrat beneficium in Regno contra immemorabilem consuetudinem, et Bullam Sixti Quarti, vel quando etiam a naturalibus impetrantur beneficia Regii Patronatus, aut etiam in praejudicium patronatus laicorum, ex speciali ratione, quia exteri sunt incapaces obtinendi beneficia in his Regnis; indigenae autem naturalitatem perdunt, ac pro alienigenis habentur, ut constat ex eisdem legibus, et docet D. Salgado de supplicat. ad Sanctis. par. 1. cap. 10. ex num. 63: tamen diversa est ratio in aliis omnibus casibus, qui a citatis legibus non exprimuntur, ac per consequens ultra eos sequestrum fieri non potest, ut nervose defendit idem D. Salgado citatus ex num. 64. ubi hanc sequestrandi fructus Regaliam defendit non obstante can. 12. Bulla Coenae; tum quia competit Regi ex immemorabili Hispaniae consuetudine, cui in praejudicium Regis, ac Regni non censetur derogatum per Bullam Coenae; tum etiam quia reservata videtur in cap. generali 3. de Electione. Unde in praedictis casibus, et quando impetrantur beneficia contra jus filiorum patrimonialium Dioecesum Burgensis, Calagurritanae, Palentinae &c. sequestratio procedit iuxta dictas Regias Leges. = Nota sequestrum fieri debere fructuum, redituum, et proventuum

beneficiorum, quando ratione mensium, seu aliàs sunt reservata, vel affecta, vel quando inter provisum Apostolicum, et ab Ordinario, desuper litigare contigerit iuxta Constitutionem 142 Pij IV quam ad literam tradit, et latissime explicat Gonz. ad Reg. 8 § proœmiali per totum, et post eum D. Salg. de Reg. protec. par. 1 cap. 13. ex n.° 123; et præfato loco non solum explicat Gonz. materiam Bullæ Pianæ, verumetiam text. in Clement. 1. de sequestratione posesion. et fructuum, adstruens octo differentias inter utramque constitutionem, et similiter octo convenientias. Et ex n.° 152 disputat, an sequestrari debeant non solum fructus, redditus, et proventus, an etiam distributiones. Et post longam disputationem, n.° 205 cum segg. cum distinctione resolvit, asserens, distributiones quas grossas vocant, et quæ dantur residentibus, et alicui horæ interessentibus, ita tamen, ut non actu distribuantur, sed ad finem mensis, semestris, vel anni, comprehendi in Bulla Piana, ac per consequens sequestrari posse, sive alij adsint certi fructus, qui in absentia percipi possunt, sive non. Distributiones vero minutas, quæ singulis horis interesentibus dantur, et propriè distributiones vocantur, in dicta Constitutione non contineri, quia sunt premium laboris.

Supplicatio.

Supplicatio jure Regio interponi debet a provisione interloquutoria, quando vim habet deffinitivae, vel est alias appellabilis intra tres dias, a notificatione computandos; alias non admittitur. A sententia autem deffinitiva supplicari debet infra decem dies, et notificatio fieri per tabellionem intra diem ab eius presentatione; alias sententia transit in judicatum, et non conceditur contra lapsum termini restitutio. Constat ex l. 1. tit. 19. lib. 4. Recopil.

Si in Regio Auditorio facta fuerit sententia confirmatoria duarum Declarationum conformium Judicum inferiorum, non est locus supplicationi. Si vero causa incepta sit in Regia Audientia, vel Cancellaria infra decem dies est supplicabilis, ita tamen ut in scriptis, et infra eundem terminum allegentur gravamina. Et tunc in secunda instantia probari, et allegari poterit a supplicante, quod in prima allegare et probare omisit. l. 2. tit. 19. lib. 4. Recop. l. 5. eodem.

A sententia lata in judicio supplicationis, non licet amplius supplicare. l. 3. eiusdem tituli.

Quoties suplicatio non admittitur, nec locum habet juxta leg. Regias, similiter excluditur remedium nullitatum, licet proveniant ex incompetentia Judicis, deffectu iurisdictionis, vel notoria iniustitia, ut expresse cavetur in leg. 4. tit. 17. lib. 4. Recop. Immo, in leg. 11. eiud. tit. non solum nullitas verum etiam restitutio in integrum prohibetur contra sententiam non supplica- Vide contra haec Maldonado de secunda supplicat. tit. 1. q. 4. ex num. 13. et Cancer var. par. 3. cap. 12. ex n. 42.

bilem, licet alias à iure concedatur, minoribus Universitatibus, ceterisque personis privilegiatis aut maioribus ex iustis causis, quia hoc remedium, et quodlibet aliud ordinarium vel extraordinarium absolute, et in omni casu prohibentur. Hoc tamen non procedit in sententijs latis à iudicibus Regiæ curiæ, quos Alcaldes de Corte vocamus, nam contra illas loquuntur habent remedia nullitatis et restitutionis iuxta Regium Decretum fol. 4. f. 1. fol. 14. in dorso.

Supplicatio non admittitur a provisione, per quam Regij senatores, se competentes Iudices declarant. Constat ex l. 4. tit. 5. lib. 4. Recop.

Supplicatio locum habet a sententia revisionis per quam prima, aut etiam dua conformes revocantur. l. 25. tit. 23. part. 3. D. Salgado de reg. prot. par. 3. cap. 16 ex num. 1. Vide supra verbo Appellatio fol. 18.

Secunda supplicatio.

Quandoque admittitur secunda supplicatio, ut constat ex titulo 20. lib. 4. Recopilationis. Requiritur tamen, ut causa excedat valorem 3000. duplarum, et tenetur is qui secundo supplicare intendit, cavere de solvendis mille, et quingentis aureis; nisi forte fuerit pauper solemnitatis, nam tunc iuxta praxim, et stylum equitate imbutum, sufficit iuratoria cautio. D. Salgado in Labyrin. Creditor. par. 1. cap. fin. per totum. | Maldonado de 2a. suppl. tit. 5. q. 7. per totam. ubi quis dicatur pauper ad hunc effectum et quomodo practicetur.

Si tamen secunda, vel revisionis sententia novum inferat gravamen, locum habet secunda supplicatio absque praedicta cautione, et in eodem Senatu, quia tunc non adsunt quoad gravamen noviter illatum duo sententiae conformes, quae in remedio extraordinario secundae supplicationis requiruntur, ut probat, ac decisum refert in Granatensi Praetorio D. Larrea decisione tom. 1. decis. 39. Et nota ex eodem Authore decisione tom. 2. decis. 77. minorem, aut pupillum non competere restitutionem contra lapsum termini fidemiustere praefixum in l. 1. et 4. tit. 20. lib. 4. Recopilationis.

Secunda supplicatio est remedium extraordinarium, quod locum non habet, dum subsist ordinarium. Ac per consequens, cum certum sit, appellationem, seu verius supplicationem ordinariam locum habere ex novo additamento, vel gravamine, ut docent D. Covarr. practicar. qq. cap. 25. n. 6. D. Salgado de Reg. Protect. par. 3. cap. 16. ex n. 30. Maldonado de secunda supplicat. tit. 1. q. 4. per totam: consequens est, hinc secundo supplicari non posse.

Item infert Maldonado citatus n. 2. quod si in se- | Passa al fol. 555. B.

cunda, vel revisionis sententia, jurium reservatio fiat, poterit tamquam a novo gravamine supplicari.

Rursus n. 11. infert, quod si in sententia revisionis, aliquid disponatur cum clausula pro nunc, vel alia simili, tamquam ab additamento, et novo gravamine supplicari potest.

Insuper num. 12. et segq. infert, et decisum refert, quod si cum possessore Majoratus lis coepta sit, et prima sententia facta; cum hoc respectu successionis instantiam non faciat, non obstante prima sententia poterit via ordinaria in eodem Senatu lis cognosci, quin opus sit secunda supplicationis remedio.

Tandem ex num. 13. docet, quod non obstante prohibitione l. 4. tit. 17. lib. 4. Recopil. locum habent via ordinaria nullitates provenientes ex defectu citationis, jurisdictionis et mandati, ac per consequens non habet locum secunda supplicatio, dum nullitatis remedium subest.

Si novum gravamen excedat 3000. aureos, locum habet non solum ordinarium supplicationis remedium, verum etiam secunda supplicatio. Vela, qui ita decisum refert dissert. 35. n. 51. et 52.

Secunda supplicatio nunquam locum habet, nisi causa inchoata fuerit in Supremo Consilio, vel Regijs Cancellarijs, adeo ut licet reo competat privilegium casus Curiae, si coram inferiore Iudice conveniatur, et statim declinatoriam non opponat, non gaudet hoc extraordinario remedio. Maldonado de 2a supplicat. tit. 2. q. 1. ex n. 15.

Hinc sequitur, quod ab unica sententia Regij Consilij confirmante, vel revocante sententiam Iudicis Regiæ Curiæ, sive Alcalde de Corte, quæ pro sententia Revisionis habetur, non potest supplicari, quia ut diximus hoc remedium præsupponit pro forma, Causam in Senatu incoepisse, ut docet, ac decisum refert Maldonado de 2.a Suppliccat. tit. 2. q. 3. ex n. 9. post Gregor. Lopez, quem allegat. Gutierrez pract. lib. 3. q. 38. n. 9. et hoc jure utimur.

Secunda supplicatio locum habet a sententijs latis in Regijs Audientijs Galleciæ, et Hispalensis, licet nomine, et sigillo Regio non utantur, ut contra Gundisalvum de Paz docet, et praxi admissum testatur Maldonado in d. tract. tit. 2. q. 5. per tot. maxime ex num. 16.

Remedium secundæ supplicationis in Regio Castellæ Consilio, post duas conformes in Supremo Navarræ Consilio locum habere, mordicus tenet Maldonado tit. 2. q. 6. post Olanum, qui ita servari vidisse testatur; nullo tamen (ni fallor) probabili ducitur fundamento.

Secunda supplicatio non admittitur a sententia Revisionis facta in causa fiscali in Consilio Regij Patrimonij, ob litteralem prohibitionem l. 4. t. 2. lib. 9. Recop. versic. Y porque los pleytos fiscales. Vide tamen Maldonado in d. tract. tit. 2. q. 7. per totum, maxime ex num. 12.

In causis decisis per Regias Audientias Indiarum sive sint duo sententiæ conformes, sive disformes, locum habet secunda supplicatio ad Supremum

Indiarum Senatum, praestita cautione de solvenda poena mille Ducatorum argenti in casu succumbendo; hoc intellecto, quod Sent.a Revisionis Regiae Audientiae, licet non sit primae conformis, exequi debet praestita cautione, vel non arbitrio Senatus. Et in hac supplicatione, tenetur supplicans comparere coram Regio Indiarum Consilio infra annum, computandum à die, qua classis ab Indijs solvit. Videndus D. Solorzano in de Polit. lib. 5. Cap. 17. per tot. Maldonado d. tit. 2. q. 8. per tot. qui num. 18. docet, posse a prima Sent.a Supremi Consilij denuo supplicari servata forma nostrae Legis Segobiensis, perinde, ac si in Castellae Consilio lata esset.

Maldon. tit. 2. q. 9. per totum.

Secunda supplicatio non admittitur a sententijs lata in Supremo Ordinum Consilio; sed loco illius extraordinarij remedij, supplicatur ad idem Consilium in Aula de Comissiones, qua componitur ex duobus ejusdem Consilij Senatoribus, alijsque duobus desumptis ex Summo Castellae Praetorio.

Consilium Camerae cognoscit de causis emergentibus super Regio Patronatu; ab ejus tamen sententijs solum admittitur ordinaria coram eisdem Dominis supplicatio, non tamen secunda. Maldonado tit. 2. q. 10.

Secunda supplicatio an locum habeat a sent.a Revisionis lata in judicio liquidationis fructuum vel interesse, anceps est quaestio, de qua vide Salgar-

rez pract. lib. 3. q. 38. ex n. 26. Paz de tenuta cap. 13. ex n. 20. Maldonado de 2a. suppl. tit. 3. q. 9. per totam.

Non obstante secunda supplicatione, executioni mandantur priores Senatus sententiae, praestita ~~per supplicantem caut~~ per victorem cautione de stando juri, et rei judicandae, ex l. fin. tit. 20. lib. 4. Recopil. Maldonado tit. 5. q. 11. per totam.

Non excusatur quam[?] pera fidejussione, nec suffficit juratoria cautio. Maldonado tit. 5. q. 12. ex n. 5.

Caetera ad secundam supplicationem pertinentia, eiusque praxim, vide apud citatum Maldonado in tractatu de secunda supplicatione.

Nota, que por Decreto de 2 de Junio de 1715. contenido en el auto acordado 167. fol. 176 B. mando el Rey, que los pleytos de segunda suplicacion, se vean con tres salas como las thenutas, y las fuerzas de Millones, y de conozer, y proceder.

An autem hoc remedium secundae suplicationis locum habeat in causis capti coram summis Rei Bellicae Praefectis, quos Comandantes, seu capitanes Generales vocamus, noba questio est, in qua afirmative videtur respondendum, eo motivo quia hic Magistratus comparatur Praefecto Praetorio, scribitur nomine Regis, et Sigillo Regio, atque ab eius sententijs apellari non potest, sed tantum suplicari, quibus concurrentibus locus est secundae suplicationi, iuxta doctrinam D. Josephi Maldonado, de secun. Suplic. tit. 2 quest. 2 per tot. ubi quaerit an in causis capti coram Judice mayore Cantabriae, possit secundo suplicari, et afirmative resolvit cum D. Solorzano tom. 2 de jure Indiar. lib. 4. cap. 7. n. 18. Paz in praxi tom. 1. par. 7. cap. uni. n. 48. ea unica ratione, quia

Iudex maior Cantabriæ similiter ut Præfecto Prætorio, expedit Provisiones nomine, et sigillo Regio, et ab eius sententijs apellari non potest, quia in sigillo Regio Principis representatur persona et perinde habetur, ac si Rex ipse præsens esset. Hoc unum certum est quod in omnibus casibus in quibus non est aperta via ad hanc secundam supplicationem sive quia lapsus fuit terminus ad illam interponendam præfixus, vel quia causa non est capax ex deffectu quantitatis, vel initij coram iudice inferiore, aut quias quocumque modo non permittitur secunda supplicatio: potest Princeps de plenitudine potestatis hoc remedium concedere iuxta formalem text. in L. 4. tit. 24. partit. 3. ut docet Maldonado in d. tract. tit. 6. quest. 2. qui num 17. et seqq. monet, honestum non esse nostris Regibus usum huius regaliæ, nisi magna causa interest.

Praxim secundæ supplicationis explicat Maldonado tit. 5. q. 3. per totam, ubi tradit formam libelli; et iterum tit. 6. q. 1. docet praxim comparitionis supplicantis coram Regia persona, et remissionis ad Senatum, quæ a Rege fieri solet, cuius virtute, et tamquam delegati cognoscunt, ac decidunt Regij Senatores.

Nota, que el valor de las Doblas de cabeza, tanto por lo que mira ala cantidad dela causa, como a la pena delas 1500. Doblas, es de catorze R.s y nueve mr.s de vellon cada una. D. Covar. de veter. numism. collat. cap. 6. n. 3. Maldonado de secun. suppl. tit. 3. q. 12. per tot. maxime num. 9. et 10.

Succesio ab intestato.

Quid jure comuni, et Regio cautum sit circa succesionem ab intestato, adnotavimus tom. 1. observ. fo. 354 et seq. Quibus adde hodie omnes consanguineos usque ad decimum gradum, imo post illos virum, et uxorem ad succesionem legitimam vocare, iuxta textum expresum in L. 6. t. 13 p. 6. ibi: el pariente que fuere fallado, que es mas cercano del difunto, fasta en el deceno grado, perinde ac jure Civili cautum erat. Castillo tom. 3. cap. 4 n. 153, Solorzano de jure Indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 7. n. 41. Gutierr. lib. 2 pract. cap. 113, et alii, quos refert, et sequitur D. Crespi, tom. 2. observ. 96. per tot, qui hanc sententiam solide, et nervose defendit contra alios Regnicolas, respondens Legi 4. t. 10. lib. 1. Recop. quae consanguineos ultra quartum gradum excludere videtur. Et ex huius Doctori doctrina, duo perpetuo notanda sunt. 1. succedere consanguineos, usque ad decimum gradum, virumque, et uxorem respective, excluso fisco, ut dictum est, et semper fuit constanter admisum in praxi, atque decisum in Sup. Cruciatae Consilio, iuxta casus, quos refert n. 44. Secundo, hanc computationem faciendam esse, non secundum jus Civile, sed iuxta jus Canonicum, ut probat ibidem, q. 2 per tot. Circa iurisdictionem vero, explorati iuris est, posse Iudices Regios ordinarios cognoscere de causis succesionis ab intestato solum intra 4.m gradum, iuxta computationem civilem; extra illam vero solum Tribunalia Cruciatae cognoscere posse de causis succesionis ab intestato. Unde quoties non adsunt consobrini, seu patrueles, jurisdictio Tribunalium Cruciatae privativa est. Et hanc eandem sententiam tenet Laguner de fructibus par. 1. cap. 23. ex num. 110.

An et quando repraesentatio locum habeat in succesione ab intestato inter descendentes, et quid inde consequatur, vide tom. 1. Observ. fol. 154. verbo Heres. D. Salgado in labyr. par. 2. cap. 25. Robles de repraesent. lib. 1. cap. 11. et lib. 2. cap. 1. num. 28. et 29.

Successio abintestato pupilli.

In regno Valentiæ, specialibus legibus cautum est, in successione ab intestato minoris quindecim anno rum (ad quam usque ætatem pupillaris in eo Reg no iudicatur) aut furiosi, aut alterius intesta bili, quod bona, quæ pupillus, aut intestabilis habuit a patre, aut linea paterna, spectant ad proximiores pupilli, aut intestabilis ex parte patris, exclusa penitus matre a successione intestata filij, solum illi legitima reservata. In bonis autem ex materno genere pupillo obuen tis, succedit mater ab intestato, uel ea deficien te, consanguinei proximiores ex materno gene re. Et in bonis, quæ neque ex paterna linea uel materna, sed aliunde habuit pupillus uel intestabilis, proximiores indistincte succe dunt ab intestato, siue ex linea paterna sint, siue materna: ita tamen, ut proximitas atten di debeat respectu proximi stipitis, ut constat ex Foro 2. 10. 11. et 12. de intestatis. Bas omnino vi dendus in Theatro Iurisprud. p. 1. cap. 26. ex nu mero 50. Ubi docet, hanc foralem dispositionem pariter procedere in substitutione pupillari, ad instar Constitut. Cathaloniæ, quæ incipit Los in pubers, tit. de pupilars, y altres substitucions.

Spolia Ecclesiastica.

In causis spoliorum, et aliorum jurium Cameræ Apostolicæ, proceditur simpliciter et de plano, sine strepitu, et figura Judicij, sola facti veritate inspecta, contradictores, appellatione postposita compescendo, iuxta Constitutiones Apostolicas quas fere ad literam refert Navarrus in tractatu de Spolijs per totum; in quibus datur facultas procedendi, omissa quaqumque solemnitate judicij, et conjunctim in petitorio et possessorio, remotis Iuris apicibus. Quod procedit etiam de jure, clement. Dispendiosam, et ibi Glossa de Iudicijs. Et comprobatur ex facultatibus per Summum Pontificem, et Sedem Apostolicam concessis Collectori Generali, procedendi summarie, simpliciter, absque ulla terminorum substantialium substantiatione, et manu Regia, omni appellatione remota, ut in §. 16. earumdem facultatum continetur, a quibus regulatur, et dependet Iurisdictio Nuncij, et Collectoris. Rota decis. 250. n. 1. par. 2. Recent. In causis enim spoliorum, et aliorum jurium Cameræ, quia sunt debita Ecclesiæ, et Fiscalia, non appellatur. Ledoan. de Spol. q. 13. n. 35. Quæ omnia non leviter confirmantur ex Constitutionibus Apost. Leonis X. 24. in 1. par. Bullarij fol. 515. in qua Causas spoliorum, et jurium Cameræ Apostolicæ, simpliciter, et sola facti veritate inspecta tractari, et expediri mandat, et Pij V. 51. in 2a. parte eiusdem Bullarij fol. 206. ubi prohibet signari, et expediri Commissiones, et Inhibitiones in causis prædictis, non citato Commissario ipsius Cameræ, aliterque expeditas, nullas, irritas, et non attendendas declarat, ut docte prosequitur Ludovicus a Valle, olim Fiscalis Cameræ Apostolicæ in ijs Regnis, in praxi Collectoriæ Apostolicæ Hispaniarum, editam Ianuæ, apud Iosephum Pavonem, anno 1631. par. 1. cap. 14. per tot.

Sed an in spolijs Episcoporum, et in Collationibus fructuum Ecclesiarum vacantium, locum habeat adjectio seu ut vulgo dicimus Pisa del quarto. Vide supra fol. ~~964~~ 91. Barbosa lib. 3. voto 81. Balmaseda de collectis q. ~~12~~ 25. n. 17. D. Hea tit. 3. q. 3. num. 36.

De materia spoliorum vide D. Solorzan. de jure Indiar. tomo 2. lib. 3. cap. 11. et Navar. in speciali tractatu de Spolijs Ecclesiasticis.

An et quando possit Episcopus in ægritudine constitutus, donare bona intuitu Ecclesiæ acquisita, videndus et D. Solorzanus tom. 2. de jure Indiar. lib. 3. cap. 10. ex n. 85. Barbosa voto 81. per tot. maxime ex num. 18.

[illegible] nota conce[illegible] [illegible] fol. 271. spolia Episcoporum [illegible] qui [illegible] pro hibitione [illegible] de [illegible] [illegible] L. 2. [illegible]

Societas.

In societate inita respectu negotiationis particularis, socij censentur habere reciprocum mandatum, et ideo ex contractibus socij, omnes consocij in solidum obligantur, ut magistraliter docet pro veritate scribens Cardin. de Luca discur. 87. de credito per totum. An autem haec obligatio restringatur ad capitale societatis, aut pecunia sociali, an vero extendatur ad reliqua bona, et universum patrimonium sociorum, quaestionis est, in qua negativam sententiam tamquam regulam statuit de Luca citatus num. 11. alios referens; non tamen sunt contemnenda fundamenta relata a Fontan. decis. 504. quae contrariam opinionem confirmare videntur, et ipsemet Luca, regulam negativam ex facti circunstantijs limitandam esse docet.

Societas

An iure naturae licitum sit, pecuniam publico mercatori, ea lege tradere, ut salua sorte, quotannis certum redditum, iuxta temporis varietatem, loci situm, et Comerciorum frequentiam, minus reddere debeat, anceps est quaestio, in qua Sotto de iust. et iure lib. 6. quest. 5. artic. 2. usurarium esse contractum docet, idemque tenent Rebellus in eodem tractatu lib. 15. quest. 1. Anton. Gom. lib. 2. variar. cap. 5. n. 4. et alij apud Tribalinum de usuris lib. 6. cap. 2. artic. 1. Moventur ex eo, quod nihil aliud sunt haec pacta, quam mutuum, quod iure naturae accessionem non patitur; et assumptum sic probant: Contractus ille, per quem dominium pecuniae in alium transfertur, cum obligatione illam post certum aliquod tempus, integram restituendi, est verum mutuum, ut ex eius deffinitione constat; atqui in proposita specie pecuniae dominium transfertur in mercatorem, ita ut post certum tempus, salvam, et integram reddere debeat: ergo verum et reale mutuum specie societatis contrahitur.

Confirmatur, nam Sixtus V in Constitutione, quae incipit Detestabilis, edita 25 Octobris anno 1586, quam refert Cercura Epithome 142, damnavit omnes et quoscumque contractus, conventiones, et pactiones, post hac ineundos, seu ineundas, per quos, seu quas cavebitur personis, pecunias, animalia aut quaslibet alias res societatis nomine tradentibus, ut etiam

Natalis in theolog. Dogmat. tom. 2. tract. de peccatis cap. 3. reg. 24. pag. 303. hunc contractum damnat, ductus authoritate Constitutionis Sixtinae; sed eius fundamenta non callens. Ipsum vide in dicta reg. 24. et 26.

fortuito casu, quamlibet iacturam, damnum, aut amissionem sorti contingat; sors ipsa, seu capitale salvum sit, et integrum a Socio recipiente restituatur; sive ut de certa quantitate, vel summa, in singulos annos, aut menses, durante societate respondeatur. = Et hanc sententiam post alios tuetur Card. de Luca, disc. 4. de Usur. per tot, et in conflictu, observ. 164, eo praecipuo motivo, quia contractus trinus ex tali conventione resultans, idealis est; re ipsa vero mutuum cum usuris omni jure damnatum, non constito de lucro cessante, aut damno emergente, licet dicto disc. 4. n.° 14. agnoscit etiam in foro fori practicari posse huiusmodi conventionem triplicem, si explicite, palam, et expresse facta sit.

Hoc tamen Eminentissimi Viri, aliorumque, quos ipse refert sententia, falsissimo nititur fundamento, dum supponit in hoc conventionis genere dominium in mercatorem transferri. Quod ex eo convincitur, quod assecuratio sortis, non transfert dominium rei assecuratae in assecurantem, ut patet in commodato, deposito, et locato. Licet enim commodatarius, depositarius, et conductor obligari possint iusto pacto ad periculum rei commodatae, depositae, aut locatae, non tamen eo inde eius domini fiunt; alioquin posset commodatarius equum sibi commodatum vendere, depositarius supellectilem, et conductor domum, quoties periculum rerum istarum, etiam quoad casus fortuitos, adiecto pacto in se suscepissent, quod est absurdum. = Rursus: pactum istud assecurationis sortis, dominii translationem excludit, et evidenter probat, mutuum non adesse. Opus enim non esset assecuratione sortis, nisi supponeretur contrahi societatem, illamque intenderent contrahentes. Si enim transiret in Socium mercatorem dominium, qui non socius, sed mutuatarius esset, opus non foret illum astringere ad praestandum periculum sortis, ad quod teneretur ex natura mutui, cuius vigore, dominus rei mutuatitiae factus esset, quae proinde domino suo, idest mutuatario periret. Unde idem in hoc casu evenit, ac in pura societate, in qua socii dominium rei in communi collatae retinent. = Et ad Constitutionem Sixtinam plene satisfacit Gualinus ~~tom.~~ lib. 6. de Usur. cap. 8. artic. 3. ubi recte meminit Pium V, census damnare, et foeneratitios declarare, eo ipso quod contraherentur, aut contracti essent praeter, aut contra formam in eius motu proprio expressam; et tamen nullibi extra Italiam de iustitia census dubitatur, licet conditiones a Pio praescriptae non adsint. Cur ergo in vim Sixtinae Constitutionis contractum istum damnavimus, qui cum Iure naturae non pugnat, nec bonis moribus adversatur? Neuter igitur Motus proprius obstat. Tum quia neuter receptus est; tum quia Pontificum intentio solum fuit, et esse potuit, ve-

rum fœnus damnare; non autem conventionem naturali Iuri consonam. Damnavit igitur Sixtus contractum, in quo solum ex vi societatis, nullo pretio soluto, sors salva redditur, et certum lucrum spondetur, ut viuæ vocis oraculo declarasse eundem Papam testantur Escobar Epithome 142 theorem. 36 in fin. Gibalin. ubi proxim. Carleval tit. 3. disput. 7. n. 22. et Leotard. de usur. quest. 31. n. 13.

Hinc patet secundam sententiam, aprobantem contractum trinum in proposita specie verissimam esse, et merito tenendam tanquam comunem, et à Maximis Theologis, et Canonistis defensam. Eam tenent Navarr. in Manua. cap. 17 ex n. 251. D. Covarr. lib. 3. var. cap. 2. n. 3 et 4. Molina de Iust. et Iure tracta. 2. disput. 417. Bonacina de contract. par. 4. quest. 3. et par. 3. quest. 6. Lessius de Iust. et Iure, lib. 2. cap. 25. dubio 3. Gibalin. omnium plenissime, lib. 6. de usur. per tot. max. cap. 3. et seqq. et post illum Theofilus Reinaldus, qui theologastros vocat contrariæ sententiæ assertores. Et probatur ex textu expresso in cap. Per vestras 7. de donationib. inter virum, et uxorem, ubi Innocentius 3, sortem dotis, cum maritus ad inopiam vergeret, publico mercatori tradi suadet, ut integram denuo reciperet, et preterea, partem aliquam certi lucri perciperet. Quod fieri non poterat, nisi mercator periculum pecuniæ sibi collatæ præstaret. = Deinde ex L. si non fuerint 29 § ita coiri ff. pro socio, et ex §. 2. Institu. de Societate, ubi Ulpian. et Iustinian. docent, ita cohiri societatem posse, ut unus socius nullam damni partem sentiat, lucrum vero comune sit: ergo licita est societas inita cum pacto, ut tradens pecuniam in societatem, et comercium exercendum ei, qui operam, industriam, et laborem subiturus est, nullam in ea pecunia damnum patiatur, sed eam integram recipiat, quocumque casu perieirit; lucrum vero comune sit = Deinde probatur argumento demonstrativo, desumpto ex Leotardo, quest. 31. n. 13, et seqq. = Contractus societatis licitus est, et iuris gentium, L. 5. ff. de Iust. et Iure, et conventio suscipiendi periculi tam sortis, quam lucri pro certo pretio, à Iure aprobatur, L. in nave, ff. Locati L. 1. §. sed et ff. depositi, et spei etiam emptio est, L. nec emptio, ff. de contrahen. empt. Nihil vero prohibet hos contractus sine fraude inter eosdem celebrari; quia quod in diversis personis recipitur, in uno et eodem recipiendum est, L. singularia 15 ff. de reb. credit; nihil igitur prohibet quominus contractus, sive cum tertio, sive cum socio celebretur.

Rursus: illa societas, cuius pacta, leges, et conditiones neque invicem, neque cum natura Societatis pugnant, et quae nullam prorsus iniustitiam continent, licita et equa est; atqui pacta, et leges de assecuratione sortis, et minori lucro certo pro maiori incerto, neque invicem, neque cum natura societatis, cui adjiciuntur pugnant, neque iniustitiam nullam afferunt: igitur societas cum huiusmodi pactis legitima, et iusta est. Praemissarum certitudo constat ex traditis a Gibalino citato cap. 3. artic. 3. 1. et 5; consequentia tenet. = Et nota ex eodem Authore, qui caeteros cumulat, lib. 6. cap. 6, hunc trinum contractum, non solum expresse, sed etiam tacite, et implicite fieri posse, tam simul, quam successive; et licet quoad forum internum nihil referat, an haec tria pacta exprimantur, vel non, dummodo animus foenerandi non adsit: in foro tamen externo, haec expressio maxime iuvat ad vitandam fraudis suspicionem; et casu quo implicite celebretur, utile est declarare pecuniae dominium, se illam mercatori tradere omni meliori modo, et prout melius de iure liceat. Et hac sententia, non tam probabili, quam evidens dici meretur, ut prae caeteris allegatis tenet Narbona in L. 15. tit. 18. lib. 5. recop. glo. 2. Carleval de iudic. tit. 3. disput. 7. ex n. 15. Scorcia, Epithom. 142 theorem. 367.

Societas = Certum est licere mutuanti aliquid ultra sortem accipere, ratione periculi in se suscepti, navigationis, licet repugnare videatur litterae textus in Cap. Naviganti de Usur. ut docent communes Theologi apud Fagnanum in dic. cap. naviganti n. 12. Covarru. lib. 3. var. cap. 2. et num. 5. Et licet maxima sit difficultas, quae ex hac oritur Decretali, ex traditis a Fagnano, et a Gibalino, lib. 2. de Usur. cap. 4. artic. 3 per tot. Leotardo quest. 23: cessat tamen ex doctrina Card. de Luca de Usur. disc. 3 per tot. ubi probat, contractum hunc, in quo quis propriam pecuniam tradit naviganti, assumens in se periculum, et aliquid ultra sortem accipiens, veram societatem esse, in qua unus ponit pecuniam, cuius periculum ad se pertinet, alter vero industriam, cum participatione lucri, in verosimili quota taxati, ut latius ibi.

Servitutes

Aedificare in suo, et aedificia tollere usque in Celum, fenestrasque in suo aperire liberum est. L. altius. Cod. de Servit. et aqua. Antunez, et apud eum omnes, de donation. lib. 3. cap. 33. ex n. 18. qui omnino videndus est in materia servitutum, et respective libertatis. Haec regula plures patitur limitationes, de quibus ibi: praecipua vero est, quando dominus aedificare volens, fuit alterius impeditus, et opere destitit; tunc enim si post longum tempus iterum edificare voluerit, iure prohiberi poterit, quia praescriptio in servitutibus negativis, currere incipit à die prohibitionis, et sine ea non procedit. L. sequitur, 4. § si viam, ff. de usucap. L. qui luminibus ff. de Servit. pleni Antunez citatus, nº 15. et iterum num. 23. cum seqq. qui num. 25 recte monet, aliquando etiam sine prohibitione procedere praescriptionem in servitutibus negatibis, quando praescribens habet iustum aliquam titulum, ex Cyriaco controver. 28 n. 22, et 23.

Servitutes causam continuam, idest continuam possessionem, seu quasi habentes, ordinaria praescriptione acquiruntur Antunez dicto lib. 3. cap. 33 n. 24. Si tamen causam continuam non habeant, nec continuam possessionem requirant, quaestionis est, an tempore ordinario praescribantur, an vero immemoriale desiderent. et licet aliqui DD. huiusmodi servitutes praescribi asserant decem annis inter praesentes, et viginti inter absentes, vel saltim longissimo tempore 30, vel 40 annorum, iuxta text. in L. omnes, 3, et L. si cui 4, cod. de longi tempor. praescrip: tamen contraria sententia, ut solum per tempus immemoriale praescribantur, verissima est, et comunivi Doctorum calculo, et Tribunalium praxi recepta, ut optime docet Cancer. omnino videndus, variar. par. 3. cap. 4. ex n. 45. et ante eum D. Covarr. lib. 1. var. cap. 17. n. 4. et ibi plenissime Faria in addition: hoc intellecto, quod si servitus, etiam discontinua, ~~sit~~ [ea lege constituta sit] alternis annis, vel mensibus, quis ea utatur, amittitur duplicato tempore, ex singulari, et expresso textu in L. 7. ubi Glo. et Bart. ff. quemmad. servit. amittant.

Difficultas quidem est, et maxima, quando incipiat praescriptio; et distinguendum est cum Cepola, de Servit. cap. 20. n. 15. inter servitutes negativas, et afirmativas. In negativis enim, quae consistunt in prohibendo, ut est servitus altius non tollendi, non edificandi &c, non acquiritur quasi possessio, nisi per prohibitionem ex parte pretendentis servitutem, et pacien-

tiam adversarij. In affirmativis verò quae consistunt
in faciendo, non requiritur prohibitio, quia usus, et patien-
tia adversarij pro possessione habetur. Unde merito docet
Avendaño de censib. cap. 8. nº 23 et 22 servitutes negati-
vas, nullo unquam tempore praescribi, nisi constet de pro-
hibitione, et subsecuta acquiescentia, nisi forte alegetur
titulus, et probetur per immemorialem, modo tradito
a D. Crespi, observ. 14 per tot. Ratio est, quia non constito
de prohibitione, actus tribuuntur facultati, et familiari-
tati, quae omnem praescriptionem excludit. Sed nonne
eadem ratio militat in servitutibus affirmativis, qua-
rum usus à mera servientis domini voluntate pendet?
Res ita se habet, et tamen in his servitutem praescribi
tempore ordinario non ambigitur. Cur tam va-
riè?

Disparitatis ratio in eo consistit, quod iuxta Iuris-
consulti Pauli sententiam in L. fin. ff. quemadmod.
servit. amit. servitute usus non videtur, nisi is, qui
suo iure uti se credidit, et ut ibi explicat Glosa, non
simplex usus, sed bona fide etiam requiritur, ut ser-
vitus praescriptione acquiri posset; imò certum est, in
praescribendis, tam continuis, quam discontinuis servi-
tutibus, allegari debere aliquem titulum, et probari
à quo, vel à quibus fuerit habitus, et quod usus fuerit
servitute, tamquam ex titulo allegato, sciente, et pa-
tiente adversario. Gratianus, discept. 681 ex nº 39. Fon-
tanella, resolut. civil. 18 ex nº 19. Constare itaque de-
bet de continua posessione cum titulo, et bona fide, ita
ut nisi testes deponant de usu per illud tempus, et quod ta-
lis usus factus fuerit, non iure familiaritatis, sed servi-
tutis, cum bona fide, et titulo, praescriptio locum non
habet. Et amplius debet etiam probari initium posesio-
nis, eiusque finis. Menochius, consil. 11 ex nº 19. Fon-
tanella videndus, dicta resolut. 18 ex nº 19.

Vide Ant. Gom. Var. lib. 2 cap. 15. nº 26. qui tituli necessitatem negat: cum tamen impugnat, et iure quidem, Sourez, in addition. litera O.

Quid in praescribenda libertate? Cepola dicto cap. 20.
nº 6. distinguit inter servitutem urbanam, et rusticam.
In urbanis bonam fidem requirit; in rustica vero secus.
Rationem assignat, quia in praescribenda libertate re-
quiritur factum, et usus praescribentis. Unde nihil minus,
si eius bona fides requiratur. In rusticis vero, sola neg-
ligentia atenditur, ac per consequens bona fides non re-
quirit. Et haec est sententia Glosa in L. fin. dicta.

in cuius comprobationem, vide expressum textum in L. 16 tit. 21 par. 3. et ibi Greg. Lop.

In materia Sequestri, an et quando fieri possit lite pendente an requirat citationem, et alia huiusmodi, vide Allegationem pro D.ª Maria Anna de Vilafes et Zuarra, Comitissa de Sinarcas, cum D.ⁿᵒ Fran.ᶜᵒ Ladron, per totam, tom. 2. f. 411.

Separatio bonorum, an et quando fieri possit, vide Allegationem pro Didaco Desclapes Domicello, cum Sor Prudentia de Santa-Cilia, dubio 1. per totum.

Separatio bonorum. Filius electus ab eligere gravato, cum non ab eligente, sed a patre electionem concedente, qui habeat, potest hæreditatem patris adire, et hæreditatem eligentis repudiare. Cristany cum Senatu Cataloniæ decis. 54. n. 43. tom. 2.

Stillatitium, seu aguardiente, nequit a Clericis et Regularibus fabricari, ut late probat Pignatel. tom. 8. consult. 1. et tom. 5. consult. 84. utrobique plenissime, et multo minus eam minutatim vendere in taberna; tum propter indecentiam; tum quia est negotiatio lucrativa. Vide Pasqualucium in Compen. par. 1. pag. 313. et par. 2. pag. 105. Contrarium docet, et pare quidem Cardin. de Luca de Regal. discur. 53. ex n. 8. ubi, quod huiusmodi fabrica non est, nec dici potest negotiatio ad lucrum ordinata, sed artificium necessarium ad fructuum perceptionem; et iuxta hanc sententiam, consultus ab Ill.ᵐᵒ D. Episcopo, respondi, die 4 Julij 1723. Vide volumen.

Separatio bonorum fieri potest ab hærede beneficiato, in terminis iuris communis, dato defensore hæreditati, eodem modo, ac in Regno Majoricarum fit ex Regia Pragmat. per hæreditatis depositionem. Ita magistraliter docet D. Salgado videndus in Labyrin. par. 1. capite 9. ex n. 1. ad 41. Et par. 2. cap. 22. ubi plenissime contra D. Christophorum de Paz.

Spolium.

Sola Judicis Authoritas non sufficit ad impediendum spoliatum, quin utatur remedio reintegranda: quia Judex, qui aliquem privat sua possessione absque causa cognitione, et non observato Juris Ordine, spolium committit, et in hoc casu equaliter reintegrari debet qui spoliatus fuit mandato Judicis, ac si fuisset sua possessione privatus ab aliquo particulari, l. meminerint 6. C. Unde vi. Menoch. de recuperanda possess. remed. 8. per tot. Boer. decis. 238. Gratian. decis. 110. n. 8. et seqq. Cancer var. par. 2. cap. 3. a n. 6. Ripoll ad Peguera rub. 15. n. 11. et seqq. Videnda tamen est in materia docta Allegatio pro Villa de Horta, cum Josepho Cortes per tot. qua habetur in 2°. tomo Allegationum Cataloniæ Josephi Bassa.

Substitutus pupillaris, an possit pacisci super hæreditate pupilli viventis, vide Gutierrez de juramento, cap. 42. fol. 133.

Sententia.

Effectus sententiæ non porrigitur extra eos, qui in judicio fuerunt, l. et an eadem ff. de re judicata l. denunciasse §. quæritur de adulter. Cancer. tom. 3. variarum cap. 17. a n. 140. ex Innocentio in cap. causam n. 7. qui filij sint legit. Craveta cons. 232. n. 3. et hoc licet actio, et defensio procedat ex eodem fonte, ut declarat idem Cancer ibidem, et cap. 10. de content. jurisdict. a n. 99.

Vide D. Salgado in Labyr. par. 3. cap. 1. ubi de effectibus sent. gradationes.

Ut sententia in aliqua causa lata, noceat tertio, qui in judicio non fuit, tria debent concurrere requisita. Primum, quod sciverit, causam per alium agitari. Secundum, quod actio, seu defensio, ad eum principaliter et primo loco spectaret. tertium, quod litigans habeat jus, et causam ab illo tertio. Covarrubias practicarum qq. cap. 13. n. 6. 7. et 8. Vide Cancer. var. par. 3. cap. 17. n. 553. et 554.

Sententia inter alios lata, alteri non præjudicat l. sæpe 63. ff. de re judicata l. 1. C. res inter alios actas &c.ª l. 2. in fine C. de fidei Instrumentorum, l. Modestinus 10. C. de exception. l. 1. et 2. C. quibus res judicata non nocet. Gratian. disceptat. forens. cap. 769. n. 1.

Ut obstet res judicata, requiritur quod sit eadem persona, eadem res, idem jus, et eadem causa petendi, quæ nisi omnia concurrant, alia res est. textus expressus in l. cum quæritur cum duabus sequentibus ff. de except. rei judicatæ, Leon tom. 1. decis. 78.

per tot. maxime a num. 2. = Sufficit tamen, quod eædem sint personæ, largè, ut comprehendantur successores universales, et in rem, actoris, et Rei. Leon ibidem, Ioannes Franciscus de Ponte consil. 49. n. 4. cum segg. et consil. 90. n. 1. Menoch. consil. 390. n. 37. et 38. = Fallit, nisi sententia lata fuerit re qualitatis juris publici, nam tunc alijs non citatis præjudicat eod. Leone cum Senatu valentino in citata Decisione Cancer. lib. 3. cap. 17. a n. 190. Fontan. de pactis nuptial. claus. 4. glos. 17. n. 88. quos vide.

Sententia. Ut sententia inter alios lata, tertio præjudicet, tria copulative requiruntur. Primum, ut lata sit cum legitimo contradictore. Secundum, ut non sit in contumaciam lata, sed facta legitima discussione, et diligenter defensa causa in progressu judicij. Tertium, ut non per collusionem sit lata, in judicio, ordinario, et principaliter proposito. Merlin omnino videndus, qui plures refert de pignor. lib. 5. tit. 1. q. 39. n. 16. 17. et 18. Tristany tom. 2. decis. 31. n. 154.

Sententia ut obstet, requiritur, quod concurrant tria requisita, identitas rei, identitas causæ, et identitas personæ. l. cum quæritur 12. cum duabus segg. ff. de excep. rei judicatæ, Surdus cons. 114. et de alimen. tit. 1. q. 126. n. 2. Rota diversor. decis. 100. n. 3. et 4. par. 1. Intrigliol. decis. 3. n. 152. lib. 3. singul. 56. n. 1. Giurba decis. 20. n. 1. Salgado de Reg. Prot. par. 3. cap. 16. n. 28. Carol. Tapia decis. 35. n. 1. et dec. 36. n. 1. Hæc requisita debent esse copulative, et complexive, ita ut uno deficiente, non est locus rei judicatæ. Vide in materia et in his terminis, Consultationem super Successione Statuum Cardona fundamento 4. per totum, tom. 1. Allegat. fol. 344.

Sententia Principis an, et quando faciat legem? Vide D. Crespi obser. 22. q. 6. a n. 197. ad 229.

Sententia Arbitrali.

Arbitralis sententia debet executioni mandari praestita cautione, licet ab ea fuerit appellatum, vel interpositus recursus ad Regiam Audientiam, et hoc est in concussa praxi Maioricarum, ut constat ex exemplaribus notatis in alio libro Decisionum, in verbo Sententia. Ita recentissime declaravit Regius Senatus, die 23 Junij 1720, in favorem Laurentij Ballester, et contra D. Jacobum Ballester, et Antoninam Ballester fratres suos. Et nota, quod in hoc casu, non solum fuerat appellatum pro parte dictorum Jacobi, et Antoninae, sed etiam de nullitate dictum, et quia hoc non erat notoria, imo altiorem requirebat indaginem, decreta fuit executio.

Cardin. de Luca de judic. dis. 11. n. 7. Et constat ex Regia lege 4. tit. 21. lib. 4. Recopil.

Hac omnino videndum in Theatro Jurisprudentiae cap. 59. ex n. 28, subdens n. 32 arbitrorum sententias, in judicatum transire, elapsis decem diebus ex L. 5. Cod. de receptis arbitrijs

Quid de jure [illegible] in hoc casu? Vide Cortiad. tom. 3. decis. 172 ubi ex [illegible] sec. 24 de reform. cap. 12 docet, regulariter [illegible] debitam [illegible] inquisitione [illegible], licet secus si inquisitione facta.

Stuprum Virginis.

Corrumpens virginem sive vi, licet sponsalia non praecesserint, aut intervenerint, tenetur copulative eam dotare, et uxorem ducere. Constat ex expresso textu in cap. 22. Exodi, et habetur ad litteram in cap. 1. et 2. de adulter. et stupro. Vallens. in paratitl. ad Jus Canon. lib. 5. tit. 16. §. 2. Clarus §. Stuprum n. 3. et communiter DD.=

Hoc de jure procedunt; in praxi tamen obtinuit, ut obligatio stupratoris sit tantum alternativa, nubendi scilicet, vel dotandi, haecque est generalis consuetudo, de qua testantur idem Clarus ubi proxime, Thesaurus decis. 3. a n. 2. Antun. tom. 2. de pact. clausula 5. glos. 5. par. 1. n. 8. Gutierrez Canonicar. qq. lib. 1. q. 37. n. 7. Farinac. de delictis Carnis, q. 147. §. Nos n. 38. Lugius de illegit. et natural. liber. commen. 1. §. 5. Cancer par. 3. var. cap. 11. n. 25. Faber in C. lib. 9. tit. 7. defin. 5. Gomez in l. 80. Tauri n. 8. Rota apud Farin. decis. 174. et alij.

Solutio. Vide Depositum.

Solutio. 1 Debitores tam Civitatis ab hostibus captæ, quam Civium, si fuerint exacti a Tyranno, seu summo Principe victore, et ipsi soluerint, liberantur, dum injuria Creditoris fuerint exacti, non debitoris culpa. Antunez de Donation. Reg. lib. 3. cap. 26. n. 103. et ibi D. Crespi obser. 94. a n. 10. et alij; quia debitor debet se gerere bona fide, et non fraude, tenetur que appellare, et creditori denunciare, immo, et diligentiam adhibere, ut à solutione excusetur. Antunez ibidem n. 103. quia si non contradixit, dicitur sponte soluere, ibidem n. 104. Unde tria requiruntur, nempe, quod debitor causa creditoris sit exactus: quod coactus, et non sponte soluerit, et quod mora non fuerit per debitorem antea commissa. Antunez n. 104. cum D. Crespi, et Afflict. Addit tamen Antunez ibidem n. 105. et 106. sufficere metum vel præceptum victoris, quia ut debitor concussus dicatur, satis est metus coactionis, et sufficit potentia cogendi, licet ad actum coactionis deventum non sit. Et sufficit etiam lex, vel præconium tyranni ad soluendum. Non liberatur tamen debitor, acceptilatione, pacto de non petendo, vel alio modo remissionis. Antunez ibidem n. 107. et 108. et ibi, Advertendum tamen est, quod si debitor tempore exactionis factæ a tyranno, jam moram contraxerat, licet coactus soluat, non liberatur secundum Angelum in l. creditor 102. ff. de solution. quem refert, et sequitur Afflict. decis. 150. n. 8. late D. Crespi, obser. 94. n. 56. et 57. ubi hanc partem confirmat, et contrariam solidis refutat rationibus. = Vide Decisionem Regiæ Audientiæ ~~Audientiæ Justitiæ~~ Cataloniæ supra lit. D. verbo Depositum fol. 84. et D. Olea tit. 7 q. 10 ex n. 18 ubi solide docet iuridicam esse hanc distinctionem.

Successor fideicommissi.

Successor in fideicommisso, qui sit hæres grauati alienantis, tenetur præcise habere ratum factum sui Authoris, quatenus sit hæres absque beneficio inventarij, vel isto accedente, iura hæreditaria suggerant, ita ut etiam in iuribus ex propria persona competentibus, locum habeat regula textus in l. cum a matre C. de rei vindicatione, et non admittatur ad ipsam rem vindicandam, quamuis æstimationem, vel interesse offerat. Secus vero est, ubi accedit prohibitio alienandi expressa, maxime si adiecta sit ratio, quia testator vult conseruari bona in familia, cum tunc regula prædicta cesset. Ita Eminentissimus Cardin. de Luca de fideicom. discur. 145. n. 3. et melius discur. 161. n. 9. ex Grammatico decis. 93. Gabriel, consil. 125. n. 22. lib. 1. Addentes ad Burat. decis. 325. n. 6. Plene Rota in Bononiensi, fideicommissi de Rubeis 30 May 1646. coram Corrado decis. 363. parte 10 recentior. concludens, quod hæc est doctrina vera, rationabilis, et recepta.

Vide D. Salgado in labyr. par. 1. cap. 38. n. 35. et alios ab eo citatos, Rojas de incompat. par. 5. cap. 6.

De hac eadem materia tractat idem Cardin. de Luca in summa de fideicommissis, ubi postquam in antecedentibus docuit hæredem alienantis, quamuis iure proprio vocatum, teneri de contractu, seu propter alienationem defuncti, ita ut eam nequeat impugnare, hæc habet: Plurimum autem refert, an hæc alienandi prohibitio emanet a sola prohibitione legis, vel etiam huic legali prohibitioni, accedat illa hominis. Primo enim casu, actus habet implicitum statum validitatis, atque non dicitur nulla alienatio ipso iure, sed rescindenda ope exceptionis, post factum casum fideicommissi; in secundo autem, ut prohibitio hominis aliquid addat prohibitioni legis, dicitur nulla ipso iure. Atque aliquos operatur effectus, illum præsertim, quod primo casu prohibitionis legalis, si fideicommissi successor, habeat etiam hæreditariam qualitatem alienantis, quamuis esset cum

beneficio inventarij, quatenus vires hæreditariæ suppetant, tenetur prædicti servare factum sui Authoris, neque potest dicibendo personas, vindicare ipsa bona alienata, jure fideicommissi, et restituere pretium, seu præstare evictionem jure hæreditario, juxta magis communem, ac in foro receptam opinionem; in altero autem dupplici prohibitione legis, et hominis, ob actus irritationem ipso jure resultantem, dicta qualitas hæreditaria non obstat, eaque non obstante, datur jus vindicandi dicta bona, fortius vero, si earum qualitas, vel testatoris particularis affectio concurrat. Refert etiam inspicere, an hæc hominis prohibitio, sit in fideicommissio ordinato per ultimam voluntatem, vel in actu inter vivos, seu per contractum; prima enim fortior est, quam altera, quæ reputatur debilior, dum illa impedit translationem dominij ipsorum bonorum, sub prohibitione cadentium, altera vero non impedit, sed solum producit actionem ad damna, et interesse contra ipsum prohibitum, nisi concurrat reservatio dominij, quo casu remanet extra quæstionem, vel juxta unam opinionem contradictoribus non carentem, accedat hypotheca, seu juxta alteram pariter contradictam, accedat juramentum; magis vero, si utrumque simul. Hactenus Vir doctissimus cuius doctrina notanda, quia non alibi, ita bene digestam materiam reperies.

Successori immediato, competit administratio bonorum fideicommissi, quando est impeditus actualis possessor. Faber in C. lib. 4. tit. 2. deffin. 2. Fontan. de tutel. cap. 28. n. 12. Valenzuela consil. 27. Fontan. de pact. tom. 2. claus. 7. glos. 3. par. 1. n. 43. Olea de cessione jur. tit. 3. q. 2. n. 17. = Adde Escobar de Ratiocin. cap. 6. a n. 47. et cap. 28. a n. 29. Gutierrez de tutel. 3. p. cap. 17. a n. 3. Leon decis. 12. per totam, Altimari variar. cap. 10. n. 153. quem vide, pro cæteris.

Substitutio.

In substitutione quasi fideicommissaria, ad hoc ut locus sit substitutorum successioni, requiritur, quod effectum habuerit vocatio in immediate gravatis. Cancer. variar. par. 1. capite 1. n. 166. Less, et Cephalus apud ipsum; qui licet contrarium teneant, quando substitutio non est mere fideicommissaria, sed directe, vel verbis communibus facta, tamen in mera fideicommissaria docent, necessarium omnino esse, quod locum habuerit in immediate vocato, ad hoc ut intrare valeat fideicommissarius. Peregrinus de fideicom. art. 22. n. 29.

Substitutio.) In substitutione fideicommissaria pluribus facta, sub conditione, si omnes decesserint sine liberis, uno ex eis tantum sine liberis decedente, succedit in eius portione substitutus, et sic pluralitas in hoc casu resolvitur in suas singularitates. Nec in his terminis esse potest locus juri accrescendi, quamvis concurrat conjunctio re, et verbis. Docet magistraliter D. Leon tom. 2. decis. 121. per tot. omnino videndus, ubi plene subtilem hanc materiam pertractat, et juribus, ac Doctoribus confirmat a n. 23. cum binis in terminis Decisionibus, altera Regiae Aud.ae Valentinae; altera Sup.mi Aragoniae Consilij. Explicat docte, et practice l. haeredes mei §. cum ita ad Senat. Consult. Trebell. et adlegat plures magnae Authoritatis DD. qui suam sententiam tenent, et inter alios Seraphin. decis. 1190, Mantica de conjectur. lib. 11. tit. 5. n. 17. Menoch. de praesump. lib. 4. praes. 186. n. 12. Intrigliol. de substit. centur. 3. q. 48. n. 14.

Hanc doctrinam novissime sequutus fuit Senatus, Regia sent.a lata 24 Martij 1722. scriba Matheu, in favorem D.ni Francisci Desbrull, et D.a Annae Desbrull fratrum, contra Franciscum Desclapes Domicellum, et Antonium Roca, Curatorem haereditatis D.ni Josephi de Santacilia, in qua fuit decisum conditionem, si omnes sine filijs morerentur resolvi in singularitates, ita ut admitti debeat substitutus, licet aliquis ex cohaeredibus cum liberis moriatur.

Sed quid si in supra proposita specie concurrat influxus, et reciproca substitutio? Vide Decisionem Senatus, factam de tempore turbationum Reg.te Llenaflor 26 Junij 1711. scriba Rossello, inter Columbam, et Marianam Bibiloni, quae

habetur in alio tomo Decisionum verbo filij.

Vide Antonellum de tempore legali, lib. 2. cap. 10. per tot. et Leon Dec. 121. n. 54. et 55. et 56.

Substitutio facta pluribus sub conditione, si ambo, si uterque si omnes sine liberis moriantur, si fuerit vulgaris, aut pupillaris, omnium mors, repudiatio, aut impotentia est necessaria, ad hoc ut effectum habeat, l. quamvis, l. penult. C. de impub. In fideicommissaria autem, quolibet sine liberis decedente, locus erit substituto, quamvis proprietas verborum repugnare videatur, nisi conjunctus sit de liberis, qui ex praesumpta mente defuncti, substituto gravabit. Peregrinus, qui de communi testatur, de fideicom. art. 13. n. 56.

Si autem concurrit influxus, respondendum videtur pro filijs positis in conditione, non obstanti exemplari facto refert. Llenaflor, de quo non est curandum, tamquam facto tempore turbationum. Ratio est, quia si supponimus substitutionem factam fuisse in favorem Titij, in casu quo duo filij testatoris sine liberis decedant, resolvitur in singularitates, et idem est, ac si disponens dixisset: instituo primum, et secundum. Si primus moriatur sine liberis, substituo secundum; si secundus sine liberis decedat, substituo primum. Si ambo moriantur sine filijs, substituo Titium, et suos. Quo casu clarum est, filios utriusque cohaeredis positos esse in conditione, etiam in portione patrui, quin obstet praemorientia alterius eorum; immo propter hanc ipsam rationem, fit locus successioni etiam in portione patrui, ex conjectura duplicis influxus, quo operatur vocationem. Videndus omnino Fontanella tom. 1. decis. 160. per totam. = Ipse tamen Fontan. tom. 2. de pact. claus. 5. glos. 10. par. 2. n. 37. docet, filios positos in conditione, et ex conjectura influxus vocatos, admitti solum ad portionem patris, non cohaeredis, et patrui, quia respectu patris tantum, et in illius substitutione fuerunt positi in conditione. Rusticus in tract. de fil. pos. in cond. lib. 5. cap. 9. ex n. 1. Mantica de conjectur. lib. 11. tit. 3. n. 23. Nata consil. 501. n. 7. Thesaur. dec. 248. n. 18.

Testamentum.

Vide Cortea da Decisione 129. n 88.

Testamentum, seu alia ultima voluntas, non potest ab alieno arbitrio pendere. Unde nulla est haeredis institutio, legatum &c.ª quando testator ea committit alterius voluntati. l. illa institutio 32 ff. de haered. instit. l. 52. in fine de condit. et demonstrat. Sabelli in sum. verbo Institutio n. 21. et verbo testamentum, n. 12. Permissum tamen est, de alienis bonis testari, cum expresso consensu, et voluntate domini, quia tunc non videtur testari consentiens per disponentem, sed disponens ex se consentientis. Expressum ex. in l. sicut 8. §. venditionis 11. ff. quibus modis pignus, vel hypotheca solvitur. Peregrin. de fideicom. art. 44. a numero 32. Roder. Suarez ad l. quoniam in prioribus in declaratione L. Regni, limit. 5. n. 13. Quod adeo procedit, ut licet inter coniuges prohibita sit donatio, l. 1. et 2. de donat. inter vir. et uxor. potest tamen, unus ex alterius bonis disponere. Cardin. de Luca de donation. discur. 30. n. 10. et 18. Capic. Latro decis. 124. n. 26. Peregrin. de fideicom. dict. art. 44. n. 39. Pichini de testam. coniugum cap. 18. per tot. Larrea decis. 60. per tot. Faber de error. Pragmat. decade 51. error. 3.

Hae et plano procedunt, quando committitur facultas disponendi de bonis particularibus, ut ratiocinantur citati DD; si tamen aliquis consentit, alium disponere de omnibus bonis, iuribus, et actionibus, praesentibus, et futuris, nullus erit consensus, nulliusque effectus subsequuta dispositio, non solum quia haereditas pacto dari non potest, l. ult. C. de pactis, et ibi omnes, sed etiam quia ex dicto consensu, inducitur donatio universalis, qua

580 569

Vide Cortez de Decisione 123. n. 58.

tamquam destructiua libertatis testandi improbatur. Rod. Suarez ad dict. l. quoniam, limit. 5. a n. 13. Peregrin. dict. art. 44. n. 41. Vide Allegationem D. Michaelis Malonda pro Joanneto Portera, cum Elisabeth Auter, et alijs, in 1.º tomo Allegat. fol. 70.

Haec omnia iure communi attento procedunt; iure vero Castellae potest testator cuilibet comittere facultatem testandi: hoc tamen intellecto, quod mandatum indiget eadem solemnitate, ac ipsum met testamentum, leg. 13. tit. 4. lib. 5. Recop. Debet esse speciale ad heredis institutionem, substitutionem, et meliorationem. leg. 5. eiusd. tit. Et solum vigore liberae, et generalis facultatis potest declarare legata pia, et profana sibi a testatore commissa, adeo, ut debeat in instrumento mandati exprimi a testatore nomen heredis, ut constat ex d. leg. 5. et 26. Similiter tenetur Commisarius voluntatem testantis exprimere in Regni Castellae infra semestre; extra Hispaniam vero infra annum. Quod procedit licet dicat praefatae facultatis concessum non fuisse, ex leg. 7. eiusd. tit. Sita men huiusmodi facultate usus non fuerit, vel quia terminus expirauerit, vel quia noluit, locum habet successio ab intestato fauore consanguineorum, qui tenentur de quinta parte disponere fauore animae defuncti, dum modo non sint ex liberis testatoris, et ad hoc compelli possunt per iudicem secularem leg. 10. eod. tit. Et si testator heredem nominatum instituerit, solum poterit commisarius disponere de 5.ª parte bonorum. leg. 11. eod. tit. = Nota tamen, quod facultas Regia ad instituendum maioratum in persona filij, personalis est ex parte eius cui conceditur, et eius morte extinguit. Unde in Comisarium, vel executorem non transit. Haia de Acia Vidend. lib. 2. Var. cap. 26. ex n. 1. et cap. 27. et 28 per totum.

Vide l. 19. Tauri, et ibi Antonium Gomez; ex cuius doctrina, et illius leges decisione infertur, facultatem meliorandi in certis bonis, alteri committi non posse, adhuc cum speciali mandato. Alvar. de Mesa var. lib. 2. q. 26. n. 15. Leges, quae hic allegantur tauri-nae sunt, in ordine 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. et 39. An autem possit pater committere uxori facultatem meliorandi vnum ex filijs, quem voluerit, quaerito &c. Affirmat Matienzo in l. 5. tit. 4. lib. 5. glos. 3. Gomez in l. 31. Tauri n. 4. Gutier. pract. lib. 2. q. 42. Negat Tellius Fernandez in d. l. 31. n. 2. nisi nominatus fuerit a testatore is qui melioratur &c.

An, et quando fiat, vide Allegationem pro Didaco Desclapes Domicello cum Sor. Prudentia de Santa-Cilia, dub. 6. per tot.

Vide circa materiam transmissionis annotata in tom. 1. Observat. fol. 367.

Regula est in materia transmissionis, hæreditatem transmitti ut adeundam, id est, ut ponit a transmissario repudiari vel acceptari, prout ponit a transmittente, si viveret, l. si quis filium §. 1. ff. de acquiren. hæredit. l. unica C. de his, qui ante aperturam tabular. Cancer cum alijs par. 3. cap. 21. n. 161. et constat ex l. si ex pluribus ff. de suis, et legit. l. unica, §. in novissimo C. de caduc. tollen. l. quoniam sororem C. de jure deliber. l. emancipata C. qui admitti. Roal. de transmission. casu 8. a n. 1. clarè est, quia hæres ante aditam hæreditatem, nullum jus habet, l. si servus ff. de stipulat. servorum, et ideo non potest illud transmittere, l. traditio ff. de acquir. rer. dominio, l. nemo potest ff. de reg. jur.

Limitatur tamen in infante, qui si in infantili ætate decedat, transmittit ad patrem hæreditatem matris, vel lineæ maternæ, sibi delatam, non tamquam adeundam, sed tamquam aditam, ex literali, et expressa decisione text. in l. si infanti 18. C. de jure deliberandi, l. ult. §. ubi autem C. de bonis, quæ liber. et ibi Donel. §. 2. n. 7. Cancer variar. par. 3. cap. 21. n. 163. Decius consil. 87. n. 22. Rufinus consil. 2. n. 15. vol. 3. Roal. de transmission. casu 8. n. 11. et n. 166. non vero transmittit ad matrem, fratres, et alios, sed solum ad patrem, ratione patriæ potestatis, Roal. ibidem, Vazquez de successión. progres. §. 8. n. 1. ubi alios allegat, et rationibus comprobat, Crassus §. transmissio q. 21. n. 3. et q. 27. n. 2. ubi dicit, hanc esse receptam Doctorum sententiam.

Advertendum tamen est, quod licet infans ex dispositione dictæ l. si infanti, solum ad patrem transmittat hæreditatem maternam, vel alterius extranei, ut aditam, non ut adeundam, minime vero ad alios successores: tamen

infans, ac etiam minor 25. annis, transmittunt ad quoscunque hæredes, beneficium restitutionis in integrum, adversus omissam hæreditatis aditionem, ex æquitate legis Panthonius ff. de acquir. hæredit. Noal. citatus n. 163. ubi quod hoc non procedit sine difficultate; ipse autem cum alijs stat pro affirmativa.

De materia transmissionis ex l. si infans C. de jure deliberandi fuse agit Lalius Altograd. tom. 1. consil. 83. per tot. ubi docet, ejus dispositioni locum non esse, quando concurrunt sorores pares in gradu, quibus magis debetur hæreditas hujusmodi, quam patri.

Transmissio. licet certa regula sit, hæreditatem delatam, et non aditam non transmitti, jus tamen petendi restitutionem in integrum ex capite justæ, et probabilis absentiæ, et probabilis ignorantiæ, sive consistat in facto, sive in jure perplexo, et dubio, transmittitur. Et quando dicatur constare de ignorantia facti probabili, aut de ignorantia juris, ad hoc ut possit concedi restitutio ex l. Panthonius ff. de acquirenda hæreditate. Altogradus videndus, tom. 1. consil. 24. per tot. = Et nota regulam quam in hoc capite, sive consilio supponit Altogrado, nempe, hæreditatem non aditam non transmitti, solum veram esse ad hoc ut non valeat considerare patrimonium transmittentis juxta doctrinas antecedenti pagina ponderatas, quas optime confirmat D. Salgado videndus in Labyr. par. 2. cap. 25. ex n. 66. et in casibus, quibus locus est transmissioni, quæ exceptiones sunt regulæ generalis negantis hæreditatis transmissionem, de qua vide divers. 11. a n. 1. ad 23.

Azor, instit. Moral. tom. 3. lib. 4. cap. 16. q. 8. ait: Octavo quaeritur, an testis legitime a Iudice rogatus, veritatem tacens, teneatur ad restitutionem damni secuti in proximum, ex tacita veritate laesum. Respondetur ex communi sententia, eum teneri, quia eo ipso, quod est testis in judicium vocatus, agit personam, et officium publicum, et consequenter peccat contra justitiam debitam actori, accusatori, vel parti in tacita veritate.

Theologi distinguunt, inter secretum receptum simpliciter, et receptum in Sacramento Poenitentiae; nam S. Thomas 2. 2ae q. 70. art. 1. ad 2um De illis, inquit, quae homini sunt commissa in secreto per Confessionem, nullo modo debet testimonium ferre, quia hujusmodi non scit ut homo, sed tamquam Dei Minister, et majus est vinculum Sacramenti, quolibet hominis praecepto. Quod idem docuit Cajetanus in respons. ad 3um in fine, Navar. in cap. inter verba 11. q. 3a collorar. Soto de tegen. secreto q. 7. membro 2. concl. 4. vers. Attamen. In his vero quae secreto alicui committuntur extra Confessionem, tenetur quis revelare, ac testimonium ferre, quoad ea, quae secundum ordinem juris, ab eo per superiorem exiguntur, ut docet S. Thom. ibid. in corpore articuli. Unde Sotus loco cit. Non obstat, inquit, fides, quam quis secreto commisit, etiamsi jurejurando se adstrinxerit, quominus teneatur secretum detegere, si modo in judicio id, et ratione obligetur; quia fides secreti, non habet vim obligandi contra jus, nec praejudicium parit Iudici, quin possit compellere eum, quando ne-

Vide Lessium lib. 2. cap. 30. dub. 6.

cessum fuerit. Et inferius ait: Quicunque fidem secam alteri dixtinxerit, et jure ipso intergnet et intelligat id facere secundum jus; atque adeo, quando authoritate Judicis relevat secretum, nihil infidelitati admittit.

Sed et S. Bonavent. in 4. Senten. dis. 21. art. 2. q. 3. qu. ait, utrum recipiens aliquid in secreto, teneat. revelare Superiori præcipienti; et in fine respondit, teneri, etiamsi præstitisset juramentum de non revelando, quia juramentum est nullum, et in præjudicium veritati, et obedientiæ; ideoque addit, agendam esse poenitentiam de perjurio, pro eo, quod contra justitiam juratum est. Cujus dictum Angel. in ver. testis in fin. n. 33. intelligit, procedere, quando superior hoc requirit ex aliquo bono respectu, et ut pater provideat, atque ita conciliat S. Bonavent. cum doctrina S. Thomæ.

Item Guido Fulgos. qui Clemens 4. inde creatus est, in Consult. ad Inquisit. q. 8. sic ait: Sed nec juramento, vel voto in contrarium emisso; nam licet veritatem celare possimus hosti, vel persecutori, ut 22. q. 2. cap. Ne quis, Judici tamen veritatem investiganti, eam celare, mortale peccatum est, ut 11. q. 3. cap. quisquis: ergo juramentum, vel votum in contrarium emissum non est servandum, 22. q. 4. cap. in malis. Pegna 2. par. Direct. lib. 2. Schol. 15. in fin. Alexan. de Ales in 4. Senten. dis. 19. art. 2. Pagnan. omnino viden. in cap. tua nobis detestam. n. 33. 38. et usque ad 49. lib. 3. Decretal. fol. 283.

7 f. 579 #

Territorium.

Ecclesiastici nec Episcopi non habent territorium a jure, nisi a Principe concedatur, aut immemorabili praescriptione acquiratur. Cortiada tom. 1. dec. 26. n. 38. Calderó tom. 2. decis. 84. a n. 19. et per tot. ac tom. 3. dec. 135. n. 21. et 22. et iterum decis. 141. a n. 25. ubi docet, quod territorium a jure gentium, est suprema potestatis Politicae et id varijs juribus comprobat. D. Ramos del Manzano ad ll. Jul. et Pap. lib. 3. cap. 47. n. 6. Et ideo dicitur Rex suprema Potestas, quia non recognoscit superioritatem aliquam in temporalibus, ut docent communiter Theologi apud, et cum Calderó, d. decis. 141. tom. 3. n. 27. Vide omnino Cortiada tom. 4. decis. 231. et Calderó tom. 3. decis. 106. utrobique plene.

Vide omnino D. Mathaeu de Regimin. cap. 7. a num. 170. ubi optime hanc adstruit sententiam. D. Salgado de Reg. Protect. par. 2. cap. 4. a n. 36. Cortiada tom. 5. dec. 268. ubi hanc late defendit sententiam, eamque exemplis, et authoritatibus adstruit, ac testatur de praxi.

Quod Episcopi non habeant territorium, a jure et sic etiam in casibus suae Jurisdictionis, nequeant procedere ad capturam laicorum, et poenarum executionem sine auxilio brachij saecularis, docet Glossa, et Baldus in l. Episcopalem C. de Episcop. Audientia, Cevallos de cognit. per viam violentiae q. 93. ex n. 37. ad 56. Larrea decis. 1. n. 21. qui n. 26. refert, Senatum Granatensem judicasse, Judicem Ecclesiasticum, exequendo laici capturam, vim fecisse. Ibi vide, et per [illegible]otam.

D. Solorzano in Polit. Indian. lib. 4. cap. 7. fol. mihi 285. docet Episcopum posse ex justa causa poenas pecuniarias indicere, post Concil. Trident. easque pijs locis applicare, hancque communem esse praxim,

et in comprobationem adlegat ita tenentes Covarrubias lib. 2. var. cap. 9. n. 8. et 9. Peregrin. de Iure Fisci lib. 1. tit. 2. ex n. 104. Gratian. discept. 154. a n. 24. Cenedo canon. qq. cap. 39. Cevallos lib. 4. com. q. 897. Bobadilla lib. 2. cap. 17. a n. 199. Farinac. tom. 1. crimin. q. 19. n. 51. et idem docet D. Solorzan. de Iur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 7. a n. 77. ubi quod non solum potest Episcopus poenas pecuniarias indicere, sed exequi, non implorato auxilio brachij saecularis.

Hanc eandem sententiam, mordicus tenet in termi nis Fagnan. lib. 5. Decretal. ad tex. in cap. licet de poenis, ex n. 14. ubi funditus questionem examinat, et n. 22 refert, sacram Concilij congregationem tenere, posse Episcopum in casibus suae Iuris-dictionis poenas pecuniarias indicere laicis, easque exequi, sine auxilio brachij saecularis.

Idem Fagnan. in cap. pervenit 2. de adulter. lib. 5. ex n. 10. probat, posse Iudicem Ecclesiasticum, in causis mixti fori, vel Ecclesiasticis, procedere contra laicos per districtionem personae, vel captionem pig-norum, et hoc adeo verum esse, ut procedat etiam stante contraria consuetudine, quam nullius esse momenti asserit, stante Concilij Decreto in cap. 3. sess. 25. de reformat. et Bulla Coenae, cap. 18.

Vide omnino Loterium de re beneficiar. lib. 1. q. 23. ex n. 3. ubi late, et docte de Episcopo, ejusque Iurisdictione, et territorio subjectus, et circuns-criptus, Pareja de instrum. edit. tom. 1. tit. 2. res. 6. §. 1. a n. 185. Maranta de ord. Iudicior. par. 4. dist. 5. n. 2. in fine, Cortia. decis. 26. n. 44. 45. et 46.

Tortura

Ex stylo, et praxi supremae criminum Aulae quam iniuridicam esse dicit, docet Dn. Laurentius Matheu de Re crimin. controuer. 25. per tot. torturam adhibendam esse in criminibus grauioribus, pendente sumaria, nulla data Reo copia inditiorum, neque alia deffensione, quam primum Rei confessione, in qua sigillatim interrogatur de cunctis in eum resultantibus, ita ut si quid respondeat quod releuans appareat audiatur, et interim supersesso in executione torturae, ad plenarium articului remitatur. Si uero nihil releuans responderit, torturae executioni mandetur. Hec tamen durissima sententia, tanquam contraria iuri naturae impugnatur à Parexa de instrument. edit. p. 2. tit. 2. resol. 8, cuius argumentis satisfacere conatur Matheu ubi proxime.

An reus, qui in tortura negatiuus extitit in plenario absoluendus reniat, an uero extra hordinem puniendus, difficilis questio est. Prima sententia apud Matheu controuers. 26. num. 1. 2. et 3. afirmat inditia, et prouationes extingui per negationem in tortura, et reum absoluendum esse tanquam purgatis inditijs. Secunda sententia quod eimo reus negatiuus in tortura, posit ad poenam extra hordinariam damnari arbitrio iudicis, magnos habet patronos uidendos apud Matheu citatum ex num. 4. qui num. 16. aliquos citat docentes posse reum post torturam ad poenam ordinariam damnari, si in tortura adhibeatur protestatio, quod fit absque prejuditio prouationum. Neutra ex his sententijs legem habet pro se; et cum durissimum sit, reum qui torturae acerbitatem substinuit, ad mortem damnare: aequius iudicat Matheu num. 18. et seqq. extra hordinem illum punire, cum distinctione casuum de quibus ibi. Vide Caldero decis. 14. per totam.

Licet D. Salgado de Reg. Protect. p. 2. cap. 1. ex num. 98. doceat sententiam torturæ, licet interlocutoria sit, appellationem admitere, cum grauamen inferat irreparabile per diffinitiuam, maxime atento tex. in leg. 2. ff. de apellat. recip. prout etiam tenet cum alijs Farinat. in praxi. quæst. 38. ex num. 10: tamen in praxi contraria sententia recepta est, maxime in superioribus Tribunalibus, iudicantibus nomine Principis, ut testatur Matheu controuer. 2. ex num. 61. Et merito, quia in dicta leg. 2. ff. de apellat. recip, et in leg. 13. tit. 23. partit. 3. non absolute cauetur appellationem admitendam fore, sed ita demum, si Iudex contra leges hoc faciat, ut expresse ait Sceuola in dicto textu, et in leg. partita ibi: Dar tormento a alguno atuerto. In superioribus enim Senatibus, cum causa per grauissimos Viros examinentur, numquam Tortura decernitur contra legem, ut prosequitur Matheu citatus. Et Farinat. dicta quæst. 38. ex num. 23. fatetur, posse Iudices, non obstante appellatione, uel in termino eiusdem, ad executionem Torturæ procedere, quando legitima processerunt indicia, cum tunc cesset dispositio prefatæ legis. Vide Caldero Decis. 51. tom. 2.

Transactio

Possessores Majoratus transigere nequeunt absque Regia facultate super bonis ipsius Majoratus, nec super jure succedendi, ut communiter docent Regnicolae post Molinam de primogen. lib. 4. cap. 9. Castillo de aliment. cap. 36. § 2. per totum. quod adeo verum est, ut locum etiam habeat casu quo dubium esset, an bona essent Majoratus, an potius libera, quia sufficit ut tamquam bona Majoratus possideantur ad hoc ut irrita sit super illis transactio, ex Molina d. cap. 9. n. 19. Castillo d. cap. 36. n. 30. et post illos, et alios Valeron de transact. tit. 4. q. 2. per tot. maxime n. 15. qui hanc doctrinam procedere ajunt in Feudis, Emphyteusi, et fideicommissis perpetuis. Et contraria sententia omnino verior, et tenenda est. dicit enim in Majoratibus Castellae certum sit, irritam esse transactionem absque Regia facultate, id ex eorum peculiari natura, ex Regiis legibus, et consuetudine hujus Regni provenit. In fideicommissis vero perpetuis, constans est regula, quod si transactio super illius existentia, permanentia, aut pertinentia, inita fuerit bona fide, nocet successoribus proprio jure, et ex propria persona venientibus; secus vero si cum mala fide facta fuerit ut tamquam indubitabile docet Cardin. de Luca de fideicom. discur. 133. et 134.

Agens contra transactionem audiri non potest, quin prius refundat quod in transactione accepit, ut disponit expressus textus in l. diversa 14. C. de transact. Valeron de transact. tit. 6. q. 1. per tot. qui caeteros cumulat, subdens num. 24. actorem in proposita specie nedum rem, quam recepit refundere teneri, sed etiam fructus, quos ex ea percepit, ex Gratiano cap. 770. n. 8. Castillo de alimen. cap. 36. § 2. ex num. 41.

His tamen non obstantibus, cum hic casus contigerit disputandus inter D. Franciscum Gual, et Pueyo actorem, et D. Mariam Cotoner, ac D. Violantem Gual ejus filiam reas conventas; licet per istas exceptio refussionis opposita fuerit, et in Regia Audientia Majoricarum declaratum fuerit, refundendum esse per actorem, quidquid in dicta transactione receperat, Sententia lata die 1 Maij 1726. cum tamen per dictum D. Franciscum supplicatum fuerit ad Regium Castella

Prætorium, et ibi acerrime disputatum sit super exceptione refusionis: die 13 Maij 1727 decisum fuit, locum non esse refusioni; manutenendas tamen esse prefatas D. Mariam, et D. Violantem in possessione bonorum, quæ in transactione retinuerant. Et cum ab hac sententia supplicaverint, et acerrime super refusione fuerit disputatum, me pro ipsis informante, sententia a qua confirmata fuit die 18 septembris 1727. Et nota quod in hoc casu, non constabat de titulo claro, et liquido, ut locus esset limitationi, de qua Seraphin. decis. 932, Castillo de aliment. cap. 36 § 2 n 49. Ludovisius, decis. 354 n 17. Unde solum sustinere posse videntur supremi Senatus decisiones ex dispositione textus in L. cum proponas 17. Cod. de transact. ex qua, et ibi glo. constat, refusionem solum locum habere, quando stipulata fuit in transactione, vel quando in ea adest clausula, rato manente pacto.

Antiqua Traditio

Traditionum non scriptarum necessitatem, et authorita-
tem, contra impios hæreticos, ex sacra scriptura, et SS.
PP. Doctrina invictissime probant Canus de locis Theolo-
gicis lib. 3. Natalis tom. 3. seculo 2. Dissert. 16. Belar-
minus tom. 1. lib. 4. de Verbo Dei non scripto per totum.

Quid iure communi, et quid Regio requiratur ad validitatem testamentorum, aliarumque ultimarum voluntatum, et quid inter Civiles, et Regias Leges intersit quoad captatoriam voluntatem, et Comisarij facultatem, habetur tom. 2. observat. fo. 357. Et de hac materia agitur in L. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38 et 39. Tauri, ubi Gomez, et caeteri taurinistae.

Quidquid occurrat in materia testamentorum, Codicillorum, legatorum, et ultimarum voluntatum, ad mentem Regiarum Legum Castellae, per à Patre Sanchez tom. 2 cons. mor. lib. 4. per tot, ubi nihil desiderandum relinquit.

Certum est, testamentum in quo filius suus heres est praeteritus, et sine causa exheredatus, nullum esse ipso iure, leg. inter caetera 30. ff de lib. et post. cum simil. nec iure praetorio convalescere, ut probat Amerius ad tit. de lib. et post. cap. 2. cuius doctrina omni caret difficultate, attento iure novissimo in § Sed haec quidem vetustas 5. instit. de exh. liberor. leg. maximum vitium 4. Cod. de lib. praet. cum alijs alleg. ab Anton. Gom. lib. 2 variar. cap. 11. in princip. et non solum ipsimet filio praeterito, sed etiam ipsius successori extraneo, competit hoc ius dicendi nullum testamentum, Cancer. var. p. 3. cap. 21. num. 9. Vela tom. 1. dissert. 11. ex n. 27. Ratio est, quia filius suus heredes ~~[illegible]~~ dicuntur ratione suitatis, non ut quaerendam, sed ut quaesitam, cum etiam vivente Patre, quodammodo Domini existimentur, et bonorum dominium, non tam de novo adquirere, quam paternum conservare videantur, leg. in suis 11. ff. de lib. et post. et ex his motivis, cum casus disputandus contigisset, in Regio Cathalonia Senatu, anno 1698, decisum fuit pro nullitate testamenti, in quo filia sua praeterita fuerat, licet in dicta consequta non fuisset, favore haeredis extranei ipsius filiae, ut nota mag. decis. Tristan. quae est 92. tom. 3.

Haec iure Regio aliquantulum alterata sunt; ex leg. enim 1. tit. 8. lib. 5. Recop. Vel.[?] solummodo nullum erat testamentum, quando in eo praeteritus fuerat sine causa exheredatus ~~nominatim~~ erat filius suus heres. Iure vero Regio, quoties Parentes filios etiam emancipatos praetereunt, testamentum est nullum, immo quoties praeteriit a testatore Persona cui legitima debeatur, quaelibet

Si Consanguinei testatoris, indigent, et si filios non habeat, ipsis bona sua relinquere tenetur, et non potest ad pias causas testari contra iustitiae et pietatis officium. Vide Natalem tom. 1. theologia dogmatica tractatu de extrema unctione cap. 6. Regula 5. fol. 557.

Testator fidei comiso transmitere non potest ad uxores nec uxor ad maritum, quod ipsi testamento donare, ac relinquere leges non permitunt; nec etiam filios spurios aut naturales, vel eorum matres, alias ve personas, quas heredes instituere leges prohibent, fideicomisi vocare potest in partem hereditatis Natalis ubi proxime regula 8. ✝

ex liberis testatoris, sive ex ascendentibus, ut const. ex lg. 10. tit. 7. p. 6. & lg. 1. tit. 8. eiusdem partis, & utrobique Greg. Lopez nec obstat, quod iure Regio valeat testamentum absque haeredis institutione, per lg. 1. & 2. tit. 4. lib. 5. Recop; quia haec validitas solum procedit quoad legata, fideicom. & praelegata, per text. in authent. ex causa C. de lib. praet. ac per consequ. quoad melioratione. lg. 24 tauri; non vero quoad successionem, quae defertur abintestato, ita ut haeres legitimus teneatur legata, fideicomissa, & praelegata praestare. Vide Ratz Sanchez tom. 2. Consil. moral. lib. 4. cp. 1. dubio 25. Antonium Gomez in l. 24 tauri. Et nota, quod jure Regio nihil immutatum est quoad querelam inofficiosi testamenti, imo hoc remedium competit filio sine causa exheredato l. 10. tit. 7. part. 6. et patri contra testamentum filij, qui illum sine causa exheredavit l. 11. eiusdem tituli. et utrobique Gregor. Lopez. Quod nota, nam cum in hoc remedio reducatur res ad causam intestati eo motivo, quasi non sanae mentis testator fuerit, qui contra debitum pietatis officium disposuit, videtur legata in tali testamento relicta non deberi, iuxta l. 1. tit. 8. partit. 6. et ibi Gregorius Lopez. Obstat tamen text. in Authent. ex causa C. de liber. praeter. et in l. 24. tauri; ex quibus defendit ibi Gomez num. 3. legata, et fideicommissa deberi, et merito, quia ita cavetur in l. fin. tit. 8. part. 6. per quam l. 1. eiusdem tituli declaratur. Vide D. Crespi observ. 41. ex num. 140.

Quamvis moribus hodiernis receptum sit ut Clerici bona ex proventibus eclesiasticis parta, testamento relinquant quibus voluerint, ilisque ab intestato succedant consanguinei; peccant nihilominus gravissime, si de huiusmodi bonis ad causas profanas disponant, vel ipsa relinquant consanguineis divitibus, aut eos ab intestato succedere sinant, ut concludenter probat Natali tom. 1. theologiae dogmaticae tractatu de extrema unctione cp. 6. Regula 9. Vide Concil. Trident. de Reformat. sess. 25. cp. 1.

Trebellianica

Licet Ant. Gomez lib. 1. Variar. cap. 12. n. 13. vers. ho-
die tamen, doceat, iure regio atento locum non
habere quartam trebellianicam in fideicommis-
sis universalibus, neque falcidiam in relictis
particularibus, et legatis: tamen contraria sen-
tentia omnino verior, et tenenda est ut conclu-
denter demonstrant D. Molina de primog. lib. 1.
cap. 11. D. Castillo de usufructu cap. 60. per tot. D.
Olea de cess. iur. tit. 4. q. 5. n. 25. et Ayllon, qui
ceteros cumulat in addit. ad Gomez. lib. 1. cap.
12. num. 13.

Hoc tamen doctrina non universaliter, et indis-
tincte procedit, et aliqua differentiae inter ius
commune, et regium, non tam ex verbis, quam
ex mente legislatorum intercedunt. Prima est,
quod in fideicommisso universali per ascendens
tem disposito, locum habet iure communi le-
gitima, et trebellianica; iure regio vero solum
legitima detrahitur, tam in casu quo per pa-
rentes ordinatur fideicommissum, quam quo-
es a descendentibus disponitur. D. Molina citat.
num. 7. et 8. Secunda est, quod licet iure commu-
ni prohiberi valeat trebellianica filijs primogra-
dis, iure tamen regio hoc prohibitio, sive expressa
sive tacita, et ex coniecturis fiat, vel facta intelli-
gatur, omnino super vacanea est, quia numquam
potest filius gravatus plusquam unicam quartam
nempe legitimam detrahere, ut dictum est et
docet Molina ubi proxime sub num. 14. Tertia

quod in maiorazatu tertij, et quinti facto per patrem vigore leg. 27. tauri, et eius ordine servato, locum non habet trebellianicæ detractio, ex Molina citato num. 24. = Quarta quod ex maiorazatu, vel ex qualibet dispositione iure primogenij facta, non deducitur trebellianica, tanquam repugnans voluntati fundatoris, volentis bona sua perpetuo unita conservari inter vocatos. quæ tamen ratio a Molina admissa, et ad fideicommissa primogenialia extensa, minus legali videtur, et ideo contrariam sententiam tenent Gregor. Lopez. in leg. 6. tit. 11. part. 6. in glosa que la non pudiere vender. Peralta in leg. 3. §. qui fideicommissam ff. de hæred. inst. restituend. num. 37. et 38. Docet tamen Molina num. 29. locum habere trebellianicam, quando testator in universa hæreditate, seu in quota eiusdem aliquem hæredem instituerit, eumque de restituendo filio maiori ipsius hæredis gravaverit, in eiusque deffectum aliquas alias vocationes primogenitorum fecerit, non adiecta perpetuitate, cum tunc praedicta ratio cesset.

Praefatam Domini Molinæ sententiam quod scilicet ex institutione maioratus, et illius natura bonorum unione, et perpetuitate in familia, censeatur trebellianica prohibita, sequitur, et late comprobat D. Castillo lib. 5. q. 2. cap. 86 num. 48. et eam tenent D. Molina tom. 3. de iustitia disput. 645. et Quexer. Vide Peregrin. de fideic. et maiorazatu q. 4. q. 1. n. 5.

art. 3. n. 92. Gratian. tom. 5. Discept. 888. per totam et signanter num. 14. Charta de succes. legali par. 4. q. 28. art. 4.

Testis. 1

8. 574

Testi falsum depones in criminalibus, si de falso convincatur, debet poenam talionis subire. Constat ex l. 83. Tauri, ubi Gomez, et alij.

Repetitio testium in plenario, eorumque ratificatio, est mera solemnitas jure canonico introducta, per text. in Cap. 2. de testib. qui, licet alij ab doctoribus allegentur, unicus est in universo corpore juris, improbans testes dictum, quoties examinatur absque partis citatione, ut optime probat D. Mathæu de re crim. controver. 25. ex n. 38. Unde communis regula constituitur, testes examinatos parte non citata, in criminalibus nihil probare. Farinacius de testib. quest. 72 cap. 2 per tot.

Hæc tamen regula fallit etiam iure communi attento, in criminibus exceptis, in quibus licet testes reperiantur examinati in processu tantum informativo, et non citata parte probant, ut cum alijs docet Mathæu, dicta controv. 25. n. 34 et 35.

In Cathalonia tamen, ex antiquissima Consuetudine, et inconcussa praxi, testes non repetuntur, ut testatur Amigant tom. 1. decis. 10. ex n. 66, subdens, huiusmodi repetitionem, nihil reis prodesse posse, sed impedimento iustitiæ esse; quia cum valeat reus post exactam ab eo confessionem, quidquid voluerit opponere contra testium personas, vel dicta, nullo modo ei praejudicium fit, quia quacumque via defendi potest. Dicet enim verum sit, defensionem per Principem, Statutum, Legem, aut Consuetudinem tolli non posse: id solum procedit, quando generaliter omnis tolleretur defensio, vel illa quæ à jure naturali immediate descendit, non vero in hac testium repetitione, quæ tantum à jure positivo procedit, ut cum D. Mathæu obiter prosequitur Amigant, n. 68 et seqq. qui ex hoc motivo probat omnino observandum esse antiquissimum Stylum Regiæ Audientiæ, iuxta quam testium repetitio in plenario nunquam fit.

Hinc sequitur, quod licet Peguera in praxi cap. 12 per tot. explicet omnia requisita judicij criminalis, et praxim processus via ordinaria, seu per inquisitionem, verbum non facit de huiusmodi testium repetitione, imo processus

substantialia reducit ad sequentia. Primo corpus delicti. 2º preventio inquisitionis, scilicet diffamatio, partis querella, vel denunciatio. 3º rei captura. 4º ipsius confessio. 5º publicatio inquisitionis, et assignatio termini, ut reus se defendere valeat. 6º examen testium qui per reum in sui defensionem exhibentur, et tandem sententia sive tortura, juxta merita causæ, sive condemnatoria, aut absolutoria respective.

Hinc etiam decissum refert Calderó tom. 2. decis. 53. ex nº. 12. quod ex trium Aularum resolutione, die 16 Januarij 1680, conclusum fuit, quod publicata inquissitione, cum assignatione termini competentis, intra quem reus se defendere possit: elapso termino, quamvis defensionem non praesentaverit, procedi debet ad deffinitivam sententiam; hoc intelecto, quod in quocumque statu causæ, debeat inquisitus ad defensiones, si apparuerint relevantes, arbitrio Senatus admiti.

In testium examine, servanda est regula textus in cap. Cum causam, 37. de testib. quam explicat Calderó, decis. 7. qui nº. 6. recte monet, in Senatu Cathaloniæ, non nisi magno praecedente examine, testes in criminalibus recipi; imo plerumque in causis magni ponderis, prius scribi eorum dicta sine iuramento, et maturè consideratis circunstantijs, ut Judex certior fiat de testium fide, ab eis exigit juramentum. Unde cavere debet judex, ne ipsi omissis, à principio, et illico, quo testis in eius conspectu agat, ab eo exigat juramentum; quia cum scribi debeat iurata depositio testis, sive pro sive contra fiscum esset, in Republicæ, et justitiæ detrimentum in falacias testium incideret.

Certum est, testes compelli posse in criminalibus ad testimonium perhibendum, ne veritas occultetur. Cap. 1º. de crim. falsi. Cap. Quanquam 14. q. 2. Cap. Venerabili, 11. de testib. cogendis. Cap. Pervenit, eod. tit. et ibi Pagnan. quæ compulsio fieri solet per multam pecuniariam, captionem pignorum, et carcerationem; imo si respondere, aut iurare recusant, torqueri possunt, ut docet Calderó, decis. 14. nº. 37. et seqq. sub-

dem n.º 44, testes verosimiliter informatos, si de verosimilitudine in actis constet, torqueri posse, idemque procedere ait n.º 60. si varij, et vacilantes fuerint, aut contrarij: advertit tamen hæc omnia secundum ius commune, et Doctorum placita locum habere; in Cathalonia vero ex Senatus observantia, torturam in testibus non practicari, sed tantum per strictissimum carcerem, et catenas breves in collo positas, compelli testes veritatem dicere. Quod maxime procedit quando ab alijs testibus, aliquis in contestem allegatur; nec requiritur, quod per duos testes convincantur, quia unius sufficit, ex Caldero citato n.º 64. et seqq.

Territorium separatum cum qualitate Nullius.

V.c f. 1134

Sacrum Concilium Trident. Sess. 23. de reformat. cap. 10. expressissime decrevit, Abbatibus, ac alijs quibuscumque, quantumvis exemptis non licere in posterum, intra fines alicuius Dioecesis consistentibus, etiamsi Nullius Dioecesis, vel exempta esse dicantur, cuiquam, qui Regularis subditus sibi non sit, Tonsuram, vel minores Ordines conferre, nec litteras dimissorias aliquibus clericis saecularibus, ut ab alijs ordinentur, concedere, expresse decernens, hoc omnia ad Episcopos, intra quorum Dioecesis fines existant, pertinere, non ad Praelatos inferiores exemptos, etiam nullius, collegia, vel capitula quocumque, etiam cathedralium, non obstantibus quibuscumque privilegijs, praescriptionibus, aut consuetudinibus, etiam immemorabilibus. Unde ex eo quod Praelatus inferior nequeat literas dimissorias concedere proprijs subditis, non sequitur, eos non habere veram iurisdictionem quasi Episcopalem, cum territorio separato, et qualitate Nullius. Optime Card. de Luca de Iurisdict. disc. 16. per tot. Pagnan. in Cap. Nullus de Parrochijs num. 26. et 27.

Vide Gratianum tom. 2. cap. 212 per totum, Rotam post Tondutum de pension. Dec. 31. Barbosa in Concil. ses. 23. de Refor. cap. 10. et de Potest. Epis. alleg. 3. utrobique n. 8.

Territorium separatum cum qualitate Nullius, non praesumitur, sed per allegantem probanda est, itaque probatio ad duas tantum species restringitur: primam scilicet, per privilegium Apostolicum expressum, et clarum, super ipsa separatione territorij cum concessione plena, ac omnimoda quasi episcopali iurisdictionis activa, cum clero, et Populo ibi

riventi: et altera per immemorabilem bene conclusam cum suis requisitis ante litem motam. Cum ea tamen differentia inter unam, et alteram speciem probationis, quod prima, quotiens privilegium sit clarum, et explicitum, sufficit inferiori Prelato etiam in iudicio manutentionis. Altera vero species per immemorabilem possessionem, exigit canonizationem per tres sententias conformes, interim non retardata Episcopi manutentione in possessione Episcopalis iurisdictionis, ob assistentiam iuris, quae in iurisdictionalibus sufficit. Card. de Luca de iurisdict. disc. 96. per tot. signanter num. 8. et 9. Pagnan. in dict. cap. Nullus ex num. 48.

De huius qualitatis probatione per immemorabilem, vel centenariam possessionem agit etiam idem Luca de iurisdict. disc. 97. per tot. maxime ex n. 8. Et sub num. 12, explicans centenariae effectus duplicem casum distinguit. Primus est, quando Dioecesanus intra seculi spatium nullum gesserit actum iurisdictionis, nec ordinariae, nec delegatae, et e converso inferior Prelatus utramque exercuerit, se denominans Nullius. Et tunc, subdistinguit: aut constat de anteriori statu diverso, aut non. Si primum, parum, aut nihil operabitur centenaria: Si secundum, validissimum erit argumentum ad comprobandum territorium separatum cum qualitate Nullius, maxime si alia adminicula concurrant, prout ibi num. 15. et seq. Si enim ab aliquibus retro seculis constitutiones sinodales ab Episcopo editae, enuntient Prelatum inferiorem habere in aliquibus casibus totum ius Episcopale: et iste plures actus exercuerit iuris-

dictionis a Concilio delegatæ Diœcesano in locis existentibus sub iurisdictione Prælati inferioris, ut sunt causæ criminales, et matrimoniales obseruationes festorum, concessiones monitoria lium ad finem reuelationis &c. ac demum si Dataria, et Cancellaria Apostolica consueuerit rescribere huiusmodi inferioribus Prælatis committendo Beneficiorum collationem, aut executionem dispensationum matrimonialium, tanquam proprio ordinario, ex his omnibus probari asseret territorium separatum cum qualitate Nullius, non enim est verisimile Episcopum qui ex lege Diœcesana, et clara delegatione Sacri Concilij Tridentini fundatam habet intentionem ad hæc omnia peragenda, et inferiori Prælato prohibenda, ei tam longo temporis spatio permisisse, nisi conscius esset, hunc inferiorem Prælatum iurisdictionem vere ordinariam, et quasi Episcopalem habere cum territorio separato. Secus omnino dicendum erit, quando de anteriori statu subiectionis constaret, ex traditis a Luca ubi proxime, et disc. 1. de iurisdict. numero 30, ubi docet, possessionem omnimodæ ecclesiasticæ iurisdictionis, quatuor integris seculis continuatam, constito de anteriori statu, non releuare.

Quid quo ad Visitationem? Vide supra fol. ~~259~~ ~~pag.~~ 2. f. 413# & 582#

Tertius opositor.

An, et quando suspendatur via executiva per opositionem tertij opositoris, explicat Carleval videndus de judicionem tit. 3. disp. 12 ubi excitat quaestionem utrum executionem impediat tertius opositor, qui habeat similiter contra Reum viam executivam, contendens, se esse priorem, et potiorem, quam ille qui prius executionem petierat, et obtinuerat. In qua dificultate, D. Salg. de Reg. protec. par. 1. cap. 8. ex n 65, docet, et iure quidem, priorem creditorem prosequi posse executionem, non obstante opositione secundi, dummodo caveat loco depositi, se in casu sucumbentiae pecuniam restituturum. Ipse tamen Carleval omnino suspendendam esse executionem tenet, non obstante quacumque cautione, nisi vel bona debitoris utrique creditori sufficiant, vel tertij opositio sit calumniosa.

Territorium separatum cum qualitate Nullius. 8. f. 58.

Card. de Luca de iurisdict. disc. 1. num. 3. sequutus Barbosam de potestat. Episcopi, part. 1. cap. 7. asserit sub Dionisio I. Rom. Pontif. totum terrarum Orbem in Dioceses sub Episcopis divissum fuisse, quae respective unicum cuiuslibet Ecclesiae Cathedralis territorium constituunt. Ex quo infert nullam mansisse, aut fuisse Ecclesiam primis Legis Gratiae seculis, quae immediate non subiaceret alicuius Episcopi territorio, et Universali iurisdictioni, et incognitum omnino territorium separatum, cum qualitate Nullius, quod proinde non alias adquiri potest, quam ex Privilegio Apostolico, # vel immemoriali possessione.

Fagnanus vero in cap. Nullus. de Parrochijs ex num. 10. triplicem fontem harum Diocesium

agnoscat, scilicet duas praedictas, et aliam ab eis distintam, quia nempe, in prima divisione quaedam loca remanserint extra limites cuiusque Dioecesis, et ab initio Sedi Apostolicae immediate subiecta. Quod optime probat.
Retenta tamen Card. de Luca sententia, tanquam in Rota recepta, constans propositio est solum dupliciter posse adquiri per inferiorem Praelatum speciale territorium separatum, cum qualitate Nullius, et iurisdictione quasi Episcopali in Clerum, et Populum, excluso Episcopo. Sagnan. in dict. cap. Nullus num. 18. cum seqq. Card. de Luca dict. disc. 1. ex num. 11. Primo ex expresso Privilegio Apostolico. Secundo ex praescriptione immemoriali quoties inferior Praelatus in certa Dioecesis parte, tanquam in proprio territorio supra hominum memoriam exerceat omnimodam iurisdictionem quasi Episcopalem in Clerum, et Populum, privative ad Episcopum. Cap. Auditis de praescript. quo cavetur, totum ius Episcopale, excluso Episcopo in aliqua parte Dioecesis esse praescriptibile; nam ut ait ibidem Sagnanus, per huiusmodi iurisdictionis exercitium, Praelatus inferior sibi quaerit proprium territorium, et constituitur in statu Nullius Dioecesis, ita, ut nec in Dioecesi, nec de Dioecesi Episcopi esse dicatur, imo respectu proprij territorij verus Dioecesanus sit, et appelletur. Cum tamen Episcopus intentionem fundatam habeat de iure communi si inferior Praelatus in immemorabili possessione

nitatem, donec per tres sententias conformes canonice- tur, interim manutenendus est Episcopus in quasi pos- sessione omnimodæ iurisdictionis Ecclesiasticæ, in loco, qui Nullius esse prætenditur, sito tamen intra fines suæ Diœcesis. Card. de Luca ubi proxime n. 13. Pagnan. ibid. n. 27, qui tamen nu. 28. advertit, hanc manutentionem denegandam esse Episcopo quoties Prælatus inferior solam præscriptionem non alle- get, sed Privilegium exhibeat, nam constito de titu- lo colorato, ac de possessione, manutentio denegan- da foret, iuxta tex. in cap. Cum persona. de privileg. in Sexto.

Tres sunt species inferiorum Prælatorum. Prima est Abbatum, seu Priorum aliorumque Superiorum Regu- larium in suis respective Monasterijs, Conventibus, vel Domibus Regularibus in civitate, vel Diœcesi existen- tibus, qui iurisdictionem habent in suos, id est, per- sonas sibi subiectas, cum exemptione ab Episcopo, ab- que aliquo territorio extra ambitum proprio Eccle- siæ, Monasterij &c., quæ dicuntur esse in Diœcesi, sed non de Diœcesi, ob exemptionem ab universali le- ge Diœcesana. Luca dict. disc. 1. n. 7. et 8.

Secunda est habentium iurisdictionem spiritua- lem, etiam in clerum, et Populum secularem ali- cuius loci, cum aliqua impropria territorij distinc- tione, et iurisdictione compatibili cum lege Diœcesa- na, et immediata subiectione Episcopi, iuxta casum textus in cap. Auditis de præscript. Huiusmodi lo- ca, licet exempta, in Diœcesi esse dicuntur, et licet inferiorum Prælatorum iurisdictio, et exemptio

olim plena, et omnimoda esset, hodie tamen ex Sancti Concilij Decretis fere ad nihil redacta est, ob iurisdictionem ordinarijs delegatam, in causis matrimonialibus, et criminalibus, necnon in concernentibus Curam Animarum, Sacramentorum administrationem, collationem Ordinum, approbationem Confessionem, et Concionatorum, Monasteria Monialium, et alia huiusmodi. Luca num. 9.

Tertia tandem species est illorum Praelatorum, qui in uno, vel pluribus locis, olim sub Episcopo existentibus, plenam, ac omnimodam habent iurisdictionem spiritualem, et quasi Episcopalem privative ad Episcopum, mediante territorij separatione, ita ut constituant novum territorium, stantes de per se, tanquam species Dioecesium, et isti sunt eiusdem Praelati, qui Nullius dicitur. Et isti sunt veri ordinarij, et tanquam tales non subiacent illi iurisdictioni, quam Concilium, et Apostolicae Constitutiones delegarunt Episcopis, quia ipsi inferiores Praelati sunt, et dicuntur illi ordinarij de quibus Concilium, et Constitutiones loquuntur, etiam quo ad activam iurisdictionem in dictis casibus delegatam. Pagnan. in cap. Accedentibus de excess. Praelator. ex num. 20. Luca citatus num. 10. Ita, ut exceptis ijs, quae sunt Ordinis Episcopalis in nihilo differant ab Episcopis, exceptis aliquibus casibus, quos idem Concilium delegavit Metropolitano, seu Episcopo viciniori. Videndi omnino Luca disc. 1. 96. et 97. de iurisdict. per tot. Pagnan. in dict. cap. Nullius, etiam per tot. Vide supra fol. 360. Bo

Tertiarij

Tertiarij S. Francisci, religiosi non sunt, cum non emitant vota solemnia paupertatis, obedientiæ, et castitatis, ac per consequens exempti non sunt à Gavellis, nec gaudent privilegio fori, et canonis. D. Larrea cum alijs deci. 40 n 6. et ideo in L. 1. t. 14. lib. 6 Recop. cavetur eos omnes indistincte compelli debere ad solutionem Gavellarum, onerumque Regalium, et Universitatum, ut docent Balmazeda de collect. q. 2 et Lasarte de decima venditioni cap. 19 n 30. D. Matha de regim. cap. 7. § 1 n 187. Narbona in L. 8. t. 5. lib. 1. Recop. Glo. uni. n. 25. Gutier. de Gabel. lib. 3 q. 95. ubi distinguit inter tertiarios, et Hospitalia authoritate Episcopi erecta, tertiarios laicos esse docet, et tamquam tales gavellas solvere teneri; hospitalia vero, ecclesiarum jure censeri, ut etiam docet Lasarte dicto cap. 19. n 30 in princi. Vide generaliter Cortiada tom. 3. deci. 137. n 62. et Dm Didacum Ant. frances de Urrutigoity de competen. quæst. 78. ubi distinguit inter Confraternitates, Collegia, et Hospitalia erecta authoritate Papæ, vel Episcopi, et alias, quæ solum fulciuntur authoritate Principis sæcularis, asserens Hospitalia, et Confraternitates, gaudere privilegio fori, si Episcopi authoritate fuerint fundata; secus vero in alijs, nisi forsam in causis mere spiritualibus, in quibus Episcopi visitationi subiacent ex Tridentino sec. 22. cap. 8 de reform.

In Regno Valentiæ competit viduæ beneficio fori tenuta in universis bonis mariti, cuius virtute in eam transfertur illico, et in continenti posesio civilis, et naturalis cum beneficio faciendi fructus suos, eo ipso quod infra annum luctus non fuit ei soluta dos, augmentum, et iura dotalia, ut late docet D. Leon tom. 1. decis. 62 per tot, et post illum Bas omnino videndus in Theatro jurisprud. par. 1. cap. 60. ex n.º 102. Et idem jus viget in Cathalonia in vim Constitutionis Hac nostra, et finalis tit. soluto matrim. cuius dispositio pariter procedit in arrhis Regni Castellæ, cum equiparentur augmento dotis, ut probat D.n Emanuel de Vedoya in Speculo jurisprud. par. 1. vic. 1. per tot, ubi docet idem operari tenutam foralem favore uxoris, eiusque filiorum, et hæredum, ac in Castella Legem 45 Tauri in sequente maioratus posesore. Unde sicut Lex tauri na transfert posesionem civilem, et naturalem, simul cum fructibus, ita etiam transfertur in viduam tenutariam post annum luctus; eo tamen durante, solum alimenta debentur. ~~non tamen posesio transfertur.~~ *in Valentia et Cathalonia*

In Aragonia, competunt viduæ fructus omnium bonorum mariti, viduitate durante, sive dos soluta fuerit, sive non, et solum, cesat hoc jus viduitatis per transitum ad secundas nuptias. Sese tom. 1. decis. 58 et 68. et alij, quos refert, et sequitur Bas dicto cap. 60. n. 103. in quo differt à tenuta, quæ non cesat per transitum ad secunda vota, sed solum à die integræ solutionis dotis, et iurium dotalium. *in Aragonia Regn.* *Vide infra verb. Vidua f. 387.*

Hæc dispositio tenuta foralis, non multum a jure communi exorbitat, juxta quod uxor mortuo viro habet retentionem bonorum ejus pro dote. Cum enim iure familiaritatis uxor domum viri habitaberit eo vivente, potest ratione hypothecæ vel retentione bonorum viri, ut cum Barthole, Baldo, Socino, Decio, Rolandino, Gramatico, et aliis probat D. Leon lib. 1. decis. 62. n. 10.

Inter tenutam Regni Valentiæ, et Principatus Cathaloniæ, ea diferentia est, quod in Cathalonia non dat sine inventario, quod in Regno Valentiæ non requirit, ex D. Leon tom. 2. decis. 123. lib. 2.

Rursus tenuta alia est simplex, alia composita. Va. solum operatur translationem posesionis ab instanti mortis mariti, non tamen fructuum acquisitionem, sed solum alimenta. 2a. etiam facultatem faciendi fructus suos in viduam tenutariam transfert. Vedoya dicto lib. 1. disc. 5. ex n. 15. Bardi. cap. 60. n. 105. Prima competit à die mortis mariti, et est efectus hypothecæ legalis. Secunda vero incipit post annum luctus, et propter illam eficitur mulier usufructuaria legalis donec in dote, augmento, et juribus dotalibus sit integre satisfacta, quia etiam pro obolo competit, ut docent citati DD. et post illos D. Tristany omnino videndus decis. 10 et 11 per tot.

Ut locum habeat tenuta debet mulier probare dotis solutionem. Fontanella tom. 2 de pact. claus. 7. glo. 3 par. 1. ex n. 17 quam refert, et sequitur Tristany dicta decis. 11. 81 per tot. Et licet Fontanella loco citato id non dicat, conducit tamen clausula 14. glo. unica par. 2. et ita in terminis tenet Cancer par. 1 cap. 9. ex n. 536 ubi docet, non suficere confesionem mariti, cum per eam non probetur dotis numeratio, et certum sit ex

communi omnium Doctorum placito, dotem confessatam, non habere privilegia dotis. Hæc opinio recepta est in Cathalonia, iuxta decisiones rellatas à Cancerio et Tristany, licet ijdem Doctores contrarium fateantur, si aliqua coniecturæ adsint ad solutionem probandam, de quibus videndus Fontanella dicta clau. 14 par. 1 et

2. Doctores Valentini, nihil de hac necessitate solutionis loquuntur. Credo tamen necessariam esse, quia aliàs non esset mulier creditrix, et sic cessaret tenutæ fundamentum.

An usufructus legalis ratione tenutæ competat viduæ in bonis vinculatis, quæstio est non modica. Verùm tamen opinio, praxi recepta in Cathalonia, et Regno Valentiæ est affirmativa, saltim quando bona libera viri non sufficiunt ad dotis, ipsiusque dotalium restitutionem, ut constat ex traditis à Tristany dicta decis. 41 § 12 per tot. D. Leon tom. 2 decis. 122 et 123. Bas in Theatro jurisp. cap. 6 n. 106 ubi dicit, hanc doctrinam procedere, quoties majoratus, aut vinculum est ascendentium, et hac esse praxis Senatus Valentini juxta decisiones rellatas à Bas. Ratio est, quia bona supposita fideicommisso, aut vinculo per ascendentes, sunt obnoxia dotis constitutioni, et restitutioni, iuxta textum in Authent. Res quæ Cod. com. de legat. et ibi DD. præcertim Card. de Luca de dote discur. 145 per tot.

Notandum tamen, uxorem solum consequi fructus bonorum majoratus, aut fideicomissi à die petitionis, licet in bonis liberis illico, et in continenti fructus lucretur ministerio legis, post annum luctus, ut etiam advertit Bas dic. cap. 6 n. 108 qui ita decisum refert, prout etiam D. Leon dicta decisione 123 per tot. maxime ex n. 15.

Tenuta foralis non solum locum habet in bonis, quæ sita sunt in Regno Valentiæ, sed etiam in ijs, quæ in alijs Regni sunt, ut probat Bas citatus n. 108, tum

Vide omnino Vedoyam in speculo vera Jurisprudent. lib. 1. disur. 8. per totum, ubi late de hac quæstione, et an necessaria sit excussio in bonis liberis, ad hoc ut vidua tenutam habeat in vinculatis, et num. 15. docet cum Ramon. consil. 50. ex n. 20. necessariam non esse quia in judiciis tenutæ non habent locum exceptiones altiorem requirentes indaginem.

quia in exactione, et restitutione dotis specialiter jure cautum est, attendi debere Leges, quae in loco domicilij mariti vigent, et non quae reperiuntur in loco ubi bona sita sunt, nec ubi contractus celebratus est; tum etiam quia jus viduitatis, quod viget in Aragonia, ad bona extra illud Regnum extenditur, ut cum D. Covarrub. Bardaxi, et alijs docet Bas ubi proxime

Licet mulieri integre satisfiat Dos, et augmentum: si tamen alia credita habuerit, manuteneri debet in possessione bonorum mariti, sive libera sint, sive fideicommisso subjecta; quia ipsi competit Retentio, quam in Cathalonia Thenutam simplicem vocant, et in Regno Valentiae Thenes. Mieres ad Constitut. Hac nostra. num. 176. Ferrer ibidem. tempore 3. Declarat. 12. num. 40. Fontanella Decis. 545. nu. 18. et de pact. claus. 7. glos. 3. part. 6. num. 47. et 48. Cancer. Var. part. 1. cap. 9. num. 60. et 61. Bas in theatr. cap. 60. num. 115. Quid tamen, si credita sint illiquida? Negat Fontanella ubi proxime. Affirmat cum Senatu Cathaloniae Tristany Decis. 30. num. 67. et 68. Vide Sabelli. tom. 4. §. Retentio. num. 17. ubi probat Regulam generalem, qua docemur Retentionem solum competere pro credito liquido, procedere solum in creditore chyrographario, non vero in hypothecario; quia is potest pignus retinere donec creditum liquidetur, quando inspecto praesenti statu, constat de debito in genere, licet quantitas sit dubia. Vide etiam D. Salgado de Reg. protect. p. 4. cap. 14. ex n. 258 Castillo de aliment. tom. 8. cap. 36. §. 4.

Vide tom. 1. obser vat. fol. 35.

Tenuta Castellæ.

Quæstio est gravissima, an pro Mayoratibus, et vinculis perpetuis, quorum bona sita sunt extra Regnum Castellæ, intentari valeat remedium tenutæ in Regio Consilio, quando ij, qui successionem prætendunt, domicilium habent in Castella, ita tamen, ut Consilij sententia exequatur per litteras executoriales subsidiarias. Affirmat D. Christophorus de Paz cap. 65. de tenuta; cuius sententiam late probat D. Emanuel de Vedoya in speculo vero Iuris pr. lib. 3. discur. 2. §. 1. per totum. Negat, et pro sua sententia decisum refert D. Crespi obser. 15. ex num. 288. cuius fundamenta, et Senatus Competentiarum decisio maxime urgent, et ideo cogitandum relinquit Vedoya citatus num. 54. in fine. Videndus Tristany tom. 4. decis. 2. n. 32 et 33. ubi absolute docet omnes causas tam in prima, quam in secunda, vel ulteriori instantia, tractari, decidi, et finiri debere in Principatu Cathaloniæ, iuxta Constitutionem 1. et 2. tit. de Iurisd. omnium Iudic. non obstantibus exemplaribus, et doctrinis relatis à Xamar, Salgado, et Paz, quibus satisfacit. Hodie tamen, cum Rex noster custodiri iusserit Constitutiones Cathaloniæ, tanquam novam dispositionem, non vero uti Leges pactionatas, et in eodem Regio Diplomate anni 1716, universa iura Regalia expresse reservaverit, quorum præcipuum est Supremæ Regalia evocandi causas subditorum, iuxta auream doctrinam Regentis Caroli Tapia decis. 1. et insuper decis. 33, quam, et alios refert Vedoya ubi sup. lib. 3. discur. 2. ex n. 52: certum videtur, cognosci posse in Supremo Consilio de causis super successione Statuum, quæ sita sint in Cathalonia, maxime attenta doctrina Carleval de Iudic. tom. 1. disp. 2. n. 152 quod scilicet ubi quis plures habet foros domicilij, et rei sitæ, actor eligere potest quo in loco velit reum convenire, et is Author videndus est in materia ex n. 143. et quod suprema cognitio

carearum, et absoluta superioritas in universis causis, et litibus, nedum concessa nunquam censeatur verum etiam nec concedi valeat, probat plenissime Acordano de exequend. mand. par. 1 cap. 5. et ita de facto servatur; nam mortuo Ex.mo Dom. Marchione de Aytona, cuius status siti sunt in Cathalonia, Aragonia et Valentia, relicta filia unica Marchionissa de Cogolludo, quae paterna bona occupavit, remedium tenutae proposuit Dux S. Joannis de Ribona, et admissum fuit a Supremo Consilio, ubi lis pendet in judicio tenutae super successione domus de Aytona, inter praefatam Marchionissam, et rellatum Ducem qui ad se pertinere contendit, tanquam proximiorem agnatum, mortuo D. Emanuele de Moncada, Comite de Baños, fratre ultimi posesoris.

In iudicio tenutae, terminus probatorius 80 dierum assignatur, et quidem peremptorius, in L. fin. tit. 7 lib. 4 recop. Videndus Gutier. pract. lib. 2 q. 89. 90 et 91.

Tenuta solum locum habet in bonis mayoratus, sive is cum Regia facultate, sive sine illa constitutus fuerit. Unde si aliqua pars opponat, bona libera esse, et non maioratui subiecta, super hoc dubio debet ante omnia iudicari et sic sententia suplicabilis est, quia locus esse non potest tenutae, quousque prius de qualitate, et permanentia maioratus constiterit per rem iudicatam. Paz de tenut. tractatu 1. cap. 4, qui n.o 18 resolvit, Regiam sententiam in hoc articulo latam, a Regio Castellae Consilio, non parere rem iudicatam in iudicio propietatis apud Regiam Cancellariam prosequendo, eo motivo, quia solum incidenter de iure propietatis cognoscitur in Supremo Consilio.

Licet tenutae remedium, et interdictum posessorium sit, tamen annexam habet propietatem, de cuius iure in hoc iudicio integre cognoscitur. Quia tamen hoc solum incidenter contingit, ad efectum declarandi legitimum posesorem, sententia lata super tenutam non parit rem iudicatam in petitorio. Optime Paz de tenu. cap. 6.

In iudicio tenutae, non fit probationum publicatio datur tamen partibus earum copia, et inspectio. D. Molina de primog. lib. 3 cap. 13 n. 67. Paz in dic. tractatu cap. 7 ex n. 1.

In iudicio tenutae veniunt fructus maioratus, ut optime docet Paz citat. cap. 8, quem vide.

Interdictum interim sumarissimum locum habet pendente iudicio tenutæ, ut docet Paz, in dic. tract. de tenu. cap. 3. Contrarium tamen tenent D. Molina, lib. 3 cap. 13 n 10 et ibi Addentes.
Sententia lata in iudicio tenutæ, executioni mandatur absque cautione, ut probat Paz, cap. 12 ex n. 36.
Actio tenutæ, proponi debet infra semestre, à tempore mortis ultimi posesoris computandum. Paz cap. 16. et 17. ubi docet, huiusmodi terminum esse peremptorium, et currere contra minorem, absentem, furiosum, ignorantem, infantem, et eum qui in utero esset. Si tamen bonorum sequestrum fiat, solum incipit semestre à die sequestri, non vero à die mortis, ut advertit ipsemet Paz cap. 15. per tot. Questio tamen est, an si maiorazatus posesor in alio maiorazatu succedat, qui cum primo, quo potidebat incompatibilis sit: ille qui in primo maiorazatu succedere contendit, in dicta huius ultimi posesoris, tenutam proponere posset. D. Molina de primog. lib. 3 cap. 13 n 59 et ibi Addentes, negativam sententiam tenent, ne dum in casu incompatibilitatis, sed etiam in casu contraventionis. Affirmativam vero deffendit Paz in terminis maiorazatus incompatibilis, cap. 34 de tenut. n. 1 et segq. Quam sententiam veram agnoscit D. Olea, in addition. ad tit. 3 q. 4 resolut. 1 n 7. Et supposita veritate prefatæ oppinionis D. Paz, alia questio subintrat, intra quod scilicet tempus tenuta in Regio Senatu proponi debeat, post factam electionem à posesore (solum enim in his terminis locum esse tenutæ, docet Olea), nam quando vacatio per mortem contingit, iam supra diximus. In hac difficultate duos casus distinguit Paz, dic. cap. 34 ex n 15. Primus, quando post secundi maiorazatus acceptationem, ab alio primus esset occupatus, et in hoc casu, semestre computandum esse docet, à die acceptationis secundi maiorazatus, et occupationis primi primogenij. Secundus casus est, quando posesor secundum primogenium acquisivit, et primum non dimisit, immo utrumque retinuit: hoc casu quocumque

Tenutæ determinatio suspendi debet ex Carboniano Edicto, usque dum pupilus pubertatem attingat, ut subtiliter probat Paz de tenut. cap. 33

tempore intentari posse contra ignum tenutam docet, et rationem huius distinctionis ibi reddit.
Tenutae naturam, et differentiam inter eam, aliaque possessoria interdicta, optime explicat Paz in dic. tract. cap. 26 et 27, subdens cap. 28 cum D. Molina lib. 3 cap. 13 n. 52, hoc remedium proponi non posse adversus singulari titulo possidentem.
Tenuta competit vocato ex coniecturis. Paz ubi prox. cap. 29. D. Molina, lib. 3 cap. 13 n. 43.
In hoc interdicto plena probatione requiruntur. Licet enim sumarium sit, haec tamen qualitas solum respicit solemnitatem, non vero probationes. Paz citat. cap. 31, addens cap. 32 testes receptos in hoc iudicio prodesse etiam in petitorio. Vide Pareja, resolu. 1 n 28.
Tenutae remedium competit pro iure Patronatus, Anniversario, Beneficio, et Cappellania, quando instituta sunt cum qualitate perpetuitatis inter omnes a familia, gradatim, et ordine succesivo, quia in his locum habent omnes regulae maioratus, et hoc iure vivimus, ut docet Paz, cap. 51 et 58. Noble de represent. lib. 2 cap. 13 ex n. 72.
In maioratu electivo, qui improprie talis est, et potius fideicomissum perpetuum appellari debet, locus est tenutae, ex Paz citato, cap. 53, prout etiam in primogenio temporario, ut idem docet cap. 60.
Si Clericus in actuali possesione sit maioratus, potest contra eum proponi tenuta in Regio Supremo Senatu. Paz, cap. 63. Et si Clericus in tenutae iudicio obtineat, debet de proprietate iuris dici in Regiis Auditoriis. Idem Paz cap. 69.
Hoc remedium Venturi competit. Paz cap. 68.
Pendente iudicio tenutae, alimenta non aliter decernuntur, quam si adsit possesio vacans, vel aliquid sequestrum, concurrente inopia litigantis, et boni iuris praesumptione. Si tamen fuerit praeocupata possesio, deneganda lite pendente super tenuta. Idem Paz cap. 76.

Tutor quoad Rationes.

De rationibus tutelae, et cuiuslibet administrationis reddendis, vide plenissime Bas in theatro Iurisprudentiae tom. 2. cap. 43. ubi num. 18. cum seqq. plene probat, adeo iustam, et praeviam esse rationum redditionem, ut etiamsi minor maior factus tutorem liberaverit, apocham fecerit, aut transegerit: tamen rationem reddere debet, eo ipso quod non appareat de processu, et sententia calculatorum, quia id pro forma requiritur, et aliter facta liberatio, vel diffinitio nihil operatur, licet minor maior factus in instrumento liberationis fateatur, ea omnia intervenisse; quia confessio in hac materia non relevat si de actis non constat.

Tutor, aut Curator, finita tutela, vel cura, non calculatis rationibus, et quousque sit in creditis satisfactus, in bonis pupillaribus manutenetur. Regens Caldero tom. 2. dec. 102. num. 17. et alij apud eum. Hac tamen sententia generaliter intellecta, durissima videtur, ex traditis a Bas in theatro Iurispr. tom. 2. cap. 43. ex num. 94. ubi distinguit cum alijs inter bona immobilia, et mobilia. Immobilia statim finita tutela, aut Cura restituenda esse minori, facto maiori, et ad id tutorem, aut Curatorem via executiva compellendum esse docet. Mobilia vero retinere posse contendit a tutore, aut Curatore finita administratione, dummodo paratus sit rationes reddere. Quam distinctionem optime probat, et praxi admissam testatur.

Iudex competens ad tutorem, vel Curatorem dandum pupillo, seu minori, non solum est ille, cui pupillus, aut minor ratione originis, aut domicilij subest, licet universum patrimonium alibi habeant, sed etiam Iudex territorij in quo bona omnia, aut maior ipsorum pars sita sunt, etiamsi domicilium, aut originem in alio loco habeant. Ita ut Iudex domicilij designare possit tutorem pupillo sibi subiecto, et vigore huius creationis, legitimam administrationem habebit tu-

tor omnium bonorum pupilli: idemque et in cæteris casibus dicendum est. Semel enim data a Iudice competente tutela, vel cura, aut ratione originis, aut domicilij, aut rei sitæ, potest tutor, vel Curator ubique terrarum agere, et administrare, etiam in locis Iurisdictioni Iudicis, qui tutelam dedit non subiectis, iuxta expressos textus in l. unica C. Ubi petantur tutores, vel Curator. et l. 12. tit. 16. part. 6. et ibi Gregor. Lopez, verbo La mayor partida de sus bienes, Bar omnino videndus in Theatro Iurispr. tom. 2. cap. 31. n. 32. et 33.

Clericus in sacris constitutus, non potest esse tutor testamentarius, aut dativus, nec ad suscipiendam tutelam legitimam cogi potest l. generaliter 40. C. de Episcopis, et cler. authent. Presbyteros C. eodem, can. pervenit 86. distinct. can. Cyprianus 21. q. 3. cap. Sacerdotibus, Ne clerici, vel Monachi, Cortiada cum innumeris Dec. 153. n. 23. Fontan. Dec. 191. et 192. Potest tamen si vult suscipere tutelam legitimam consanguineorum suorum ratione charitatis, cum sit officium pium, quod Sacerdos proprijs coniunctis præstare debet. Idemque procedit quando pupillus est pauper, et miserabilis persona; imo hoc casu etiam nolens per Episcopum cogi potest tutelam, aut curam suscipere, ut docet Cortiada citatus, n. 28. et 29. qui num. 33. advertit, quod si de clerici tutoris, vel Curatoris laici remotione agatur, Iurisdictio pertinet ad Iudicem Sæcularem, et ita decisum fuisse per Cancellarium Cataloniæ. An autem Clericus tutor, Curator, seu Administrator bonorum laici, pro reddenda ratione administrationis, et reliquorum restitutione, sit conveniendus coram Iudice Ecclesiastico, vel sæculari, vide suprà fol. 450. pag. 2.

Tutor, aut Curator dari non potest pupilo, aut minori tutorem, vel Curatorem habenti l. cum iure, cod. qui petant tutor. l. licet, cod. in quib. casib. tutor. vel curat. habenti, tutor, vel curat. dari potest. l. 43. t. 16. p. 6 et ibi Greg. Lop.

Vectigal

De Vectigalibus, et tributis omnino videndus est Adamus Contzen lib. 8 Polit. cap. 9 per tot. ubi postquam politice, theologice, ac juridice de hac materia optime disseruit: tandem § 18 et seqq. docet, et merito, iustum esse tributum, si potestas, causa, et proportio concurrant, quod scilicet imponatur à Principe Supremo, adsit publica necessitas, eique et subditorum facultatibus, tributa respondeant; Quibus positis, omnes ad solvenda tributa teneri, cum alijs Theologis docet. Quid quoad Ecclesiasticos respectu bonorum temporalium? Vide annotata supra verbo Gabella, fol. 600. et Pharium Cutel. de immunitate lib. 2. cap. 36. per tot. D. Covar. practicar. cap. 31.

Usufructus.

Vide quae adnotavimus in tom. 2. Observ. fol. 372. cum pluribus sequentibus.

Usus fructus totius hereditatis legatum, minuitur in concurrenti quantitate per proprietarium, beneficio legis Falcidiae, ut optime probat D. Castillo de usufr. cap. 60. per totum. Ratio est, quia quoad Falcidiam, et Trebellianicam, nihil corrigit jus Castellae, imo juris communis sanctiones intactae manent, ut idem Castillo probat, D. Molina de primogen. lib. 1. cap. 13. D. Olea cum aliis de cess. jurium tit. 4. q. 5. n. 25. contra Antonium Gomez lib. 1. var. cap. 12. n. 13. vers. Hodie tamen, ut ibi advertit Ayllon in addit. Computatio autem ad videndum, an usus fructus legatum dotrantem excedat, fieri debet juxta l. hereditatum 68. ff. ad L. Falcidiam, videndo ex D. Castillo d. cap. 60. de usufructu.

Visitadores: Visitas; Residencias.

Entre las muchas especialidades de el Juicio de la Visita de los Virreyes, Presidentes, Oydores, y otros Ministros de las Indias, que refiere el D. Solorzano en su Politica lib. 5. cap. 10. una es la de ser inapelables las Sentencias en el efecto suspensivo; y assi solo se admite la apelacion, o suplicacion en el efecto devolutivo, como en Castilla està dispuesto por la Ley 17. tit. 7. lib. 3. Recop.

Pero esta Regla, que generalmente es cierta, se limita por la Ley 52. tit. 4. lib. 2. Recop. y por el Auto Acordado 17 de el Consejo, en dos casos. Uno, si en la sentencia de el Consejo huviere privacion de Oficio perpetuo; y otro, si por ella se condenare a pena corporal, como fundado en esta Ley, y Auto acordado defiende el Sr. Mathæu de Re criminal. controvers. 62. per tot. maxime num. 6. 7. et 8. porque aunque las citadas disposiciones hablan para Castilla, proceden igualmente en las Indias, cuyo Senado tiene en ellas la misma jurisdicion, y preheminencias, que en estos Reynos el de Castilla. D. Solorzan. de Jur. Indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 12 num. 8. donde dize, que el Supremo Consejo de las Indias es parte de el de Castilla. A que se llega governarse aquellos Reynos por las Leyes de estos.

Y sin embargo esta limitacion tiene lugar solamente en las Residencias; pero no en los Juicios de Visita, que son mucho mas estrechos, y en ellos cessa la suplicacion, y otro qualquier remedio, aunque se imponga pena de privacion de el Oficio perpetuo, y con una sola sentencia de el Consejo, que se executa inmediatamte.

queda finalizada la causa, y solo se admite suplicacion
quando el Consejo impone en su Sentencia pena Capital
ó otra graue corporal. La Razon dela diferencia es;
porque enla priuacion de Oficio no sele agrauia al
Ministro por hauersele concedido durante la mera, y
libre Voluntad de el Principe; y asi por esto, como por
que estos empleos se entienden dados con la sugecion
ala Visita, no pueden suplicar dela Sentencia de el
Consejo. D. Crespi obseruat. 7. per tot. D. Larrea Decis.
98. num. 23; pero enla pena corporal, y capital cessan
estos motiuos, porque nadie es dueño de su vida, y
miembros. leg. Liberorum ff. ad leg. Aquil. cum vulgat.
Vidend. D. Matheu. controuer. 74. ex num. 36. donde
dize, que aunque son indispensables Requisitos lo que
para la defensa pide el dro natural, concurren to-
dos en su genero en este juicio irregular dela Visita.
Lo primero; porque el callar al Reo el nombre, y
dichos delos testigos, como manda la Ley 24. tit. 34. lib.
2. dela Recop. delas Indias, se haze justo, y preciso por
los inconbenientes, que delo contrario se seguirian.
Lo segundo; porque la citacion se suple y es visto ha-
zerse por la publicacion dela Visita, y entrega delos
cargos, que de ella Resultan. Lo tercero; porque el no
ratificarse los testigos, naze de el mismo juicio, aque
esta afecto el empleo, que es visto darse con esta car
ga, como tambien la denegacion dela segunda ins-
tancia, leg. 3. cod. Quorum appellat. non recip. y asi
solo es admisible la suplica, quando se trata de impo-
ner pena corporal. leg. 57. tit. 4. lib. 2. Recop. Castella
Videnti D. Solorzan. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 8.

maxime num. 10. et 11. D. Larrea Decis. 98. Vease la Ley 31. tit. 12. lib. 5. de la Recop. de Yndias, que previene los casos en que son suplicables las sentencias en causas de Residencia, y manda, que en las de Visita se guarde el estilo, que el Consejo de Castilla observa en las suplicaciones.

[illegible]

Usura Vbi, seu interesse

Vide in tom. 2. obser. fol. 370. ubi plene, et Altograndum lib. 1. consil. 30. per totum.

De Usuris, et qualiter contingant, ac palliantur, late dicenit, et cum distinctione contractuum iuxta praxim Castella explicat Mathew de re crimin. controver. 40. per totam.

18

Violentias tollere, Regij officij esse iure Divino na-
turali, civili, et Regio probat D. Salgado p. 1. ge-
de Reg. protect. cap. 1. per totum. Et huic veritati
consonat immemorabilis Hispaniae consuetudo,
quae constat ex leg. 36. tit. 5. lib. 2. Recop. et ipsi quo-
que tradit D. Salgado citatus, ex num. 120. prout etiam
ex egregijs verbis M. Tullij in oratione pro
Milone ibi: Hoc et ratio doctis, et necessitas bar-
baris, et mos gentibus, et feris natura ipsa prae-
scripsit, ut omnem semper vim, quacumque
ope possent, à corpore, à capite, et a vita sua pro-
pulsarent.

Nec obstant Canon. 14. 15. et 16. Bullae Coenae, ut
ipsemet author probat, quia Regia Tribunalia
id auxilium praestant vim, vi repellendo per
modum iustae deffensionis, et cum moderamine
inculpatae tutelae, absque ulla processus iurisdic-
tione, sed per usum oeconomicae, et politicae potes-
tatis in vim protectionis, quam Rex impartire te-
netur subditis oppressis, Ecclesiasticis, et Secula-
ribus. Est enim hoc auxilium nuda potestas,
naturalis defensio, auxilium politicum, oecono-
mica tuitio, permissa facultas, licita vis, cha-
ritativa protectio, propugnaculum violentiae,
Asylum oppressorum, tutus accessus, legitimus
recursus, et vis propulsiva, ut ait citat. D. d.
cap. 2. num. 3.

His suppositis advertendum etiam est, vim fere
per ecclesiasticum Iudicem, quoties appellationi
à iure permissae non defert, ut docent com-

Vide Regentem Calderó tom. 3. dec. 132. 138. et 139. et D. Covar. pract. cap. 35. per totum. Natalem Alexandrum tom. 4. Histor. Eccles. seculo 4. dissert. 21. ubi optime iustitiam huius Recursus demonstrat. et tomo 3. saeculo 15. dissert. 4. art. 3. num. 17. fol. 440. Vide Jeremiam cap. 22. Van-Espen tom. 6. tract. de Censur. cap. 2. art. 5. Marca de Concordia lib. 4. cap. 21. et iterum Van Espen in dicto tract. cap. 8. § 4. 5. et 6. et in tract. [illegible] cap. 1.

Vid. supr. fol. 40. cum seqq. verb. Appellatio.

Vid. f. 60 ##

muniter DD, et prœcetexis Salgado citatus cap. 2.
In hoc casu Recursus per viam violentiæ hoc modo practicatur.
Ante omnia proponitur, non libellus, sed simplex querela, iuxta formulam traditam à D. Salgado dicta par. 1 cap. 2 n. 63. in qua narratur factum et ponderatur, ecclesiasticum Iudicem, in non deferendo apellationem, vim fecisse, quam amovendo, seu ut vulgo loquimur: la qual alzando, y quitando concludit petendo Regiam Provisionem ordinariam, ut Iudex apellationi deferat, atentata reponat; et si non fecerit, acta processus originaria ad Regium Consilium mitat, ut eis vibis debite provideat; et interim excomunicatos absolvat ad reincidentiam cum cæteris in ordinaria provisione expressis &c.
In hac querella duo alternative petuntur; vel ut Iudex deferat apellationi, vel ut acta remitat, causa opresionis tollenda. Si apelationi detulerit, cesat fundamentum recursus; sin minus, acta remitere debet vigore prefata ortatoriæ provisionis, quam de ruego, y encargo vocamus.
Legitima apellatio, et quidem infra tempus præcedere debet; alias nulla vis fit per ecclesiasticum Iudicem, propriam sententiam exequentem, ut recte docet Salgado dicto cap. 2. a n. 64. subdens nº. 69 et 70 aliud esse in protestatione huius auxilij quæ necesaria non est, cum solum apellatio, illiusque denegatio, fundamentum sit huius recursus.
Quid tamen de querella, et eius virtute expedita ordinaria provisione, antequam grabamen, vel sententia lata sit ab ecclesiastico Iudice, et per consequens antequam ipsa pars apellationem

interponatur. Vide D. Salgad. citatum n.º 35. cum seqq. Paz in praxi tom. 1. par. 1. temp. 1. n. 24. Cevallos com. contra com. tom. 4. q. 1. n. 164. quia explicant praxim apellationis a futuro gravamine, et auxilium Regium in hoc casu.

Ad Regiam Provisionem ordinariam obtinendam nihil ultra requiritur quam simplex partis querella et atestatio apellationis. Salgado dic. cap. 2. ex n. 83. quia ut docet n.º 90. Judicis gravantis arbitrio relinquitur, aut ab illata violentia desistere, aut acta originalia transmittere, si apellationi deferre noluerit et atentata reponere.

Transmissis actis, si ex eorum tenore vim fieri constiterit, jubetur Judici Ecclesiastico, ut apellationem admitat, et atentata reponat. Non enim probari potest violentia per testes, aut instrumenta, neque ullus Libellus (dempta querela) exceptio, contestatio, testium receptio, scriptura, aut aliorum actorum presentatio, repulsio, vel impugnatio admititur; sed cuncta ex inspectione processus resultant. D. Salgado dic. cap. 2. ex n.º 1. 3. Rationem tradit n.º 110. cum seqq. quia cum de detegenda violentia per Judicem illata tractet, solum acta apud eum exhivita atendi debent, adeo ut instrumenta, quæ coram Judice Ecclesiastico presentata non fuerint, nequeant ad tribunalia trahi, quamvis necesaria sint ad iustificandam apellationem; nam cum ipse non viderit, redargui non potest, cur aliter iudicaverit, ut prosequitur Salgado ex n.º 120.

D. Salg. dic. par. 1. de Reg. proni, tert. cap. 2. n. 124. et 125.

Si Judex Ecclesiasticus neque deferat apellatio-ni, et attentata reponat, neque acta remitat, parte petente, secunda provisio expedit quæ sobrecarta vocatur, et quandoque cum expensarum condem-natione, solvendarum sive à Judice, sive à No-tario, per quem steterit processum non tranmitere.
Advertendum est, in Regia ordinaria provisione precipi Judici, et Tabelioni ut processum origina-lem remitant per nuntium, cui statim salarium taxatur in Senatu iuxta Loci distantiam, et solvi mandatur à Procuratore querellantis. Salg. dic. cap. 2. ex n. 126.

In dicta Regia ordinaria provisione aponitur certus terminus ad actorum transmitionem, infra quem certiorari debet pars apellata de processus exportatione, ut intra illum met terminum in Senatu comparerat per se, aut per Procuratorem, ad informandum de apellationis natura, et qua-litate. Hæc autem certioratio, citatio non est, et con-sequenter non artat ad comparendum, quia eius persona necesaria non est, cum articulus violentiæ examinetur per rei evidentiam, et per solam actorum inspectionem, quin intexsit citatio, nec alius actus jurisdictionis, qua non utitur Princeps in hac extra judiciali defensione. D. Salg. dicto cap. 2. ex n. 129.

Intimata Regia Provisione, spectatur in Senatu pars apellata, vel eius Procurator pendente termino prafixo in Regia Provisione, et interim nihil innobatur. Similiter si pars apellata post ordinariam intimationem pervenerit ad Senatum ante quam apelans comparuerit, suspenditur actorum inspectio durante termino. Quod si ipse effluxerit absque eo quod apelans comparuerit: parte apellata petente, solet ei Regia provisio concedi, ut conquerenti intimetur quod sua ordinaria utatur, alias nobo termino elapso, sibi reficiant expensa. D. Salg. videndus dic. cap. 2. ex n. 124.

Si Judex Ecclesiasticus acta trasmittat, non tamen censuras revocet, et excomunicatas absolvat, non ideo cognitio violentia cesat, ut optime docet Salg. citat. ex n. 129. Ratio potissima est, quia licet excomunicatus nequeat in Judicio agere, potest tamen excipere, ac se tueri, et defendere; cumque hoc violentia auxilium prabeatur per modum extrajudicialis defensionis: consequans est excomunicationem non obstare.
Certum enim est, apellationem pracedentem anullare subsequantem excomunicationem, quia hac nulla

est ipso iure, si post legitimam apelationem proferatur Cap. Ad presentiam de Apellationib. Si tamen apellatio non est legitima, aut non admitenda quoad utrumque efectum, permisum est Iudici sententiam suam exequi. Sanchez de matrim. lib. 4. disp. 29. maxime stante Decreto Concilij Tridentini secione 25 de reformat. cap. 3. ibi: nefas autem sit Saeculari cuilibet Magistratui, prohibere Ecclesiastico Iudici ne quem excomunicet, aut mandare, ut latam excomunicationem revocet, sub pretextu, quod contenta in presenti Decreto non sint observata, cum non ad Saeculares, sed ad Ecclesiasticos haec cognitio pertineat.

In praxi, et stilo obtinuit, ut si Ecclesiasticus Iudex absolutionem denegaverit, et interdicta, aliasque censuras suspendere nollit, secunda solet Regia provisio expediri, quando periculum est in mora (sobrecarta de Ruego vocamus) et in ea rogatur Ecclesiasticus absoluere, et suspendere, non tamen sub aliqua comminatione; et hoc casu Ecclesiasticus absoluere debet ad reincidentiam, ad vitandum scrupulum, et scandala, saltim ex urbanitate. D. Salg. dic. part. 1. cap. 2. ex n. 114, qui num. 118 advertit, hanc secundam provisionem aliquando negari, pro temporum, personarum, ac negotiorum qualitate. Et num. 119 docet, quod si semel concesa absolutione, terminus in ea prefixus spiraverit, arbitrio Senatus, aliquando, et maxime quando culpa negligentia Notarij, aut Iudicis, in actorum transmisione, vel propter negotij dificultatem dilatio contingit

His observatis, celeriter inspicitur processus à Senatoribus, et si ex eo constat per rei evidentiam apelationem fuisse legitime interpositam, vim amobentes provident ecclesiasticum grabantem, ei deferre teneri, ut partes jure suo utantur coram Judice superiore. D. Salg. cit. ex n. 180. subdens n. 193 posse etiam à vi illata per Judicem superiorem recurri ad Regium Consilium.

Decretorum formulam, quibus Senatus vim fieri per Ecclesiasticum Judicem, aut non fieri declarat, refert, et explicat D. Salg. 1. par. de Reg. protec. cap. 2. ex n. 199 omnino videndus, maxime super expensarum articulo, in quibus damnari solet tum pars injuste recurrens, licet Clericus fuerit; tum etiam Notarius ut ibi. ex num. 238. = Horum Decretorum formulas, differentias, et naturam omnino nota apud D. Salgado d. p. 1. cap. 2. ex n. 199. Et circa Decretum conditionale, cap. 5. per totum.

Decretum, quod Auto de legos vocamus, locum habet cum Judex Eccl. cognoscit contra laicum et in causa prophana. D. Salgado de Reg. prot. par. 1. cap. 2. n. 218. per quod nulla acta declarantur ex deffectu Jurisdictionis.

Expedita præfata Regia provisione, cum incertione Regij Decreti, lati super articulo violentiæ, eo ipso quod intimata sit Judici Ecclesiastico, statim obedire tenetur. Quodsi renuat, expeditur secunda jusio, quæ sobrecarta dicitur, in qua fit cominatio amisionis naturalitatis, et temporalitatum; cui si non pareat, expeditur tertia provisio. Et si adhuc contumax sit, comparere jubetur in Senatu usque ad amisionem originis, et privationem temporalitatum, teste D. Salg. dicto cap. 2. n. 263. quæ omnia fiunt à Rege in vim Oeconomicæ, atque politicæ potestatis, tamquam Supremo Domino territorij, ac temporalitatum Regni, et Protectore publicæ pacis, et subditorum, ut prosequitur Salg. et docet D. Cresgi observ. 3.

Vide D. Salcedo de Lege Polit. lib. 1. cap. 10. per totum.

quoad Repositionem Attentatorum

An autem per simplicem delationem apellationi, et actorum repositionem, censeatur Ecclesiasticus Iudex obtemperare Regiæ iussioni? distinguit Salgado dicta par. 1. cap. 2. §1. Aut atentatum est tantum verbale, quia scilicet Iudex post apelationem, vel infra illius terminum processit ad aliquem actum judicialem, admitendo scripturas, vel probationem causæ principalis, vel testes, aut eorum repulsas; vel sententiam interlocutoriam, aut definitivam proferendo, vel similia, quo casu verbalis repositio sufficit: aut atentatum non consistit solum in verbis, sed etiam in facto, puta si ad executionem de facto processit, et beneficij, vel alterius rei posesionem traddidit, vel partem spoliavit, tunc namque, non sufficit verbalis repositio, sed omnino cum efectu requiritur, ut probat expressus textus in Cap. si a Iudice 10 de apellationib. per verbalem enim repositionem, nec reditur posesio vi opreso nec redimitur a detentatore, ut prosequitur Salg. citatus, subdens num. 15. ex comuni DD. sententia, non aliter purgata dici atentata, nisi omnia in pristinum statum reponantur. Et ex his infert num. 13. teneri Ecclesiasticum Iudicem in vim Regiæ iusionis, absoluere excomunicatos, et levare censuras; tum quia ita in Regia provisione exprimitur; tum etiam quia post apellationem legitimam, nulliter, et atentate in eis proferendis processit, non obstante Decreto Tridentini Sessione 25 de reformat. cap. 3. quia non procedit quando ecclesiasticus vim infert, et atentate procedit.

In decidendo articulo violentiæ attendi debet non solum Jus Canonicum, et Ecclesiastica Sanctiones, sed etiam statuta, constitutiones synodales, et stilus tribunalis Ecclesiastici, ubi vis illata prætenditur; hijs tamen deficientibus, potius ad Leges Regias, quam ad Jus civile recurri debet. Quod si nihil jure expresse cautum sit, tunc stari debet communiori Doctorum opinioni; ita ut si sit inter Authores contraversum ~~an~~ an locum habeat apellatio, et quatenus afirmative, utrum quoad ambos effectus, an vero quoad devolutivum tantum, comunior sententia ~~sententia~~ sequenda est. Data tamen opinionum equali probabilitate, vel juris dubietate, etiam in casu in quo apellatio sit regulariter prohibita: si Judex in dubio eam non admiserit, vim facere dicitur. Ratio est, quia cum hic recursus vergat in Reipublicæ utilitatem, favorabilis est, ut docet hæc omnia comprobans Salgado par. 1. cap. 2. § 3. per tot. de Reg. protect.

Vide l. 36. tit. 5. lib. 2. Recop. D. Salgado de prot. par. 1. cap. 2. per tot. maxime ex n. 80. et post d. cap. 2. §. 4. per tot. et de Ret. par. 2. cap. 11. ex n. 92 ad 102.

In L. 38. tit. 5. lib. 2. Recop. cabetur, illud tribunal adeundum esse pro violentia tollenda, sub cuius districtu degit Judex ecclesiasticus vim inferens, ita ut Taqui flumen per potestatem utriusque Cancellariæ Pincianæ, et Granatensis separet, atque dibidat, et idem cabeti videtur in L. 52. cap. 25. lib. 2. tit. 6. Recop. Postea vero consultus D. Rex per Regium Consilium super præfati capituli inteligentia, respondit, Judicem ecclesiasticum extra Curiam degentem, puta Complutensem, aliosque similes, si vim intullexint Regijs Judicibus, quos Alcaldes de Corte vocamus, sive in procedendo, sive in non defferendo, aut in exequendo, subditos esse Regio Consilio quoad vim tollendam, et in Gubernationis Aula esse de cætero cognoscendum. Idemque determinavit quoad violentias factas Judicibus comisarijs Regij Consilij, et nominatim, eorum qui de spolijs episcoporum contra Judices ecclesiasticos extra Curiam cognoscunt, ut constat ex cap. 25. par. 1. de los Autos acordados tom. 4. fo. 23. = Quid de Regularibus in causis visitationum? vide L. 40. t. 5. lib. 2. Recop. Salg. de Reg. Prot. par. 1. cap. 2. § 5. ex n. 10 = Vide anotata sup. fo. 325.

Violentia dequibus cognosci prohibetur

Regula est Regium Consilium, et Cancellarias supremas, cognoscere posse de quibuslibet violentijs, iuxta horum tribunalium territorium, ex L. 36. t. 5. lib. 2. Recop. Dom. Salg. de Reg. Prot. par. 1. cap. 2. § 5. Plures tamen habet limitationes, quæ secuntur.

Prima in Causis tam civilibus, quam criminalibus, quarum cognitio pertinet ad Inquisitores hæreticæ pravitatis, et tribunalia Sti. Oficij. Salg. citatus ex n. 5. — Vide omnino D. Salgado de supplicat. ad Sanctis. par. 2. cap. 33. ex n. 1. ad 16. — Inquisicion

Secunda in causis visitationum Regularium; hæc namque ad Regias Cancellarias trahi non possunt per viam violentiæ; quia si super ea sit aliquid providendum, ad Regium Consilium pertinet, iuxta L. 40. t. 5. lib. 2. Recop. Salg. ubi prox. n. 10. subdens n. 18. id limitandum esse quando Prælatus in visitatione et correctione modum excesserit, quia tunc subditus oppresus apellare poterit, et ad Regium Senatum per viam violentiæ recurrere. Cevallos com. contra com. lib. 1. quæst. 2. alias 897. n. 287. et de cognitione per viam violentiæ glo. 6. lib. 2. n. 23. Solorzano de iure Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 26. n. 31. = Vide in tom. 2. observ. fo. 317. et D. Salgado de Retent. par. 2. cap. 11. ex n. 104. — Visita de Regulares

Episcopus in certis casibus potest tamquam Sedis Apostolicæ delegatus, visitare, et corrigere Regulares ex Tridentino seccione 21. cap. 8. et tunc ab eius visitatione recurri non potest ad Senatum prætextu violentiæ. Salg. ubi prox. n. 26 cum seqq. — Visita del Opo, como delegado de la Sta. Sede à los Regulares

Tertia limitatio est in omnibus causis, et negotijs atingentibus tres gratias, nempe Bullam S. Cruziatæ, Subsidium, et excusatum, quia in his cessat recursus violentiæ ex D. Salg. citato n. 30 cum seqq. — Causas respectivas à las tres Gracias de Cruzada, Subsidio y Excusado

Jueces Escolasticos

Recurso de Violencia ô fuerza en qto. â los Jueses de Estudios

està ya varias vez declarado pr. el consejo qe. quando procedan estos Juezes con la Jurisdn. ordinaria, esto es la delegada pa. con los Legos, no hay recurso de fuerza, si no de apelacion â la Chancilleria = en Causa del Cano. de la Catedral de Salamanca con el Colego. mor. de Sn. Bartholome ante el Scolco. de la misma Univd. en Agto. de 1770. y en otras.

Quarta limitatio est in causis pendentibus coram Conservatore, aut Magistro Scolarum Salmanticae, eiusque locatenentibus, quia licet appellationi non deferant, immo ad executionem procedant, cessat recursus violentiae ad Regias Cancellarias ex L. 48. t. 7. lib. 1. Recop. Salgado citatus n. 41. ubi latissime explicat jurisdiccionem praedicti Magistri Scolarum = Vide P. Mendo de iure academico lib. 1. quest. 8. § 4. num. 269. ubi refert non obstante praefata leg. Regia, admitti â iudicibus academicis, eorumque sententijs Recursum ad Regia praetoria per viam violentiae, idque de facto servari ex Arias de Mesa, et Escobar, quos ibi citat.

Violentia de otorgar contra Dño

Regia protectio, et violentia recursu, non solum locum habet quando Iudex ecclesiasticus in casu apelabili, apellationi non defert, sed etiam quando in casu inapellabili, apellationem admitit; nam sicut in prima proposita specie iniuste gravat Iudex apellantem, ita pariter gravamen infert apellato, quando in casu inapelabili, apellationem admitit quoad utrumque effectum, denegans sententia executionem. Unde si pars apellata, de dellatione conquaeratur, petens ipsius repositionem, et ab ipsius denegatione apellans, ad Senatum confugiat, locus est conditionali decreto, scilicet: Que admitiendo la apelación, y reponiendo lo hecho, no haze fuerza; y no lo haziendo, la haze. Ita D. Salg. omn. videnď. de Reg. pro. par. 3. cap. 18. per tot. maxime ex n. 1. et iterum n. 23. et 53.

Violentia inter Iudices Eccl.cos

Inter duos Eccles.cos Iudices Delegatos, se invicem inhibentes, et excomunicantes, ille vim facere dicitur, qui absque Iurisdictione procedit. Unde tali casu Senatus ita declarat, remittens acta Iudici, qui legitime de causa cognoscere debet. D. Salgado videndus de Reg. prot. par. 2. cap. 10. ex n. 88.

Uxor 1.

Quid juris disponant Regiae Castellae leges, quatenus corrigunt jus commune, habetur in 2º tomo Observationum fol. 379 et 380.

Uxor in augmento dotis est mere usufructuaria. Fontanella, clau. 7 glo. 1 p. 1 eco n 34, et melius n 52 et seqq. Gribel, decis. 42. D. Carrillo de usufruc. cap. 18 n 6. fol. 628

Vidua.

secundum forum Aragonum. ff 627

Viduitatis jus in Aragonia, aliud est generale, et aliud particulare. Generale est quod competit beneficio Fori, et secluso pacto contrahentium. Particulare est illud quod viduæ conceditur in vim pacti in certa, et determinata quantitate; quia cum in illo Regno liceat partibus pacisci, ut libuerit, dummodo non sit contra Jus divinum, vel naturale: eo ipso, quod in contractu matrimoniali promissa fuit Mulieri, viduitas in limitata quantitate, qua contenta renunciavit beneficio Fori: standum est pacto, ut quotidie fit, et pluries decisum extat in Regia Audientia, ceterisque Tribunalibus Aragoniæ. Vide Sesse tom. 3. decision. 292. Franco in Codic. Fororum lib. 5 tit. de Jure Dotium f 416. et seqq.

Vidua, quæ Mariti domum expilavit, vel ab ea res amovit, an et quando præsumatur sibi solvisse dotem, et cetera credita dotalia, ita ut ipsi agenti ad Dotis restitutionem, obstet exceptio præsumptæ solutionis, ad ma

teriam textus in leg. unica §. Taceat 5. Cod de Rei uxoriæ actione, optime explicat Cardin. de Luca de Dote discurs. 183 per totum: Vide Rotam post D. Salg. in Labir. p. 4. decisione 24.

Universitatis congregatio

Congregatio Universitatis absque superioris interventu, illicita est. l. 1. ff. quod cuiusque Universitatis nom. l. 1. et tot. tit. ff. de collegijs, et corporibus illicitis, Losseus de jure univers. par. 1. cap. 3. n. 66. D. Amaya in l. 2. et 46. n. 10. C. de Decurion. lib. 10. tit. 31. quos refert, et sequitur D. Cres-pi de Valdaura obser. 112. n. 9. et amplius comprobatur ex L. fin. Cod. ad Leg. Iul. de vi publ. L. 2. tit. 10 part. 7. et ibi D. Greg. Lop. toto tit. 14 et 15. lib. 8. Recop. quibus omnibus prohibetur hominum coadunatio, et congregatio ad vitandas fraudes, machinationes, pro-lentias, conspirationes, et tumultus. Unde invaluit Francia praxis, ubi Regijs edictis prohibetur Univer-sitatis cœtus, et hominum congregatio, absque Prin-cipis Licentia, etiam ad constituendum Procuratorem, ut refert Guido Pape, quest. 106 per tot. et eius Addi-tionator, littera C, hoc bene ordinatum fuisse in Francia dicit, quia Galli faciles sunt ad tumul-tus, et dissentiones, et res novas mulium desiderant, tes-te Salustio, Tito Livio, et Iullio Casare.

Quæ licet vera sint, tamen pro causa licita, possunt homines sine Superioris authoritate se congregare, ut tenet Bald. Concil. 262 et 425. Craveta Concilio 216 lib. 3. quos refert, et sequitur Rabocius in notis ad dictam decissionem 106 Guidonis Pape, et post eos gla-nissimi Acevedo in L. 1. tit. 14 lib. 8. Recop. n. 5. cum seqq. ubi probat licitas esse hominum congregationes, et adunationes, ad casum particularem, vel particu-lares actus licitos, et honestos. Quod exemplificat in Nobilibus alicuius Loci, qui congregare se pos-se defendit, ad tuendas coram Iudice suas Praemi-nentias, et iura: tunc enim non solum negat commi-tti delictum, verumetiam tenet fas esse ad hoc se con-gregare, cum eorum congregatio ordinetur ad suæ justitiæ deffensionem; et generaliter docet, in citata Lege 1. et seqq. tit. 14 lib. 8. Recop. Congregationes pro-hiberi, quæ fiunt sub prætextu boni, cum tamen ad

malum finem ordinentur; non vero si ad bonum finem, puta ad res deffendendas, honorem, et praeminentiam: hoc enim licitum est. Et haec fuit doctrina originalis Bartholi, in Extravag. qui sint Rebelles, verbo: <u>Occulte</u>. Bossius in practica crimin. tit. de Unionib. et colligationib. n. 80. Docent etiam Amendola, et Riccius in additionib. ad Vincentium de Franchis decis. 116; pro contraria vero Jacob. Menoch. lib. 4. consil. 28 per tot.

De Collegijs, et Congregationibus omnino videndus est Julius Cap. tom. 1 discept. 262 ubi late, et docte explicat quando sint licita, vel illicita, eorum authoritatem, et iura, aliaque plura quotidie practicabilia.

Venditiones bonorum, tam mobilium, quam immobilium, per Curiam factæ, dummodo servatæ fuerint debitæ solemnitates, valent, et emptores in perpetuum sunt securi. Nec adversus eas, illi contra quos pro executione justitiæ factæ fuerint, admittuntur, nec audiuntur ad restituendum, vel infringendum, aut majus pretium modo quocunque supplendum. Constat ex Regia Prag.ca D. Regis Sanccij. 6. Kal. Martij 1321. quæ habetur in libro Ordinationum Regni fol. 137.

Immobilia, quæ venduntur per Curiam, licitari debent per 30 dies, quibus elapsis, liberari possunt, seu vendi. Constat ex Ordinationibus factis per D. Regem Joem Doll, pro praxi R. Aud.a fol. 208. in dorso, vers. y los immobles. Ubi habetur, quod si debitum sit parvum respectu valoris proprietatis, quæ vendi debet, Iudex faciat illam locare ut de fructibus satisfiat Creditori, ita ut semper fiat cum minori damno Debitoris. Hinc invaluit inconcussa praxis tribunalium hujus Regni, ut si per novennium fructus sufficiant ad solvendum æs alienum debitoris, minime ad immobilium venditionem procedatur, sed fit sequestrum, et oppositis Creditoribus, unicuique gradus assignatur secundum temporis prioritatem, et potioritatem juris, juxta formam, de qua supra, verbo Graduatio, fol. in 1.o tomo Decisionum.
Si vero necesse omnino sit bona immobilia vendi, adhibentur experti, et fit æstimatio, ac liberatur hasta Fiscalis plus danti, dummodo excedat bes, seu duas tertias partes pretij per expertos in æstimatione taxati, et hoc jure utimur, prout continua praxis demonstrat. Et nota, quod Hasta Fiscalis purgat omnes hypothecas, ut constat ex decisionibus relatis in 1.o tomo, verbo Hasta Fiscalis, pag. seu folio 152. in dorso. Advertendum etiam est, quod non reperto licitatore, fit adjudicatio creditori, deducta sexta parte valoris, et hæc est praxis, de qua testat. Cardin. de Luca de emption. Disc. 54. n. 15.

In substitutionibus, verbum Hæres, vel Successor Universalis, comprehendit omnes, qui habent hanc qualitatem, in bonis, et hæreditate paterna, perpetuo, tam immediate quam etiam aliis interpositis, l. hæredis ff. de verbor. significat. l. qui successorem ff. de reg. jur. l. fin. §. 1. C. de hæred. instituen. Bartol. in l. Gallus §. etiamsi parente ff. de liber. et post. Rota coram Coccino decis. 1788. n. 55. et in eorum favorem justificantur substitutiones, maxime vulgares, quando præcedens facta fuit caduca, per præmorientiam expresse vocati nomine proprio, et in eius defectum, hæredum, et successorum universalium. Rota in Asculana fideicommissi 24 Junij 1689, et 6 Junij 1687, quoram R. P. D. Rondinino, quæ extat in Mantissa ad tom. 10. Cardinalis de Luca, decis. 67. et 68. Peregrin. de fideicom. ar. 32. n. 30. et idem in decis. Patavin. 101. n. 2. Fusar. de substitut. q. 339. n. 11.

Nec dictum verbum Hæres, vel successor Universalis, restringitur ad hæredes sanguinis; immo verificatur in quibuscunque hæredibus, licet extraneis, et in successoribus ipsorum hæredum. l. in annalibus C. de legat. l. pater filium §. penult. ff. de leg. 3. Rota coram Buratto decis. 596. n. 3. et coram Merlino dec. 145. n. 2. Bart. in d. l. pater filium, Peregr. de fideicom. art. 32. n. 30. 33. et 34. et dec. tot. per tot. Rota decis. 62. et 68. Mantiss. ad tom. 10. Cardin. de Luca. = Et solum talia verba restringuntur ad hæredes sanguinis, quando agitur de fideicommisso disposito ab Ascendente, l. ex facto §. fin. ff. ad S. C. Trebel. Menoch. cons. 968. n. 8. Simon de Prætis de interpretat. ultimar. volunt. fol. 197. n. 17. Mantica de conjecturis

lib. 5. tit. 12. n. 13. Ruar. de subitt. q. 339. n. 63. Rota decis. 216. n. 1. et decis. 269. n. 4. par. 5. et decis. 345. n. 13. par. 19. recent. et quoram Cerro, decis. 513. n. 1. et 5.

Vel quando fuisset vocatus successor universalis filiorum testatoris, immediate post vocationem filiorum, Actolin. resolut. 40. n. 35. Cardin. de Luca de fideicom. discur. 145. n. 5. Rota decis. 67. n. 5. par. 13. et decis. 345. n. 14. et 15. par. 19 recentior.

Vide Appendicem ad Allegationem pro D. Ferdinando Sual cum D. Raym.do de Neri, a n. 14. fol. 156. in 1.o tomo Allegationum.

Majoricen. Vicariæ
Stantibus hinc inde deductis.

Dubium: An Vicarius Sanctæ Crucis, possit deputare alium Vicarium amovibilem, et participare de distributionibus cum Beneficiatis, in casu, et ad effectum de quo agitur.

Beatissime Pater, Anno 1603 Monasterium, et Monaci Jesu Nazareni, Ordinis Carthusiensis Diœces. Majoricen. renunciarunt in manus illius Episcopi, jus nominandi Vicarium temporalem ad Ecclesiam Sanctæ Crucis, eidem Monasterio perpetuo unitam a Benedicto 13. cum assignatione tertiæ partis fructuum, prout nominare poterat ipsum Monasterium, quam renunciationem ipse Episcopus acceptavit, ut num. 1. et Metropolitanus anno 1625 per sententiam, et rem judicatam, causa cognita declaravit ad favorem Beneficiatorum eiusdem Ecclesiæ, esse Vicarium temporalem, et Magnum ab Episcopo deputatum, habendum esse pro Vicario amovibili, ut num. 2.

Nihilhominus Episcopus modernus declaravit Vicariam perpetuam, et Melchiorem Garcia, nuper in Vicarium deputatum, nominari debere perpetuum, iuxta Decretum Sacri Concilij Tridentini cap. 7. sess. 7. de Reformatione, eidemque rursus, tanquam perpetuo Vicario competere jus nominandi Vicarium temporalem, et amovibilem pro administratione Sacramentorum, non obstante oppositione dicti Monasterij Carthusiani, et dictorum Beneficiatorum eiusdem Ecclesiæ, et non obstante dicta sent.a Metropolitani, eorum favore lata, ut num. 3; et quamvis dicti presbyteri, ac Monaci appellaverint, num. 4. nihilhominus, appellatione pen-

dente Episcopus, seu eius Vicarius mandavit, a Beneficiatis persolvi eidem Garcia, uti perpetuo Vicario distributiones, ut num. 5. a quo Decreto, pariter interposita appellatione, ut num. 6. causaque super omnibus commissa R. P. D. Ponenti num. 7. emanavit praeinsertum dubium, negative quoad utramque partem resolvendum.

Etenim quoad primam partem dubij super deputatione alterius Vicarij amovibilis, dicimus 1. quod cum ex instrumento constet, Vicariam fuisse a Benedicto 13. perpetuo unitam Monasterio, eius Monacos renunciasse dumtaxat Episcopo, jus nominandi Vicarium temporalem dicto num. 1. prout temporalem censendam esse, pronunciavit Metropolitanus in dicta sententia, quae transivit in judicatum dicto num. 2. non potuit postea Episcopus declarare seu erigere eandem Vicariam in perpetuam; non ex Bulla Pij 5. 47. quia non habet locum in unitis Monasterio Monacorum. Mores de Mena, lib. 1. var. q. 10. n. 40. neque ex dispositione Sacri Concilij in dicto cap. 7. Ses. 7. de Reformat. quia non habet locum, quando extat pactum, et res judicata in contrarium, quibus non fuit in ipso Concilio derogatum, prout requiritur; nec minus habet locum, quando Vicaria perpetua fuit particulariter unita Monasterio, et ad evitanda jurgia dimissum jus nominandi, ut hic, ne alias tacite Episcopus, cui Concilium concedit dumtaxat arbitrium, tollat unionem, prout ex utroque capite firmat Mores de Mena, dict. q. 10. n. 41. 47. et segq. ac per consequens talis Vicarius, uti amovibilis non potest alium amovibilem sibi substituere.

Secundo, esto etiam, quod Episcopus potuerit declarare, seu erigere dictam Vicariam in perpetuam, adhuc dictus Garcia Vicarius, non potest deputare, seu subrogare alium Vicarium amovibilem, iuxta tex. in cap. clericos 4. de Officio Vicarij, Barbosa de Jure Ecclesiastico Universo, lib. 3. cap. 6. n. 37.

Quo vero ad secundam partem dubij circa distributiones, dum in ipsa renunciatione juris nominandi Vicarium temporalem, facta a Monacis, fuit specialiter eidem reservata, et applicata tertia pars fructuum, ut dicto num. 4. nullo modo potest Vicarius participare de distributionibus, quae sunt de massa Beneficiatorum, et solent dividi inter ipsos interessentes Divinis, quae in Ecclesia celebrantur, nec veniunt appellatione fructuum, et redditum, Barbosa de jure Ecclesiastico lib. 3. cap. 18. n. 5. et 8. maxime quia dictus Vicarius destinatus ad curam, non est de gremio dictorum Beneficiatorum neque inter illos connumeratur; et quemadmodum quando jus nominandi existebat penes Monasterium, ille Vicarius non participabat de distributionibus cum Beneficiatis, pariformiter nec hodie potest de illis participare, cum etiam in dicta Bulla Pij Quinti 47. pro Congrua annua pensio, seu praestatio scutorum 50. computatis etiam obventionibus, et alijs incertis, sive illa assignetur in quantitate, sive in quota fructuum, ut in §. et ideo, per assignationem tertiae partis ab initio, videtur satisfactum plene. = Quare &a.

Alexander Saracinellus

Majoricensis, Vicarius. I

Redde. Pater, In utraque dubij parte respondendum videtur negative; quo enim ad primam, an Vicarius possit deputare alium Vicarium, habemus claram decisionem tex. in Cap. clericos 4. de Officio Vicarij, ubi ad litteram deciditur, quod Vicarius Vicarium substituere non potest, ibique firmant communiter Doctores, de quibus Riccius collect. 1599. Barbosa in collectan. ad idem cap. clericos, et de jure Eccles. lib. 3. cap. 6.

n. 37. et bene Squillante de privileg. Cleric. cap. 2. n. 33. et seqq. ubi exemplificat in Parrocho delegato ad exercitium Curæ ex ea ratione, quod ille non dicitur Rector, et Curatus in Capite, possidens Ecclesiam in titulum jure proprio, sed dicitur Delegatus; ideo non potest alteri quoad Universitatem Curam subdelegare, nisi probetur consuetudo, quia Delegatus non subdelegat, nisi ad negotia particularia, non autem ad Universitatem, ac nemo ex alieno jure habens authoritatem, potest sibi æqualem constituere. Sequitur Barbosa de Parroch. cap. 17. n. 38. et cap. 19. n. 37. et seqq.

Hæc est enim differentia inter Parrochum, et Vicarium, quod Parrochus possidet Ecclesiam, et dicitur eius Rector, sive Prælatus; Vicarius vero, quamvis perpetuus, non est Rector Ecclesiæ, neque illam possidet, sed tantum dicitur habere jus irrevocabile quoad exercitium Curæ, cum Rector dicatur ille, qui habet Curam habitualem, ut optime Glos. fin. in cap. ad hæc de Off. Vicarij, Cavaler. decis. 595. n. 2. et 3. Gregor. et addentes, decis. 174. Burat. et Addentes decis. 214. decis. 445. par. 5. recent.

Unde propterea prodijt Resolutissima conclusio, dispositionem Sacri Concilij Tridentini, super Concursu in provisione Rectoris in Ecclesia Parrochiali, non habere locum in Vicarijs, Cavaler. Burat. et cæteri ubi supra ofene, in Reatina Vicariæ 10 Maij, et 28 Iunij 1647. quoram Ill.mo D. meo Decano, Ninadonien. Parrochialis, 3 Martij 1653. quoram Ill.mo Segobiensi, et frequentissime in alijs, idque sive Vicaria sit perpetua, sive temporalis, quia inter Vicarium perpetuum, et temporalem, alia non videtur differentia, nisi quod unus potest removeri, alter non.

Nihil igitur referre videtur ad effectum de quo agit. an sit perpetuus, vel temporalis, quia semper dicit. Vicecuratus, delegatus ad solum exercitium Curæ

quo vendit genes Monasterium, sed iste est temporalis, quia talis est natura Vicarii in Ecclesijs unitis Monasterijs Regularium principaliter, et pleno iure, non obstante dispositione Sacri Concilij Tridentini, et Constitutione Pij V. ut bene decis. 5. n. 7. et 8. par. 7. recentior. et Flores de Mena in facto allegatis, nihil obstante, quod Vicarij nominatio non fiat hodie a Monasterio, sed ab Episcopo, quia hoc non alterat naturam Vicariæ, cum Episcopus non faciat huiusmodi nominationem iure proprio, sed tanquam Cessionarius Monasterij, ideo non potest habere majus jus, quam habebat Cedens, ex deductis per Gregor. et addentes decis. 121. Burat. et Addentes decis. 57. n. 7. maxime quia cessio facta est cum hac lege, ut nominatio fiat de Vicario temporali.

Atque in hoc cessat omnis difficultas, stante re judicata Metropolitani, quæ facit jus, ac firmat statum, donec servatis servandis, per Superiorem revocentur; neque licitum esse debet Episcopo inferiori, illam spernere, vel circumscribere, seu in contrarium decernere, ex principijs valde notis.

Videtur etiam negative sine dubio respondendum, in altera parte dubij, super participatione distributionum quia Vicarius non est Rector Ecclesiæ, ut supra, neque est Beneficiatus, nec de Corpore Beneficiatorum, nec deputatus ad psallendum in choro, aliaque Divina celebranda, ob quorum laborem, datur premium distributionum, quæ non sunt fructus Beneficij, sed merces laboris, Burat. decis. 193. n. 18. Mediolanen. pensionis 11. Decem. 1647. Corrado cum alijs copiose congestis per addent. decis. 576. n. 112. et seqq. par. 4. recent. tom. 3; Vicarius autem deputatus non ad servitium chori, vel Ecclesiæ, sed ad servitium Parro-

chianorum, et exercitium Curæ, et pro eius labore habet assignatam mercedem tertiæ partis fructuum, quæ in dubio præsumitur congrua, et sufficiens, et si credit eam insufficientem, agat contra Monasterium, cui incumbit Cura habitualis, et cuius onus est dare salarium Vicario ex Constitutione 27. Pij V. decis. 420. par. 1. recent. 220 par. 6. et fuit dictum in Perusina Congruæ 23 Maij 1659. coram R. P. D. Bevilaqua, et in Murana Congruæ 4 Februarij, et 15 Junij 1661. coram R. P. Domino meo de Bourlemont. = Quare &a.

Joannes Baptista de Luca Advocatus.

Vicarius Generalis = Jus patronatus = Licet jus patronatus, et præsentandi, nequeat de jure ab uno ad alium transferri sine Episcopi licentia, quam ejus Vicarius dare nequit sine speciali mandato, Glossa in cap. fin. de officio Vicarij in 6. per tex. in cap. ex frequentibus de Instit. Covar. variar. lib. 3 cap. 10. n. 7. Vivian. in praxi par. 2. n. 3. Sbroz. lib. 2. q. 111. Garcia de benef. par. 5. cap. 8. n. 84. et par. 8. n. 50. Barbosa de Episcop. par. 3. alleg. 54. n. 70. Zerola par. 1. prax. Episcop. verbo Vicarius §. 14. Pellegrin. in praxi Vicar. par. 1. sect. 2. sub. sect. 2. a n. 9. ad 18. et per tot.

Tamen in Regno, et Diocesi Majoricar. valet donatio juris patronatus, a solo Vicario confirmata quia adest inveterata consuetudo, ab immemorabili observata, quod hujusmodi donationes a solo Vicario confirmantur, ut declaravit Rota in Majoricensi beneficij 28 Novembris 1704. §. minime relevant coram Muto; et regulariter in formulis deputationis Vicarij Generalis hujus Diocesis, solet expresse poni prædicta potestas. = Vide in Archivo Curiæ Eccl.æ

Vicarius Generalis.

Capitulum potest eligere in V. G. sedevacante, quemlibet virum idoneum, licet non graduatum, dummodo consulat Assessorum Doctorum, vel etiam eligere valet Doctorem Theologum, praetermisso juris Canonici Doctore, non obstante dispositione Concilij Tridentini Doctorem graduatum requirenti ad munus Vicarij Generalis, quia haec qualitas verificatur in quolibet viro idoneo, quamvis Doctor non sit; quia cum certus sit finis, et effectus quem respicit Concilium, ipso licet per modum aequipollentem sequuto, valebit actus, et electio, eius forma adhuc specifice non obtemperata. Sicut in propriis terminis decisum per D. D. Judicem Gregorio, et Antillon, Decretorum Doctorem Off. et V. G. ac Judicem Metropolitanum Archidioecesis Valentinae, die 6 Julij 1671, inter partes D.ni Didaci Desclapes Decretorum D.ris Canonici Almae Sedis Majoricen. et D. Gulielmum Rossinol, I. Civilis D.ris etiam Canonici, super dubio suscitato per dictum Can. Desclapes, An dicto Can.co Rossiñol obstaret deffectus vocis passivae, eo quia non erat graduatus in Iure Canonico, ad effectum ut nulla manente electione in eius favorem facta, ob pluralitatem votorum, rita maneret, quae dicto Can. Desclapes facta praetendebatur ob concurrium octo votorum, constituentium majorem partem, licet non respectu Capituli. In qua praetensione succubuit dictus D.nus Didacus, et decisum, ut supra, nullam Can. Rossiñol obstare incapacitatem. Hoc causa etiam post sedem plenam, fuit ultra progressa in Curia Romana, ut videre poteris apud Cardin. de Luca tom. 12. tr. de Canonic. discur. 33. per tot. Vide Garciam de benef. par. 5. cap. 2. Luca in annot. ad cap. 16. sess. 24. de reform. Con. Triden. discur. 37. a n. 15.

616

Utensilios

Real Orden de S. Mag.d dirigida al Ex.mo S.or Marq.s de Casafuerte, Cap.n Gen.l del Reyno de Mallorca, en que manda cesar los utensilios, desde 1.o de Henero de 1722, participada por el Marq.s de Castelar.

Al Intendente de ese Reyno D.n Diego Navarro, escrivo hoy la Carta del thenor siguiente.

Considerando el Rey lo disminuidos, que estan los Pueblos por las Contribuciones tan precisas, que sobre si tienen, y la que se ha ocasionado con el resguardo del mal contagioso, que padece la Francia, lo que por ahora no permite aumentar sus Conveniencias a sus R.s Tropas: ha resuelto S.M. que por lo que toca a los Oficiales de las tropas, y otros individuos de qualesquiera classes, que sean, y se hallan en los Reynos de Aragon Valencia, y Mallorca, y en el Principado de Cataluña, y Estados mayores de todas las Plazas, y Provincias en los referidos Parajes, no se de, ni se abone cosa alguna por Alojamiento, y Utensilios, desde 1.o deste año en adelante, declarando, que lo paguen de sus sueldos, excepto los Sarjentos, y Soldados, como se ha reglado, y mandado por lo que toca a las demas Provincias de España, y que si huviesen percivido algo por este motivo, desde el referido tiempo, o lo recivieren en adelante, baxo qualquier pretexto, no obstante esta disposicion, se abone a los Pueblos, que lo huvieren contribuido en quenta de las Rentas corrientes, o de las atrasadas, y que pasandose a las respectivas Contadurias de Guerra, la no-

tica delo que huvieren percivido los Oficiales de cada Regimiento; y de cada Stado mayor de Plaza, se cargue su importe al Haver corriente de cada Cuerpo.

Que si por las Thesorerias seles huviere dado alguna cantidad por razon de Alojamiento, y Utensilios, desde 1.º de este año, se les cargue tambien a sus sueldos corrientes.

Siendo esta Regla solo para el tiempo, que las Tropas estan de asiento en Plazas, ó en otros parajes, Ordena SMag.d que quando marcharen los Regimientos, Compañias, ó Destacamentos, se de por los Lugares a los Oficiales el Alojamiento efectivo, y regular en las casas de los vecinos, por una noche, ó dos que hagan mansion en ellos, sin hacerles pagar cosa alguna por el referido Alojamiento, para el qual se daran, y repartiran las Boletas por las Justicias en la forma acostumbrada.

Si quando las Tropas estuvieren de asiento en las Plazas, ó en otros parages, no pudieren los Oficiales encontrar Alojamiento por su dinero, se dispondrá por los Corregidores, ó Justicias, que se les señale, y dé Alojam.to proporcionado al Caracter de cada uno, y a la posibilidad del Pueblo, pagando los mismos Oficiales de su dinero, lo que pareciere regular, por el alquiler; y si en esto huviere alguna controversia, se determinará lo que fuere justo por los Intendentes, ó por sus Subdelegados.

En lo que toca al Alojamiento de los soldados, que

huviere en las Plazas de los referidos Reynos, y Principado, determina S.M. se recojan en Quarteles, y donde no les huviere, en casas yermas, en que se les provea de camas, Utensilios, luz, y leña, por asiento, ó por Administracion, donde no le huviere, segun el Reglamento de S.Mag.d á este fin expedido, y que haziendo un computo de lo que esto importare al año, ó al mes, se reparta entre los vezinos de la respectiva Provincia, ó Reyno, donde estuvieren las tropas, y que este repartimiento se proporcione de modo, que á los vezinos delas Plazas, donde las tropas estuvieren de Guarnicion, se cargue lo doblado delo que huvieren de contribuir los Lugares, donde no huviere tropas, por considerar, que los vezinos delas Plazas, donde residen estas, son mas beneficiados en el consumo de los frutos, y generos, que venden á ellas.

Asimismo quiere S.M. que en lo que mira alos Cuerpos, que huvieren en Villas, y Lugares abiertos, en las expresadas Provincias, se observe con los Oficiales la misma Regla, que va prevenida, para los que se hallaren en las Plazas; y considerando, que en la parte, que mira a los Soldados, sería dificil, y infructuosa la provision de camas por asiento, ó por administracion, respecto de la poca disposicion, que suele haver para ello en las Villas pequeñas, y Aldeas, y tambien porque en ellas se suelen hacer ordinariamente los Alojamientos de los Soldados en las mismas casas delos vezinos, proveyendoles en ellas

de Camas, luz, y lugar en alumbre, tiene su Mag.^d por conveniente, que se continue este metodo, haziendo se observar la mas exacta Regla por los Cabos, y alternando el Alojamiento, assi en las casas, que no le huvieren tenido, como mudando los Cuerpos a otros Lugares, de tiempo en tiempo, quando se pudiere prac-ticar, a fin que repartida assi la Carga, sea mas tolerable, hasta que con el beneficio, y desahogo de la Paz, se puedan disponer Quarteles reglados dentro delas Plazas, ó fuera de ellas, para alojar en ellos todas las tropas, y acabar de librar a los Pueblos, de la molestia de tenerlas en sus casas.

Manda tambien S. Mag.^d que quando marchen las tropas, se de Alojamiento efectivo a los soldados, enla forma acostumbrada, repartiendose las Boletas por las mismas Justicias.

Ordena S. Mag.^d que las Villas, y Lugares abiertos, que tuvieren Alojam.^to efectivo delas tropas, no sean comprehendidos en los repartimientos, que en las mismas Provincias se hizieren, para costear el delos soldados dentro de las Plazas.

El tanteo delo que se ha de repartir a los vezinos de cada Provincia, se ha de proporcionar al numero delos soldados de Infanteria, Artilleria, Cavalle-ria, y Dragones, que delos que se destinan a cada Provincia, estuvieren en Plazas de Guerra, conside-rando cada Batallon de 520 hombres, cada Reg.^to de Cavalleria, de 390. y cada uno de los de Dragones, de 520, inclusos los sarjentos, trom-

petas, y Tambores, para cuya Regulacion, se ha de considerar una cama para tres Infantes en Guarnicion, y otra para dos Soldados de Cavalleria, y Dragones, como tambien el precio, a que estuviere ajustado, ó se pudiere ajustar por assiento, ó costare por Administracion, assi la provision de la cama cada mes, como los Utensilios, luz, y lumbre, que se les ha de proveher en los Quarteles, ó casas que se les destinaren en las Guarniciones, con media arroba de paja por cada Cavallo de Soldado, segun Revista, siendo todo de las medidas, calidad, y demas circunstancias, que se previenen en el proyecto adjunto de assiento, entendiendose esto, donde no huviere ya assiento establecido; que en tal caso, se ha de observar lo pactado en el, hasta ajustar nuevo Convenio, con cuyo conocimiento, se passará a hacer el tanteo de lo que importará el todo, cada mes, y año, y de la porcion, que segun su importe deverá contribuir cada vezino, con expression de los que huviere en cada Provincia, cuyo supuesto se ha de passar a manos de S.M. antes de poner en practica el repartimiento, cuyo producto ha de entrar en la Thesoreria de Guerra, paraque se distribuya por ella con las Ordenes, intervenciones, y demas formalidades, que se practican con los demas gastos de la Guerra, teniendose entendido, que por lo que toca a la forma de la cobranza, la han de proponer los Intendentes cada uno en su Jurisdiccion.

Todo lo qual participo a V.S. de orden de S.M. para su cumplimiento, y Observancia en la parte, que toca

a ese Reyno. Dios guarde &ª.

Y Ordena Su Magestad, que enterado de esta disposicion la participe V. a los Govern.es de las Plazas, y a los Comand.tes de los Cuerpos, a fin de que se arreglen a ella. Dios g.de a V. m.os a.s como deseo. Madrid 1.º de Abril de 1722. = El Marques de Castelar. = S.or Marques de Casafuertes.

Arzeo fol. 189 6to. 7e Super.

Usura Dotis.

Vide D. Leon. dec. 13. tom. 1. Font. tom. 1. Dec. 204. et 205. Gibalin. de Usur. lib. 2. cap. 5. art. 9. consectar. 4. et 5. per tot.

Interesse alterius interesse, non debetur, quia esset usurarium contra omne jus Divinum, et humanum. Levitici 25. Deuteronom. 23. cap. 1. de Usuris in 6. cap. consuluit, cap. quamquam de Usuris, l. fin. C. eodem, Leon decis. Valen. 68. n. 6. 8. et 10. Larrea decis. Granata 84. a n. 5. cum Senatu, Leotar. de Usuris q. 86. Fontan. decis. 205. n. 3. cum decisione Senatus, et dec. 204. n. 2. ibi: In hoc capite, sententiam continere manifestum juris errorem, et ideo nunquam transivisse in rem judicatam, juxta text. in l. 2. C. quando provocare non est necesse. Quod adeo procedit, ut etiam quando fructus induunt naturam sortis, non debeatur interesse, l. neque eorum de Usuris, ibi: tamen si fructus accessorii sunt, et officio Judicis restituendi, eorum usuras praestari non oportet.

In causis usurariis, sententia nunquam transit in judicatum, Leotardus de Usuris q. 94. n. 40.

De hoc materia vide Altogradus tom. 1. concil. 30. per tot.

Usurae dotis, an et quando debeantur; an censeantur remissae, si maritus taceat per decennium; et quanto tempore praescribantur, tam quando debentur ex stipulatu, quam officio Judicis, vide Doctam Allegationem D. Antonii Gonzalez pro Confraternitate Sanctorum Petri, et Bernardi, cum D. Salvatore de Olza §. 2. per totum, tom. 1. fol. 242.

Maritus mortua uxore, non potest petere interesse dotis, quando solum debetur officio Judicis, non vero ex stipulatu, seu pacto. Vide dictam Allegationem Dni Gonzalez §. 3. per tot. ubi mirae de hoc articulo tractat, et negativam adstruit juribus, Decisionibus, et DD. ita ut nihil desiderandum relinquat.

Maritus, ut consequi valeat interesse dotale, requiritur, quod sustineat onera matrimonii, l. pro oneribus C. de jure dotium, l. dotis fructus, l. si quis Stichum, de jure dotium, cap. salubriter de Usuris, l. 7. de jure dotium. Adeo, ut si uxor

Viuat, et alatur extra domum mariti, licet fuerit eius culpa, tamen non debetur marito interesse. Fontan. de pact. tom. 2. clau. 6. glos. 2. par. 1. n. 10. ibi. Cum debeantur fructus dotis, in recompensationem damni, quod patitur maritus alendo uxorem, hoc circumscripto, denegatur petitio. Allegat Baldum, Imol. Alex. Surdum, et decisionem Senatus Cataloniæ. = Videnda dicta Allegatio dicto §. 4. per tot.

Usura Dotis non debetur soluto matrimonio, licet filij superviuant. Cardin. de Luca de Usuris dis. 35. n. 3. ubi plene.

An, et quando propter interesse, vel usuras dotis possint alienari bona fideicommissi, et Census super eis onerari, et quis teneatur pensiones decursas soluere in casu onerationis Census ex causa dotis: Vide in dicta Allegatione §. 5. per totum, ubi docte, et late.

An, et quando censeatur satisfactus maritus de interesse Dotali, ex eo quod bona extradotalia uxoris penes se habuerit, vel in fideicommisso subjecta; et an petere valeat huiusmodi interesse a fideicommissario, et tertijs possessoribus. Vide dictam Allegationem §. 6. per totum.

Usura. An, et quando debeantur Usuræ, et an debeat concurrere lucrum cessans, vel damnum emergens; quid operetur pactum, seu stipulatio in materia; vide Allegationem juris, pro Conductoribus Gabellarum Carnis, cum Ciuitate Valentiæ, tom. 2. Allegation. fol. 544.

Usuræ Dotis. Si a Principe concedatur facultas Regia ad obligandum bona Majoratus ad dotis restitutionem, mora postea facta, non debent usuræ dotales solui ex bonis Majoratui subjectis, ut late probat, et decisum refert D. Larrea tom. 1. alleg. 37. maxime n. 16. quem vide, et D. Molinam lib. 4. de primogen. cap. 5. n. 5.

Universitas = Vide Obligatio.

Vectigalia = Gavella Regia, quas Alcavalas vocamus, Regio Patrimonio incorporari debent, nisi in judicio summario, quod dicimus del cobro, ab earum possessoribus privilegium exhibeatur, quod registratum sit in libris Regijs delo Salvado, et subscriptum à Magistratibus regalium rationum, ut expresse cavetur in L. 2. tit. 15. lib. 9. Recop. et docent cum alijs Ripettus de Gavell. q. 5. et D. Larrea, Allegatione 5. et 6. Hoc judicium privative pertinet ad Concilium Regij Patrimonij, quia fiscus trahit quemlibet ad suum forum. Plenissime Castrada, tom. 5. decis. 254. D. Larrea allegat. 5.

Idem procedit in Vectigalibus, quæ ex antiquissima tolerantia Regia, possident Magnates Castellæ, non obstante immemoriali possessione, quæ tamquam iniqua, et contraria bono publico damnatur in dicta L. 2. t. 15. lib. 9. Recop. ut omnino concludenter probat Larr. allegat. 8. et 15. ex principali motivo, quia Vectigalia Regia sunt imprescriptibilia, etiam per immemorialem possessionem jure Regio, sive versemur in antiqua possessione ante dictam L. 2. t. 15. lib. 9. Recop. sive post illam. Ratio est, quia in L. 1. eiusdem tit. lata ab Ildefonso XI anno 1386, et in L. 6. t. 29. part. 3. damnatæ iam erant huiusmodi præscriptiones, quæ nihil operari possunt, resistente jure, ut ex communi Regnicolarum sententia, praxi recepta, probat Larrea dicta allegat. 15. ex n. 9. Et ideo Gavella contra Regem acquiri non possunt, nisi titulo expresso, et cum solemnitatibus Legis 2. t. 15. lib. 9. Recop. et Legis 1. t. 18. lib. 9. ex Larrea allegat. 10, subdens allegatione 11, privilegia exemptionis à Gavellis aliquibus Oppidis concessa, solum procedere in his, quæ pertinent ad culturam, vulgo Labranza, et crianza, non vero in his, quæ ad negotiationem spectant ex L. 11. t. 18. l. 9. Recop. L. 33. t. 13. eiusdem lib.

Vectigalia expresse donari debent, alias non comprehenduntur in donatione Regia generali. Larrea allegat. 13. per tot.

Decimas, quas tertias vocamus, præscribere quis non potest, nisi jure proprio possideat, quia si alieno nomine possidet, præscribere nequit, ut probat D. Larrea allegat. 16. et melius allegat. 28. ad explicationem text. in L. 1. t. 21. lib. 9. Recop. Et si lis super huiusmodi tertijs occurrat, licet contra Clericum, vel Ecclesiam sit, disputari debet in Regij Patrimonij Senatu, ex Larrea allegat. 22.

Reformatio Privilegiorum circa exactionem Vectigalium spectat ad Senatum Regij Patrimonij. Larrea allegat. 53.

Vectigalia, et Tributa quando juste imponi possint per Principem explicat D. Larrea, omnino videndus, allegat. 59. qui allegat. 60. docet Principis assertioni standum esse circa necessitatem publicam imponendi noba tributa. Et allegat. 61. docet defensionem Regnorum Hispano Imperio subiectorum, ad id sufficientem causam esse.

De Salis Gavella, et quatenus Ecclesiasticos comprehendat, Larr. tom. 2. allegat. 77.

Vulgaris substitutio

Alia est vulgaris in haereditate, seu directa; alia vulgaris in fidei commisso, seu anomala. De utriusque natura vide Magistralem Decisionem Fontanellae 160 tom. 1. per totam, ubi plene.

Usufructuarius.

Usufructuarius tenetur cavere, usurum se boni viri arbitrio, et finito usufructu restituturum, quod inde extabit, l. 1. et tot. tit. ff. Usufructuar. quemad. caveat, quæ cautio satisdatio est l. 4. C. eodem, l. 7. et ult. ff. Usufr. quemad. cav. l. 8. §. tutor ff. qui satisdare cogantur. et pertinet ad omnem fructuarium, et usum fructum, exceptis, patre in adventitijs l. 6. §. non a l. ult. §. fin. C. de bonis, quæ liberis, Fisco l. 1. §. si ad Fiscum ff. ut legatorum nomine caveatur, et casu l. 9. §. 2. ff. Usufructuar. quem. cav. et donatore omnium, aut partis bonorum, retento usufr. l. 19. §. 1. de re judicata. In tantum, ut nec a testatore remitti possit l. 7. C. ut in poss. legator. Cristin. decis. 175. an. 7. ne scilicet, amoto cautionis metu, fructuarius invitetur ad delinquendum, et pro libidine sua in re fructuaria grassandum. Clar. §. testamentum q. 64. Gail. 2. obser. 145. Castillo de Usufr. cap. 15. Remissione tamen cautionis facta a testatore, non vitiatur legatum usus fructus, sed pro non scripta habetur remissio. Castillo ubi supra, ex l. 6. ut in poss. legator. Videndus Vinnius super Instit. lib. 2. tit. 4. de usufr. in princip. tituli n. 9. Sabelli lit. V. verbo Usufructus n. 4. cum pluribus.

Si usufructuarius propter paupertatem satisdare nequeat, non sufficit juratoria cautio, sed usufructus proprietati consolidatur, et hæres certam summam annuatim loco alimentorum fructuario solvere debet, pro cujus solutione cavere tenetur. Hinsinger. Cendur. 6. obser. 48. cum Decisione Supremæ Cameræ Imperij.

Cancerius autem tom. 3. variar. cap. 20. de legat. n. 217. docet, cautionem hanc, quam præstare tenetur fructuarius, præcise fidejussoriam esse debere, ex thesauro decis. 80. Pachin. Controver. jur. lib. 8. cap. 41. Castillo de Usufr. cap. 18. addens n. 218. quod non sufficit juratoria cautio, licet fructuarius aliam dare non possit ex Pachin. et Castillo citatis; et n. 220. 221. et 222. tres refert Decisiones Senatus Cataloniæ, in quibus re-

Usufructuarius

Solutio debiti, legitime fit fructuario, quoniam is, sive universalis, sive particularis sit, habet a jure mandatum, et censetur Procurator in rem propriam, in quem exercitium omnium actionum hæreditariarum ad exigendum et solutum recipiendum, transit, nullo alio hæredis proprietarij requisito mandato, ut optime docet D. Salg. part. 1. cap. 27. ex n. 1. Major tamen est difficultas in census redemptione; et licet anceps sit quæstio, alijs fructuario, alijs proprietario faventibus juribus, et Doctoribus: vera tamen resolutio est in judicio concursus utriusque citandum esse, et extra illud amborum consensum requiri ex D. Salg. citato n. 5. cum seqq. qui n. 14 docet, pretium census redempti, tradi debere fructuario, ut eo fruatur, quam sententiam tenet etiam Censius de censib. quæst. 107. n. 68. et 69.

pulsa fuit juratoria cautio, et declaratum, precise dandam esse fidejussoriam.

Quod adeo procedit, ut stante mora Usufructuarij in prestatione cautionis fidejussoriae, et petitione actoris, cadit ab usufructu, nec facit fructus suos, l. 1. C. de Usufr. Gratian. cap. 901. n. 10. et 11. addens n. 14. quod si fructuarius, post petitionem hæredis proprietarij, non dederit cautionem, non facit fructus suos quamvis possideat; nam eo ipso, quod non præstat satisdationem petitam, constituitur in mala fide, propter quam non potest gaudere commodo fructuum; nam possessio licet dicatur legitima ad capiendos fructus ante cautionem, nihilhominus post petitionem non sufficit, quia incipit esse vitiosa. Adlegat plures, et n. 15. ait, quod stante huiusmodi mora satisdandi, et conficiendi inventarium, fructus etiam perceptos restituet, et usumfructum perdet, qui consolidabitur proprietati. Cavalcan. de Usufr. mulier. relicto n. 142. Pinel. in l. 1. par. 2. n. 19. C. de bonis maternis. Usufructuarius non incipit lucrari fructus, nisi a die præstitæ, vel effectualiter oblatæ satisdationis, quando est petita ab hærede, Cavalcan. de Usufr. n. 90. fol. mihi 450.

Hanc eandem sententiam docet Emin. Cardin. de Luca in summa de servit. §. 4. de Usufructu n. 104. cuius doctrina transcribitur, ibi: Ista itaque formali ususfructus servitute constituta, pro eius exequutione, cautionis de bene utendo, et fruendo arbitrio boni viri requisitum, Lex necessarium reputat, ut eo non accedente, Usufructuarius istius juris beneficio non potiatur; quinimo de stricta censura, ad eius quod jam perceperit restitutionem urgeri valeat. Rara vero, vel forte nulla, in foro huius rigoris est praxis, cum ob juris imperitiam, ac muliebrem præsertim simplicitatem, aliove æquitatis motivo, de facili excusatio admittatur.

Antiquorum Interpretum, leges in littera attendentium rigor, inutilis reddebat istius juris, vel servitutis competentiam, ob impotentiam cautionis; Sanctius vero, ac laudabilius moderni forenses

hunc indiscretum temperarunt rigorem, ut in his, quæ soli sunt, dissipationi, seu notabili non subjecta deteriorationi, ipsa usufructuarij obligatio, vicem habeat cautionis; ubi vero etiam in hac bonorum specie, notabilis præjudicij proprietati timor subsit, ut eiusdem proprietarij, vel alterius providi viri per Judicem deputandi, œconomicæ Administrationi ad usufructuarij commodum committantur.

Ubi vero de mobilibus, alijsque usualibus agatur, quorum substantia, vel proprietas, consumptioni, vel dissipationi obnoxia sit, ut eadem respectu œconomica iniret administratio, eorumdem distrahendorum bonorum pretium in bona stabilia, vel in ea jura stabilibus æquipollentia investiendo, sive illa penes ipsum proprietarium relinquendo, ut de honesto fructu, vel accessione usufructuario respondeat pro Judicis arbitrio, ex facti qualitate, et circumstantijs regulando. Hactenus Vir doctissimus.

Ususfructus, semel patri quæsitus ratione patriæ potestatis in bonis adventitijs filij, ad eius vitam durationem habet, filij subsequuta emancipatione, vel naturali, seu civili morte non obstante; illumque jam agnitum in creditorum, aliorumve filiorum præjudicium non remittit; ab agnoscendo tamen recte abstinet, creditorum, vel aliorum filiorum non curato præjudicio. Ita de Luca ubi supra n. 98. videndus in materia usufructus legalis patris discur. 6. cum pluribus seqq. Vide infra, in pag. sequenti.

Ususfructus. Culposa proprietatis deterioratio, malaque administratio, pœnalem usufructus extinctionem producit; nimium tamen raro, penèque nulla ita pœna praxim habet, cum dolum et malitiam ad hunc effectum lex exigat, omnemque excusationis speciem de facili admittat; ideoque administrationis interdictionem proprietarius facilius obtinet, ut usufructu salvo, non a manu sua, ut alias posset, sed ab illa proprietarij, vel alterius administratoris, Judicis officio deputandi, reportet. Docet de Luca in summa de servitut. n. 120.

Usufructus semel patri quaesitus in bonis adventitiis filii, non finitur donec ipse pater vixerit, quamvis filius praemoriatur; quia patria potestas requiritur ad causam, et principium adquisitionis, non autem in processu durationis, et continuationis. l. 3. et l. fin. C. de usufr. l. fin. §. si vero C. ad Tertullian. Peral. in l. 1. C. de bonis mater. 1. par. a n. 39. Gomez in l. 6. Taur. n. 11. Gratian. cap. 820 a n. 12. Paschal. de patr. potest. par. 1. cap. 3. n. 34. Castillo de usufr. cap. 3. a n. 44. et cap. 63. per tot. qui idem firmant in omni casu, in quo filius eximatur a patria potestate. Sabelli in sum. diversor. tractat. tom. 4. lit. V. §. usufructus n. 28. et a n. 29. adfert in comprobationem, doctum juris responsum Aloysii Manei I.C. omnino videndum in materia.

Usufructus. Testator non potest cautionem fidejussoriam remittere fructuario, de utendo, fruendo arbitrio boni viri, et de restituendo rem, salva illius substantia proprietario, finito usufructu, quando bona sunt mobilia. Riccius collectan. 3544. Rota parte 10. Recentior. decis. 185. n. 23. Sabel. §. usufructus n. 4. Surdus decis. 109. et decis. 194. n. 2. ubi quod procedit, licet testator jusserit, talem cautionem non exigi sub poena privationis.

Quod sufficiat in paupere fructuario cautio juratoria, tenere videtur Sabel. citatus n. 4. ex Gratiano cap. 822 n. 9. Mauro de fidejussor. par. 1. sect. 3. cap. 19. n. 31. et cap. 25. n. 32. Surd. decis. 141. per tot. Christin. decis. Belg. 175. n. 12. tom. 2. Riccio collectan. 3601. Rota par. 13. Recentior. decis. 625. n. 10. Potius tamen inclinat is author, quod tunc possessio bonorum sit relinquenda penes proprietarium, qui ipse satisdet de correspondendo usufructuario de fructibus, deductis impensis, et laboribus, docens, quod haec est aequissima opinio, et secundum eam fuisse judicatum.

Usufructus. Uxor relicta usufructuaria, tenetur cavere de utendo, et fruendo arbitrio boni viri, et de restituendo rem finito usufructu, itaut non possit remitti a marito. Sabel. cum pluribus §. Uxor n. 27. ubi ex Bartel de ultim. voluntat. decis. 93. per totam, ait, non obstante liberatione a confectione Inventarii, et cautio-

ni sub poena privationis, imposita haeredibus eam molestantibus, condemnatam fuisse mulierem, describere bona mobilia, et alia quae usu consumuntur, ac praestare cautionem, facta eorum aestimatione. Allegat plures.

Usufructus. Uxor relicta domina, massaria, et usufructuaria, haerede filio instituto, habet tantum alimenta, et solitam praeeminentiam in domo viri, non autem plenum usumfructum. Caball. cons. decis. 119. n. 3. et seqq. lib. 2. Rolan. cons. 74. lib. 2. Castr. consil. 71. lib. 2. Cabal. resol. crimin. casu 222. n. 32. Sanfelicius decis. 201. Menoch. lib. 4. praesum. 139. per tot. Gratianus cap. 901. n. 6. cap. 70. n. 28. cap. 46. n. 9. et 20. cap. 216. n. 31. cap. 563. in princip. cap. 919. n. 12. Duran decis. 258. n. 5. Cardin. Tuscus lit. V. concl. 314. 315. et 403. per tot. Vestrius commun. opin. 1054. Mascardus de probat. concl. 1419. Bardelon. consil. 155. per tot. lib. 2. Sperel. decis. 145. n. 33. Beltramin. ad Dubovis. decis. 460. Marcian. disput. foren. cap. 49. per tot. Christin. decis Belgic. 254. n. 16. et decis. 131. n. 41. vol. 3. Surdus de alimen. tit. 2. q. 8. 9. et plenius q. 15. per tot. Riccius collectan. 96. Peregrin. decis. 38. per tot. Rota par. 10. Recentior. decis. 179. n. 7. et seqq. et decis. 192. n. 26. decis. 290. per tot. decis. 349. per totam. Sabelli verbo Videndus lit. V. §. Uxor n. 26. Videndus Fontan. tom. 2. de pactis claus. 7. glos. 3. par. 10. n. 9.

Nota, quod nunquam is casus fuit decisus per Regiam Audientiam Majoricar. ac cum non adsit contraria decisio, est standum communi DD. opinioni, praxi recepta in supremis Europae tribunalibus, ut testantur citati DD.

Usufructuarius perdit jus suum, dolose versando circa usumfructum, puta deteriorando, vel occultando res aliquas, male versando, vel non utendo arbitrio boni viri, vel requisitus non praestando cautionem, quo casu non facit fructus suos. Cravetta cons. 300. Gratian. cap. 778. a n. 7. cap. 832. n. 21. Menoch. de arbitrar. casu 78. Martin. Medic. exam. 55. et decis. 90. per tot. ubi etiam, an si abutatur parte, cedat a toto, Christin. decis. Belgic. 250. n. 18. tom. 1. et decis. 176. a n. 3. Riccius collectan. 3189. Sabelli verbo Usufructus n. 23. versiculo Item usufructuarius. Fontan. tom. 2. dec. 541. n. 13.

Uxor.

Uxoris nomen appositum in instrumento emptionis per eam factæ, non attenditur, si probetur, quod vir solvit pretium, et habuit rem emptam, quæ illi erit adquisita, et non uxori nudæ ministræ, quia tunc dicitur simulatio de persona ad personam; quæ ex quibus conjecturis detegatur, et alia Menoch. lib. 3. præsum. 125. per tot. Gratian. discep. foren. cap. 970. n. 16. Aragon decis. Floren. 77. per tot. Costa par. 2. diversor. decis. 219. n. 2. et par. 14. recent. decis. 188. n. 3. et seq. Urceol. consult. foren. cap. 9. a n. 13. Videndus Surd. lit. V. concl. 392. Sabelli in sum. diversor. lit. V. §. Uxor n. 22. versic. quod uxoris.

Vide D. Leon tom. 1. decis. 43. ubi docte, et plene, cum variorum casuum distinctiones.

Uxor. Mulier nupta, sine consensu viri, nec tacite, nec expresse, hæreditatem adire potest. Docet Olea de Cess. jur. tit. 2. q. 3. n. 39. ex quo infert ibidem, et n. 38. quod licet regulariter, eo ipso quod quis transfert in alium hæreditatem, illam adire censetur, l. si curia C. de jur. deliber. Mascar. tom. 1. concl. 44. Menoch. præsum. 101. lib. 4. n. 98. Mier. 1. p. q. 36. n. 29. Fondut. qq. civil. cap. 87. n. 15. Casanate consil. 10. n. 39. fallit tamen in muliere nupta, quæ licet disponat, vel testetur de rebus hæreditarii, ex eo hæreditatis aditio non inducitur, cum ut diximus, sine viri consensu, nec tacite, nec expresse adire valeat. V. f. 6284

Usufructus.

Imperator Justinianus, in l. 12. C. de usufr. casum singularem, et omnino notandum decidit his verbis: Ambiguitatem antiqui juris decidentes, sancimus: Sive quis uxori suae, sive alii cuicunque usumfructum reliquerit sub certo tempore, in quod vel filius ejus, vel quisquam alius pervenerit, stare usumfructum in annos singulos, in quos testator statuit: sive persona de cujus aetate compositum est, ad eam pervenerit, sive non. Neque enim ad vitam hominis respexit, sed ad certa curricula, nisi ipse, cui ususfructus legatus sit, ab hac luce fuerit subtractus. Tunc etenim ad posteritatem ejus usumfructum transmitti, non est penitus possibile, cum morte usumfructum penitus extingui, juris indubitati sit. Sin autem talis fuerit inserta conditio, donec in furore filius, vel alius pro quo dictum est, vel conditio extiterit, usumfructum finiri. Sin autem adhuc is in furore constitutus decesserit: tunc quasi in usufructuarii vitam eo relicto, manere usumfructum apud eum. Cum enim possibile erat usque ad omne vitae tempus usufructuarii, non ad suam mentem venire furentem, vel conditionem impleri, humanissimum est, ad vitam eorum usumfructum extendi. Quemadmodum etenim, si decesserit usufructuarius ante impletam conditionem, vel furorem finitum, extinguitur ususfructus, ita humanum est, extendi eum in usufructuarii vitam, et si antea decesserit furiosus, vel alia conditio defecerit. Hae sunt formalia textus verba, omnino notatu digna. Vide ibi Glossam magnam per tot. Bartol. et Salicetum in summariis.

Usufructuarius, cui per testatorem facta est liberatio a reddendis rationibus, finito usufructu, de proprietate rationem reddere tenetur, non obstante liberatione, l. scire C. ut in possess. legator. Similiter, si quis gessit officium, admi-

nistrationem, aut negotia alicujus, et dominus fecit ei liberationem generalem, prohibendo, exigi rationes ab eo: non obstante dicta liberatione, tenetur gestor ad res, vel bona, quæ tenet, et possidet, et ad debita, et actiones, ratione administrationis adquisitas, quæ possunt ab eo, vel a debitoribus exigi; a bonis tamen consumptis, et deperditis ex negligentia, vel culpa lata, vel levissima gestoris, est liberatus per dictam remissionem testatoris, dummodo absit dolus, qui in generali remissione semper censetur exceptus. Cancer, qui punctum hoc magistraliter tractat ac juribus exornat, var. par. 1. cap. 3. de tutor. á n. 85. maxime n. 90. et 91.

Usufructuarius. Locato fundo, si Colonus fructus perceperit, Merces totius Anni debetur fructuario, ejusve heredi, etiam si Usufructus finitus sit multo ante tempore, quam ea merces ex locatione pendi debebat. l. defuncta 58. de usufruc. in aliis vero rebus a fructuario locatis, quarum fructus in solo earum usu consistit, si intra tempus locationis usufructus interierit, non majori ex parte pensio ad fructuarium, heredemve ejus pertinet, quam pro ratta temporis, quo usus fructus mansit; quod superest pertinet ad propietarium. l. si operas 26. de usufructu. et si fructuarius decesserit fructibus per colonum nondum perceptis, heredi ejus, nihil ex pensione debetur; sin autem parte fructuum percepta moriatur, parte nondum collecta, solutio pensionis fieri debet heredibus fructuarii pro ratta perceptorum: propietario, pro ratta eorum, qui percepti non erant. Ita Vinnius in §. is vero 36. institut de rerum divisione estque hec comunis, et vulg. recepta sent. de qua vid. Castill de

Usufructu cap. 33. et seqq. Christin. vol. 2. decis 126.

Usufructus. In usufructus legato, facto a marito uxori, veniunt lucra percipienda ex conductione gabellarum facta a viro pro se, et suis haeredibus. Item lucra, quae percipiuntur ex protocollis notariorum, ex laudimijs, et confiscationibus. Late Altogradus tom. 1. consil. 89.

Usufructus. Si pater, et mater, faciunt filiis donationem, retento usufructu, mortuo patre, non habet mater universum usufructum, sed tantum correspectivum suae portioni, et e converso, quia quilibet habet tantum usumfructum bonorum, quae ipse donavit, nisi expresse cautum sit, ut superstes sit usufructuarius in bonis alterius. Docet Cancer variar. par. 1 cap. 8 de donat. n. 66. et 67. et par. 3. de jure accresc. cap. 22. ex n. 112. ubi vide, et Fontan. tom. 1. de pactis claus. 4. glos. 23. par. 1. ex n. 31. qui distinctione resolvit: Aut ususfructus reservatur a conjugibus donatoribus, sibi, et alteri eorum superviventi, quo casu reservatio intelligitur facta discretive de bonis proprijs cujuscunque respective, sed in solidum spectat superviventi; vel fit absolute reservatio donatoribus, et tunc intelligitur singula singulis referendo, taliter ut quilibet propriorum bonorum usumfructum sibi reservasse censeatur.

Usus fructus.

Usufructus constante matrimonio consolidatus cum proprietate unius ex conjugibus, an sit communicandus inter eos, vel totus adquiratur domino proprietatis, vide Gutierrez qq. Civil. lib. 2. q. 116. ad tex. in l. 1. et 2. tit. 9. lib. 5. Recop. et an dominium, et possessio bonorum, constante matrimonio adquisitorum, transeat ipso jure absque aliqua traditione, jure Regio in uxorem, pro sua medietate, idem Gutierrez citatus q. 118.

Vide notata tom. 1. verbo Fructus, fol. 144.

Usufructus in bonis adventitiis filii, aut filiae, cessat eo ipso quod matrimonium solemniter contrahant, l. 48. Tauri, et ibi Gomez. Ratio est, quia patria potestas extinguitur per matrimonium ex l. 47. Tauri. Usufructus extraneo, idest, alii quam proprietario, cedi nequit. Si tamen fructuarius, extraneo usumfructum cedat, nihil agit, imo usufructus confestim ad Dominum proprietatis revertitur. l. Si usufructu 69. ff. de jure dot. l. 24. tit. 31. part. 3. plenissime Olea tit. 2. q. 5. = Hoc intellige, dum ipsemet usufructus formalis, seu jus usufructus cedat; secus vero dum sola fructuum commoditas, vel facultas fructus percipiendi cedit; hoc enim jure permittente fit, ex eodem D. Olea tit. 3. q. 1. ex n. 8.

Ultima voluntas.

De ultimarum voluntatum commutatione facienda tam per Summum Pontificem, quam per Principem saecularem, vide Sul. Capon. tom. 2. discep. foren. 103.

Vidua.

Vidua propter stuprum dotem non amittit, si illud fuerit per secundum virum causatum; nec dicitur inhoneste vivere, si conversetur cum sponso de futuro. Qua vero propter amorem, sui copiam fecerit, non dicitur inhoneste vivere, sed fatue, nec illa talis dicitur, qua cum uno se miscuit, ut docet Julius Capon. tom. 3. discep. 199. videndus.

Vidua per transitum ad secundas nuptias amittit proprietatem bonorum, in quibus succedit filio ab intestato, et solum retinet usumfructum, ut constat ex L. femina § illud, et Authentica ex testamento. Cod. de secun. nupt. Idem est in marito binubo, qui eo ipso quod secundas contrahat nuptias amittit proprietatem bonorum, qua acquisivit ex causa successioni filij ab intestato, ut deciditur in L. 15 tauri. Hac autem bona pertinent ad filios prioris matrimonij pro virili, nulla data parenti potestate aliquem meliorandi, ut constat ex d. l. femina § levum, et explicat Ant. Gom. in d. L. 15 n. 3 = Secundum tamen est harum Legum decisionem solum procedere in bonis, qua filius intestatus reliquit, eique obvenerant a parente premortuo. In reliquis vero aliunde quesitis: si Vidua primo nubat, postea succedat, privatur proprietate, dicta l. femina § illud. Si vero primo succedat, postea nubat, non amittit proprietatem, L. matra, cod. ad textil. Optime Cancer p. 1 cap. 5. n. 25 et 26.

Universitas.

Obligatio, vel census oneratio facta nulliter sine Decreto, et aliis solemnitatibus, licet nullius sit ro- boris quoad Universitatem, valet tamen quoad singulares, qui contractum subscripserunt, et propria bona obligarunt. D. Urceolij videndus tom. 1. decis. 24. per totam.

Uxor.

97. 623

Mulier conjugata, durante matrimonio, non potest facere contractum sine licentia viri. Item nec quasi contractum. Item nec discedere a contractu semel facto. Item nec remissionem, aut liberationem facere absque viri licentia. Item nec in judicio agere; nec tandem se defendere in lite; quia ad haec omnia indiget mariti licentia, juxta leges 54. 55. 56. 57. 58. et 59. Tauri, de quarum intelligentia vide Anton. Gomez in Commentariis. Quid si adsit juramentum? Vide Sanchez lib. 1. consi. cap. 6. d. 3.

Potest tamen haec licentia a Iudice dari, renuente marito, l. 4. tit. 3. lib. 5. Recopil. Et similiter potest maritus haec omnia rata habere, l. 5. eodem.

Uxor non potest pro marito fidejubere, licet dicatur in ipsius beneficium versam fuisse fidejussionem. Adeo, ut si ipsamet mulier cum marito in solidum obligetur, nihil agit, nisi quatenus probetur versum esse in utilitatem illius. Fallit tamen in Vectigalibus Regijs, nam pro eorum conductione, favore Fisci, tenet uxoris fidejussio. Constat ex l. 61. Tauri, quam vide, et ibi Gomez.

Quid tamen, si mulier exceptione metus uti velit? Vide D. Larrea tom. 1. allegat. 35. Et quid si Velleiano renuntiaverit? Vide in tom. 1. fol. 99. pag. 2.

Uxor jure Regio est socia mariti, et inter eos communicantur, et dividuntur bona quaesita constante matrimonio, ut constat ex l. 1. et toto tit. 4. lib. 5. Ordinamenti, Gomez in l. 78. Tauri n. 1.

Vide Gutierrez qq. Civil. lib. 2. q. 116. 117. et 118. et D. Olea tit. 1 q. 8

Uxor quomodo concurrat in partitione bonorum cum filiis, sive primi, sive secundi matrimonii. Videndus Villadiego in polit. cap. 2. ex num. 5.

Uxor, potest renunciare lucris, constante matri-

Vide Sanchez de matrim. lib. 6. disput. 5.

monio facti; et si renunciaverit, non tenetur ad aes alienum constante matrimonio contractum per maritum, l. 60. Tauri, et ibi Antonius Gomez.

Uxor.

Vide ll. 1. 2. 3. 4. et 5. tit. 9. lib. 5. Recopil. Gomez in l. 50. Tauri n. 10. et 11. Arevedo in l. 5. tit. 9. lib. 5. Matienzo ibidem, qui omnes cum Olea sentiunt, nisi in d. l. 5. quae expressa videtur.

Licet iure communi atento, maritus sit rei dotalis, eiusque fructuum dominus, propter onera matrimonij quae sustinet, l. pro oneribus 20. C. solut. matrim. et similiter fructus bonorum paraphernalium iure dominij uxoris sunt. tamen iure regio Castellae, non solum fructus dotales, sed etiam paraphernales, communes sunt utriusque coniugi, ut docet Olea videndus, tit. 6. q. 2. in addition. n. 24.

Iure Regio fuera acquisita coniugibus sine propria consortis industria, vel labore, non communicantur. Unde Legatum, hereditas, donatio, à parentibus, amicis, vel cognatis, uxori, vel marito relicta; prout etiam quidquid alteri coniugi advenit ex testamento, vel abintestato, non pertinet ad societatem. Solum enim ea lucra comunicantur, quae ex industria, opera, et artificio, vel contemplatione societatis, tanquam à causa propria proveniunt, et ideo non comprehenduntur obvenientia titulo lucrativo, ut constat ex expresso text. in L. 3. et 9. lib. 5. recop. L. 2 et 5. eiusdem tit. et docet cum innumeris Aguila ad Rojas de incomp. par. 4. cap. 3. ex n. 1. subdens n. 9. id in donatione simplici nullam habere dificultatem.

Quaestio tamen est, an idem procedat in donatione remuneratoria uni ex coniugibus facta, an vero debeat inter ambos comunicari, Vide DD. pro utraq. opinione citatos ab Aquila n. 10. cum seqq.

An vero communicari debeat maioratus institutus contemplatione matrimonij? vide citatum Aquila, cum casuum distinctione resolventem, ex n. 18.

Fallit haec doctrina si maritus ad inopiam vergat, iuxta text. in Cap. ~~[illegible]~~ per vestras, de donat. inter vir. et uxor.

Uxor non potest fideiusores à Marito exigere, nec correos debendi pro Dotis securitate; immò et si Maritus ultro, et sua sponte fideiussorem, aut correum dederit, nulla est obligatio, etiam si iuramentum intercedat, quod tanquam boni moribus concordiae, et coniugali confidentiae contrarium, irritum est. Ita disponit in L. 1. et 2. immo et toto tit. Cod. ne fideiussores dotium dentur, probat plenissime D. Larrea tom. 1. decis. 1. per tot. qui ita decisum refert in Granatensi Praetorio, et apud eum Angulo de meliorat. lib. 3. Glos. 3. n. 28. Castillo lib. 5. part. 2. cap. 168. & unico n. 17.

Hezenda lib. 6. Controver. cap. 12. con. 30. Qui omnes fatentur huiusmodi fideiussoriam obligationem nullam esse licet Legi prohibitivae fuerit per contrahentes renunciatum, etiam iuramento, licet eo accedente, contrarium omnino teneat Ant. Gom. in L. 53. Tauri sub n. 26. et Gutiez. de iuramen. confirmator. part. cap. 21. asserentes, hanc esse communiorem sententiam, et ab ea non esse in iudicando, et consulendo recedendum.

Uxor licet iure Regio socia sit mariti, non tamen praecise tenetur inventarium solemne conficere coram Iudice, ac tabellione, et citatis creditoribus, nec ejus omissio illi praejudicat. Optimum tamen consilium est bona defuncti conjugis describere, et de eorum descriptione scripturam publicam facere coram notario, ut probat, et bene explicat Ayora de partitionibus cap. 2. ex num. 8.

Uxor nihil lucratur ex meliorationibus, quae factae fuere marito possessore majoratus, etiam necessariis, et ratio est, quia tales meliorationes spectant ad majoratus successorem, ex l. 46. Tauri, ubi Gomez. Vide tamen Gutierez practicar. qq. lib. 2. q. 82. D. Molinam lib. 1. de primogen. cap. 26. n. 15. et 16. et ibi Addentes, Rebellum lib. 1. de obligat. just. q. 3. sect. 3.

Uxor nequit arrharum nomine plus recipere quam decimam partem bonorum mariti, iuxta legem fori, qua renunciari non potest, ut cavetur in l. 50. Tauri, et ibi omnes.

Si uxor filios non habuerit ex eo matrimonio in quo arrharum promissio intercessit, et de illis expresse non disposuerit, ad ejus heredes ex testamento vel ab intestato pertinebunt, non vero ad maritum, l. 51. Tauri, ibique Tauristae.

Mulier non amittit medietatem bonorum lucralium propter delictum mariti, neque e contra, licet poena con-

ficationi ipso jure imponatur, l. 77. Tauri, et ibi Gomez, et alij. Propter gravissimum tamen crimen, etiam dos confiscatur, ex l. 78. Tauri, ubi Tauriesta.

Uxor tenetur reservare filijs primi matrimonij, quidquid habuit a primo marito ex causa nuptiarum, puta sponsalitiam largitatem, arrhas, et quamlibet aliam donationem, l. foemina C. de secun. nuptijs, quae correcta non est jure Regio, ut cum alijs docet Gomez in l. 14. Tauri, D. Sanchez lib. 6. de matrim. disput. 41. ubi contrariam sententiam impugnat.

Reliqua vide in tom. 1. Obser. fol. 244. et tom. 2. fol. 374. pag. 2.

Uxor.

Certum est uxorem compensare teneri legatum sibi à Marito factum cum debito legali; secus vero cum debito conventionali, ut constat ex doctrinis notatis tom. 1. observ. fo. 219 pag. 2. Ex hoc principio infert e Arias de Mesa lib. 2. var. cap. 3 n. 16, legatum à marito uxori relictum, non compensari cum arrhis, imo mulierem utrumque petere posse, quia arrhae solum debentur ex promissione mariti; et ex eadem ratione non compensatur legatum à marito factum cum sponsalitia largitate, ut idem Author docet n. 18; et quaestione 11 n. 10, compensationem fieri negat cum dimidia parte lucrorum, quae fiunt constante matrimonio. Ratio est, quia licet debitum legale cum legato compenset, haec tamen lucra, debita non sunt, quia eorum dominium ipso jure acquirit conjugi, juxta L. 2. et 3. lib. 5. Recop. ut explicat D. Covar. in cap. Officij n. 8. de testam.

Index materiarum et rerum in hoc opere contentarum

Absens

Absentis administratio cui competat . . . . f. 15ª
Jure communi procedi nequit contra absentem in criminalibus
at jure regio secus est. ib.

Absolutio

Ab excommunicatione non requirit sacramentalem confessionem . . . . f. o 15
Hæresis occulte data a confessario sine recursu ad Inquisitionem . . . . f. o 15
Defuncti hæretici data a confessario: an in judicio huic credendum . . . f. o 15
An possit dedit a Vicario, sede vacante contra violatores libertatis eccl. . . o 15
Absoluta nequit dari a Metropolitano nisi visis actis . . . . f. 275

Actio

Inter heredem et defunctum hereditatis additione confunditur . . . . f. . o 15
Non si acceptavit cum beneficio Inventarii . . . . . f. 242
Oritur efficax in contractu innominato absque stipulatione ut in aliud pareatur . . f. 8ª et 85
Actio præscribitur. Vide. Verb. Præscriptio.
Actus facultativi non operantur præscriptionem, nec servitutem . . . . f. 20 et 55
In dubiis semper favendum potius ut actus potius valeat quam pereat . . . f. 116

Additio

Per quos actus inducatur . . . . f. 11

Administrator

Conventus quid facere teneatur . . . . f. 11ª
Pro religiosis etsi sit nobilis incarceratus . . . . ib.
Depositus, si litigat super depositione manuteneatur durante lite . . . f. 26ª
Exputatur esse in culpa, per negligentiam, moram, et non facit contra pauperes . f. 27
Tenetur reddere rationem, etsi, reformis sit attestatore . . . f. 12
Nec remissio liberat tutorem a scrupulosa indagatione . . . . f. 12
Administratio Bonorum absentis, Vide Absens . . . . ad fol. 15ª
Administrator piorum operum deputatus a fundatore non removetur sine causa . f. 152
Dat Episcopo rationem, non vero extra Civitatem ubi administrat. ibid.

Advocatus

Habet 1ᵘᵐ gradum in duitate pro salario, et debet inter expensas collocari . . . f. 16
Nequit in foro interno absolvere debitorem repudiationem hereditatis in fraudem creditorum f. 21

Adultera

Habet contra se præsumptionem beneficii . . . . f. 16

Ædiles

An possint exequi penam contra ecclesiasticos non servantes pretia taxata f. 16

Æquites

Sancti Joannis etsi religiosi, non comprehenduntur in Decreto Julii, ut regulares
observent interdicta posita ab Ordinario . . . . f. 511

Agnatio: Vide Familia

Adjuncti

Debent nominari a Capitulo, si consuetudo, aut privilegium non obstat f. 12ª
Adjuncti electi debent jurare in Capitulo . . . . ib.
Ab actibus eorum non appellatur ad Capitulum, sed ad superiorem ib.
Procedunt contra Canonicos et dignitates quaslibet Eccl. 13

Aix.

La Paz de Aix de la Chapelle . . . . . f. o 2
Qual es Mexor f. 3
Ayxe

Alcavala // V.º Gabella

Alienatio

Rerum regalium non valet si regia facultas ditio obrepta aut surrepta laboret. f. 5

An obreptio inducatur ex eo q. tanta fuit Clausula prohibitiva aliena-tioni etiam previa regali licentia . . . f 5#
Alienatio rerum maj. nequit fieri nisi previa excussione bon. levior. f. 5#
Alienatione solemniter facta, emptor reiurus, cessi pretium non reponatur. f. 6# 410
Alienatio facta a Patre post filij meliorationem et traditam portionem Vald. f. 6#
Bona hypotecata cum regale facultate alienari possunt sine ea . . . . f. 6#
Alienatio rerum Ecce quae solemnia requirat. f. 6# 22# 28#
Alienandi prohibitio sine Causa quid operetur. f. 22#
Cum Causa quod bona in familia maneat non inducit absolutum fideicomm. f. 22
Et possessor de eis disponere inter filios et descendentes . . . 22a
Et non extenditur talis prohibitio ultra quartam generationem f 23, limita 23a#
Ut teneat requiritur quod prohibitus vocetur
Terminata ad certas personas non est realis sed personalis. f. 22a# 24#
Quando prohibitioni adjungitur aliquis terminus perpetuitatis, ut Majo-ratus, inducit fideicommis. n 8 perpetuum . . . 23a#
Res alienari prohibita ex Causa necessaria pignorari et vende pot. 23a#
Alienatio rerum Ecce et Monasterij quomodo fiat. # 24#
Alienatione insolemniter facta an Ecclesia teneatur pretium restituere et Emptori fructus #28#
Hec alienatio non firmatur juramento # ib#

Alienigena

Conceratur domicilium per solam animi declarationem # 13a#
Habitatio per decennium requiritur tantum q. non stat de animo permanendi, et si apareat uno die obtrahitur Domicilium #, ib#

Alimenta

A debentur ab herede usufructuario, proprietario quamvis sit pauperi et extraneus. # 3#
Debent dari Nepotibus ab Avo paterno, etsi Mater sit dives # 2#
Debita jure Actiones, et non ofitio judicis peti possunt etiam preterita f. 1# 38#
Alimenta ab hospitali Exposito prestita q. patre tenetur resarcire. # 10#
Alimenta et litis expensas ut delvantur quae decurrere debeant #2a#
A taxantur hiri in judicio universali portionis hereditatis, ad quod mitti pres: 10#
Et ibi contraria Sententia #
Quando taxanda debitori in judicio ducimus. #25#
Preterita quandoque intelliguntur pietatis Causa: ffi, prawigno dat ducimus. f. 25a
Fallit si adsit contraria protestatio # Nisi noverca tenetur de jure # ib.
Dari debent a Patre fratribus #26# 37#
A Patre filijs etiam incestuosis et in damnato Coitu habitis f. 26a#
Deficiente Patre, Avus, Proavus, &a obligantur f. 26
Fallit tamen in filijs sua Culpa effectus Pauperes f. 26a#
A. debet prestari Patres fratrum filijs nec e contra . . . . f. 26 et 37#
Alimenta spirant morte alimentati: ib.#
An debeantur successori majoratus # 37#
Persons alimenta quid probare teneatur # 26#
Super alimentis non potest pacisci, nec cum juramento transigi # 26#

Allodium quid # f. 36#

Amortizatio

De amortizatione remissive f. 299# et 316#

Edificia aspectus

An per Edificia aspectum ad mare impediri valeat #21a#

Anniversarium

Anniversarium successio non regulatur ut de Majoratus nisi testator dicat quod succedat anus ex genere f. 4#

Americae

America quo divisa tune... f. 1#

Apellatio

N admittit a decreto taxationis alimentorum declarationis incestus successionis, jure sanguinis adjudicationis... f. 27#

Nec a sententia Visitatoris provinciarum hispalensium omisso medio: 27#

Nec ab interlocutoria nisi vim habeat definitivae# 33#

Nec in judicijs possessoriis retinendae adipiscendae et recuperandae contra sententiam latam pro Actore... f. 46# Secus jure Canonico# 16#

Et non procedit in summarissimis preparatorijs possessorij plenarij# 46a

Sed si judex ordinem pervenerit aut habeat admixtam Causam proprietatis Valebit apellatio# 46a

Nec admittitur apellatio suspensiva in provisione beneficiorum# 47#

Debet interponi intra quinque dies# 33#

A Carceratione apellari potest transacto termino# f# 72#

Judicium apellationis debet finiri intra Annum# 33#

A Sententia, delos Alcaldes de Corte, in Civilibus apellatur ad Consilium 32#

Idem a Sententia pretoris Regiae Curiae si Causa excedat 1000 marapedinos... 33#

Apellatio semper admittenda. 40#

A Censuris

Interponi debet a monitorio; et Sententia porcalata est nulla# 43 et 44#

A declaratoria excommunicationis admittitur in utroque effectu# 43a#

Jurisdictionis

Habet locum in utroque effectu... f# 44a# an, qua contra sedicit judicem 283a

Quoties possit apellari, an bis, aut ter, et id, suplicare# 48#

Apellatio

A conomium assignatione et coadjutoris vicarij datione, non admittitur suspensiva# 114#

Nec a Sententia Inquisitorum Hispaniae = 277#

Agua

De aqua ejus usu et servitutibus# f# 14#

Aragon su divisa # 1º#

Arbor

Quomodo debeat plantari ut non noceat vicino, quo terre spatio, et si noceat domibus quid faciendum# 7a#

Armas del Rey de España # 1a#

Arras

Ut simplex donatio et statim valet# dummodo non excedat taxam legis, et Matrimonium non impediatur a donataria# 112#

Sponsa de presenti, aut futuro lucratur medietatem donatae per osculum# 113a#

Donatio Arrarum extenditur ad 10 partem bonorum Mariti: jocalium vero ad partem 8# dotis = f. 120#

In possessione Majoratus quomodo regulandum# 120#

Ultra decimam 10 partem juramento non affirmatur# 120#

Facta a Marito habente filios primi Matrimonij deducitur de quinto# 121a#

Quid autem si promittitur a tertio non habente filios si postea nascantur# 121a#

Arras non debentur nisi dote soluta# 122#

Excessum Arrarum probari debet ab allegante# 121#

Archychresis

Quid? et an licitus hic contractus... f# 60#

Auxilium

De differentia inter auxilium et assistentiam f. 611# 511#

B

Beneficia ecclesiastica

Quae certos redditus non habent supprimenda # 53 #
Quae citra tertiam partem fructuum danda ad anniversaria laico # 16 #
Nulla possunt dari alienigenis in regno Majoricensi # 16 # et 66 #
Patronatus gentilitij offerri debent proximiori consanguineo # 54 # 60 #
Quando sunt sacerdotalia # 54ª 59 #
Vacantia per promotionem ad Episcopatum providentur a Rege # 52ª #
Litigiosa vacantia per mortem electi, aut presentati non possunt denuo presentari, sed dantur collitiganti # 54 # 132 #
Requisita ad beneficia # 58 # 58ª
Beneficiorum fructus # 59ª #
De incompatibilitate et pluralitate beneficiorum # 63 # et Incompatibilia #
De beneficijs manualibus # 65 #
Beneficia quoad reservationem et resignationem # 59 # et 312ª #

Bigamus

Bigamus proprie an statim sponte separes removeatur ab uxore secunda # 51 #

Bona Majoratus

De alienatione rerum majoratus vide Alienatio

Bordona = vide Divisa # f. 1º #

Brevia apostolica

Differentia inter Bullas et Brevia apostolica # 65ª #

Bulla Cenae

Non est admissa in nostro regno # 64ª # 65ª # 224 #
Alia de bulla Cenae # f. 528 #

C

Caducitas Commissum

Emphyteuta incurrit caducitatem si rem deteriorem # 133 #
Data caducitate res devolvitur libera ad Dominum # 132ª #
Incurritur caducitas propter denegatum directum dominium vel per cessationem solutionis canonis per triennium # 132ª #

Capitulum

Debet nominare adjunctos nisi obstet directo aut privilegium f. 12ª #
Quod electis adjunctis non remanet in Capitulo aliqua jurisdictio # 16 #
Quam jurisdictionem habeat in Canonicos et Dignitates # 93 #

Canonicus

Antiquior lucratur distributiones sine residentia # 93 #
Antiquioritas in possessione Canonicatus a jubilatione [illegible] # 85ª #
Canonicatus doctoralis et alij qualificati, quomodo providendi # 86 #
Varia dubia circa Canonicatum # 90 #

Census

Quid, qualis et quotuplex # 133 #
Valor census perpetui quomodo regulandus # 77 #
Consignativus requirit pactum de retrovendendo # 16 #
An possit dividi per partes invito domino: questio dura: # 16 #

Admitit pactum ut prædium hypotecatum cadat in commissum nisi solvatur certo tempore — # 78#
An ad validitatem requirat pecuniæ numerationem? # 96#
Iam Creatus vendi potest minori pretio: # ibi#
An sit præscriptibilis quoad sortem et quoad redditus # 96a 99#
Creditor Census in Concursu exigit redditus et sortem = 95a#
Census extinguitur compensatione # 95#

Censura; vide Excommunicatio #

Cedens, Cessionarius

Cedens nomen debitoris tenetur tradere Instrumenta debiti # 96a#
An hæc traditio debeat esse realis? # ib#
Cessionarius debet excutere bona debitoris et regressum habeat ad cedentem # 97#
Limita nisi pactum debitor non sit solvendo # ib#
etiam si bona sunt intricata # ibi#
Cedens Causa lucrativa non tenetur de evictione # 97#

Castilla, su Divissa: f. 1o#

Cataluña, su Divissa f. 1o#

Carcer

Quomodo dicatur posse Carceratio esse injusta # 72#
A Carceratione pot. apellari transacto termino # ib#
Longa Carceratio pro pœna delicti computatur # 96#

Clausula — vide Constitutum

Omnino meliori modo facit, quod donatio subsiniatur bonis præsentibus # 101a#
Asu libre Voluntad # non est incompatibilis cum fideicommisso # ib#
Donationis et renunciationis generalis, ponitur de stilo notariorum # 102#

Citatio

Communicatio quomodo facienda? # 102a#

Collatio

Filij et descendentes tenentur conferre omnia quæ titulo donationis habuerunt ab ascendentibus cujus hæreditatem petunt # 75a#
Fallit hæc regula in donationibus simplicibus factis filio in potestate existenti # 75a#
Quid requiratur ad hoc ut Colletur res, et tota hæc materia # ib#

Collecta # Vide Gavella

~~Conditio~~ Coactio

Vir debet cogi ad effectuandum Matrimonium promissum # hoc per censuras#
At si innodatus longo tempore extiterit absolvendus venit # Dicitur autem longum spatium sex mensium: tamen etiam procedat, aut non Copula # 94#

Comparatio literarum

Quam probationem faciat # 97#

Commissum

Sequitur rem ad quamcumque manum transeat # 124#
Probatio conjecturalis fraudis sufficit in hac materia # ib#
Resolvit hypotecas antea Creditoribus quæsitas # 123#

Ad commissum necessaria est haprensio realis # 134 #

Commissarius

Ad eligendum debet observare ad ungueum conditiones a testatore positas # 4 #

Comparatio literarum

Quam probationem faciat # 97 #

Compromissum

Ad validitatem non requirit poenam # ... 73 #

Concilium

Concilia confraternitatum officialium non possunt celebrari licet statuta a rege sint aprobata # 73 # et v.° f. 60 #

Conditio

Si non nupserit, in contractibus viciat dispositionem et in ultimis voluntatibus pro non scripta habetur # 74 #

Delationis armorum, et nominis, non est conditio, sed modus; et rursus quae differentia et quotuplex sit conditio: f. 84ª # 102 # et vide Gabamentum #

Conditio alternativa favore descendentium resolvitur in copulativam n.° 97ª #

An conditio adjecta oradui caducato obstet sequentibus ita ut bona libera maneant # 98ª B.

Deficiente conditione adjecta primae institutioni omnes aliae substitutiones caducantur # 100ª #

Conditio, si liberos non habuerit referenda est ad tempus mortis # 101 #

Conditio si decesserit sine infantibus in fideicommisso [illegible] comprehendit filios et nepotes # 100 #

Conditione, si sine liberis caducatur oradus # 273 #

Conductor

Quoad remisionem mercedis: vide Remissio #

Commutatio

Ultimarum voluntatum, quomodo et a quo facienda # 626 #

Confraternitates

Non possunt erigi nec pietatis causa sine licentia regia # 73 #
Nec sine aprobatione ordinarij # 161 #

Confessio sacramentalis

Divino jure necessaria lapsis in mortale post baptismum # 66ª #

Consignatio

An sit solutio, an prorrogatio # 103 #

Constitutum

Non transfert possessionem in donatione si donatarius non fuit presens et acceptavit # 97 # 101 # 102 #

Operatur in contractu valido, non in simulato # 101 #
In meliorationem facit eam irrevocabilem # 102 #

Consuetudo

An requirat principis scientiam # 67 #

Confiscatio

Per delictum lesæ Majestatis quilibet bonorum suorum amittit dominium ante Sententiam declaratoriam # 363 #

Confusio

De confusione actionum vide Actio # et f. 15ª et 242 #

Contractus

Antichresis quid sit, et an liceat. 50 #

Conspiratio

Pœna scientis conspirationem et non revelantis # 135 #

Contestatio

Exceptiones dilatoriæ altiorem examinem requirentes non impediunt ~~[illegible]~~ n Contestationem # 306 #

Contumacia

Incurritur ex unica citatione # 74

Contumax habetur pro Confesso # 74 #

Creditores

Tenentur servare pacta cum debitore inita per majorem Creditorum partem 68 et 62ª #

Cruciata

Bona deperdita vacantia, Cruciatæ pertinent # 70. 71ª #

Valor Cruciatæ subsidij et Excusati # 70. 71ª #

D

Damna et Interesse

Damnum injuria datum debet solvi cum interesse lucri cessantis et damni emergentis #

§ Procedit in eo qui jure alterius damnum dedit #

In hac damni computatione, non solum inest tempus litis motæ, sed a die commissi delicti, quia hoc est speciale in obligationibus ex delicto # totum f. 127 #

De damno infecto # 103ª #

Debitor

Creditorum mole oppressus, nulla arte poterit eos defraudare, nec legatum aut hæreditatem defunctorum repudiare # 103ª #

Formato concursu non pot. pœnitere # ibid #

Quando nimis nulla alienationis ante decoctionem factæ # 104ª #

Decimæ

An jure divino debeantur # 104 #

Præscrivi possunt quoad quotam ibi et 135ª #

etiam consuetudo decimandi, et valet non decimandi # ibid #

Decimæ novalium # 135ª #

Decimæ dandæ a servitiis. 135 # San non solvunt #

De donatione decimarum facta Regibus a Pontificibus # 252 #

Decimales Causæ in Regno Valentiæ et alijs pertinent ad regiam Curiam # 306 #

At in Castella ad tribunalia Ecclesiastica # ibid #

Decimæ Diocesanorum # 128 #

Depositum

Quando regulare, irregulare quando 104.ª # 105 #

quatenus faciendum & ad impediendum Cursum usurarum # ibid #

Ad quid depositarius teneatur, & an solutio facta tirano liberet

debitorem: quaestio, & decisio # f. 105 & seq.

Datio in solutum

est vera emptio siue vere sit debita, alias Contractus # 103.ª #

Dispensatio

Quid valeant dispensationes Papae: quid fiat de pecunia quae exigitur,

& quo titulo exigatur # 122 # & v.º Matrimonium

Distributiones quotidianae

Non dantur nisi interessentibus horis Canonicis # 513.ª

excipe infirmos & occupatos propter Ecclesiae utilitatem #

Contraria consuetudo damnatur #

An praeter Causas in Cap. 1.º # de clericis non residentibus expressas

possit alia justa introduci consuetudo lucrandarum distributionum a

non interessentibus # 513.ª 514 #

Consuetudo lucrandi distributiones quotidianas in absentia, an

in dubio debeat haberi pro valida? # 514 #

Diffamatio

In remedio Leg. Diffamari diffamatus est reus # 628 #

Dioecesani

Dioecesani quoad decimas f. 128 #

Donatio

Acceptari potest post mortem donatarii # 7 # ubi contrarium tum dicitur #

Solum requirit acceptationem ad dominii translationem # ibid.

facta filio in patria potestate constituto est revocabilis # 102 #

N. si fuit in contemplatione Certi matrimonii # ib #

tertii & quinti quando sit revocabilis, vel non # ib #

N. praesumitur simulata ex quo donans remansit in possessione rei

donatae # 102 # 110 # 112 #

Si de simulatione agitur debet prius constare de Causa simu-

landi # 109.ª 111.ª 112.ª #

Quae apparet ex publico Instrumento habet omnem praesumptionem

Veritatis - - - # 102.ª #

Cum Clausula constituti incipit a traditione # 110.ª #

Ut probetur per testes debet esse omni exceptione majores # ibid.

facta non potest revocari # 111 #

Simplex licet maximi Valoris non imputatur in legitimam # 112

Universalis cum reservatione partis quantitatis valet # 114#
Juris patronatus, si non approbatur ab ordinario nulla # 114ª
An donatarius fideicommisso orabari valeat # 131
An donatio facta sponsis contemplatione certi matrimonij spectat omnibus filijs aut solis natis ex illo matrimonio # 114ª#
Donatio universalis intelligitur de bonis praesentibus # 116ª#
Donatio non existentium nulla # 16#
Haereditatis semper pro successione, nulla, sed haereditatis simpliciter sumitur de bonis praesentibus # 117#
Bonorum praesentium nulla, nisi juramento sit vallata aut aliqua reservatione minuatur # 117ª#
Quando dicatur facta favore Matrimonij # 16#
facta a patre filio existenti in potestate cum causa, ad sine ea melioratio in tercio aut quinto # 118#
Inter viros et uxores prohibentur at juramento valata valet # 118ª#
Remuneratoria an valeat inter conjuges # 118ª#
Donatio perfecta non admittit conditionem # 131#
Donatio Arrarum Ve Arrae

Dos

Bona fideicommisso subjecta sunt adstricta pro dotatione omnium descendentium # 115#
Nec Primogenita jure et successione Castellae # ibid#
Hypotheca competens mulieri in bonis fideicommissi spectat haeredibus 115ª#
Ubi causa pos talia bona alienari # ibid#
Dos: quae dicatur # 116#
Dos quod merrene: Ve Usura dotis #
Dos oferata # V^e f. 126 #

E

Ecclesia et Ve Minutum Ecclesiastici

De Ecclesiae et Concilij infalibilitate ... 136#
De Ecclesiae regimine ... # 136ª#
De Ecclesia et Concilijs generalibus ... 137#
Ecclesia pro solutione gavellarum ... # Ve Gavella
A quo debeat reparari # ... 502#
Pro amplianda Ecclesia anquis tenearur vendere fundum etsi sit majoratus 313#
An hoc privilegium spectat in vim legis # et an contra alias ecclesias ... # 313ª#
Ecclesiae servitus imponi non potest # 321ª#
Ecclesia non habet territorium nisi a Principe dedaturm # 572#
Ecclesiae bona quibus ~~solemnitatis~~ dicta Ecclesiastici solemnitatibus alienanda # 6#
tenetur contribuere ad muros vias quae reparandas # 164#

Clerici an possint testari nisi ad pias causas de provenib. ecc.# 576 a#
Debent observare preces venia taxata .... # 242 a#
N possunt esse tutor, aut Curator # .... 589#
Si est tutor aut Curator, aut Administrator laici devenit pro
reddenda ratione in tribunali laico # 282 a#
N habent territorium ecclesiasticum jure nisi a Principe concedatur # 572#

Editio

Libros edere quando quis spectatur # 169 a#

Electio

De electione in successione Majoratus # 4# 139#
electio licet liberrima n potest fieri in extraneo a familia # 4#
Electione n facta in Majoratibus debet succedere maior # 4# 165#
eligendi facultas an sit realis aut personalis # 4# 165#
Electio digni omisso digniori an valeat # 164# a
electio Capit. ex testam.to fundatoris # ib#
Electione data primo successori an extendatur ad omnes # 165 a# 172#
Commissa electione alicui, et dato ordine operandi in casu quo
electio n fiat, an Commissarius teneatur servare illum ordinem # 170#
De facultate eligendi Decursio # 172#
De electione Majoratus incompatibilium # 169 a#
Electio v. Regularis # Patroni #
De electione Sancti Patroni # 142#

Episcopus

Nequit procedere contra Canonicos, et Dignitatibus sine adjunctis # 13 et
vide Adjuncti #
Nequit absolvere in Casibus Bullae Coenae etiam occultis # 15#
Ab origine Ecclesiae est ordinarius Collator beneficiorum # 142 a#
Concedit licentiam Ecclesias aedificandi # 143#
N tamen transferre Parrochialem in aliam # ib#
An jus jurisdictionis proveniat a Deo, aut a Romano Pontifice # 143 a# 144 a#
Dispensat in omnibus irregularitatibus ex delicto occulto prove-
nientibus # 143 a# 143 a# excepto homicidio voluntario #
Absolvit in omnibus Casibus occultis Sedi Apost. reservatis in foro conscientiae # 143 a#
Episcoporum Causae in Concilio videri debent # 143 a#
Episcopus tamquam Sedis Apost. delegatus potest examinare Vica-
rios perpetuos et rectores habentes Ecclesias in titulum # 144#
Hoc licet examen aut diversus praecesserit # ib#
Habet jurisdictionem supra regulares extra Clausuram degentes # 144 a#
ponit Oeconomum in Eccl.a vacante # 144 a#
Nequit, nec ejus Vicarius exigere salaria pro judicatura nec aliis
exequendis pia opera # 152#
Nec dejure pro sententiis in Causis Criminalibus beneficiariis et
Matrimonialibus ibid#
Nequit removere Administratores piorum operum a fundatore

{ depicatos, sive Causa - - - # 162ª #
{ Recipit Patrones piorum operum # ibid #
{ Fonte poenas in renovatione antedictae impositas exigere

At nequit in proprios usus convertere: et deinde S. Congregationis

Ad Dubia super Episcop. Majoric. 1686 # et tom. 3 tit. f. 152 et 152ª #

Absentibus inquisitoribus habet cognitionem Causarum fidei # 152ª #

est exemptus a jurisdictione Inquisitorum etiam in Causis fidei # 153 #

est Exequutor piorum Operum # 153ª #

An et quando possit procedere contra familiares Inquisitionis et contra inquisitores, et e contra # 153 #

Non potest procedere contra laicos nisi per Censuras, et ad imponendam et exigendam pecuniariam poenam debent uti auxilio secularis # 164 # 282 #

Enunciativa Verba

Non probant nec in antiquo Instrumento nisi durante tempore requisita #

Quod probentur a fide dignis personis #

Quod sint Clara

Quod sint plura

et quod a diversis personis procedant tot. 218 #

Equites

Ordinum militarium gaudent privilegio fori # 206 # d. tom. et Æquites

Excommunicatio

Alia nulla, injusta alia, et definitio utriusque et qualiter in dubio foro # 123 #

Excommunicationis Materia # 80 #

Excommunicandi potestas procedit de jure divino # 151 #

Excommunicatio lata a jure contra violatores Ecclesiasticae immunitatis, et perturbantes Ecclesiasticam jurisdictionem an sit Papae reservata # 171 #

Exequutor

Litterarum gratiae est mixtus # 311ª #

Litterarum in forma dignum mixtus # 311ª #

Merus exequutor non potest exceptiones audire: mixtus tenetur improbantes Incidentem, de nullitatis, non et super eas pronunciet, sed ut supersedeat si obiectae # 312 #

Litterarum appostolicarum debet deferre apellationi si presentatur

Apellans Decretum executionis a Senatu provinciae # 146 #

De exequutore exequutorialium applicatarum # 147 #

Exequutio

De exequutione contra tertium # 135 #

Expense # d. Alimenta

Exorcista

An possit, et ei liceat inquirere veritatem a Demone # 166 # d. q. ex casu speciales

Coiectio

An lite pendente Comiss poist # 16 2º #

F

Facultas

Ad alienanda Majoratus bona est de regalibus - - # 3 #

Anullatur Vitio obrreptionis et subreptionis # 3 #

Hec facultas pot dari a Principe, etsi a Fundatore prohibeatur # 3 #

Facultativi actus # 2º Actus facultativi #

Familia

Alia effectiva, detentiva alia #
Vocata familia, utraq. detinetur # } 16ª #
Quando soleq effectiva intelligatur.

Non creditur agnatio in dubio #
debent Clausulæ esse expressæ # } 16 # 33 #
Nec contemplatio Vocati fœminis

Non est dicere de meo nomine academia donatione . . . .
Vocatis agnatis non excluditur fœmina descendens a masculo. } 16ª #
fallit in Majoratibus #

Vocato proximiore de Domo, vel familia sub apellativo 2ª ut
Ultimariæ # propria agnatio vocata censetur # 17 #

Agnatio in jure patronatus regulanda jure fideicommissi # 17 #

In Vocatione descentium masculorum cognati masculi ex fœminis -
Comprehenduntur # 16ª #

In vocatione proximio de venire dico de Tal 2ª Heres veniunt soli agnati # 18 #

Nomina demi linage, Casa, Cepa Generacion Parentela Gente
Progenie &ª # sunt Synonoma # 18 #

Parentelæ nomine agnati et cognati veniunt # 17ª #

In fideicommisso familiæ exclusio admittitur primo Vocati, et descendentibus proximioris donec nullus ex familia sit # 18

Familiares S.ti Officii #

De familiaribus S.ti Officii late et remissive # 177 #

Francia vel Divisa # # 1º #

Feriæ

Las Fiestas de Corte reguladas por el S.r Fern. do VI # 205 #

Fideicommissum

Absolute non inducitur ex prohibitione alienationis, ut res in domo et familia conservetur # 22 #

Fideicommissum Seccundale, agnatitium, reciprocum, perpetuum &ª Vide fol. 180 # ad fol. 292 # et 208 # Fideicommissarius 2º Hæres -

Filius

Quoad legitimationem. V. Matrimonium #

Quoad succesionem in Mayoratu Ve Mayoratus #

Filius illegitimus per rescriptum Principis legitimatus dere legitimus est # 214 #

Filius naturalis an faciat deficere conditionem, si sine liberis # 214 #

Natus ex Matrimonio putativo legitimus est # 216 #

Et autem si tale Matrimonium contrahatur Clandestine # ibid #

Filiatio

Sententia lata in materia filiationis contra patrem filijs prejudicat # 215 #

Indirecte probatur per instrumenta # 218 #

Filiatio quoad probationem ... 212 #

Fines

Arbores et vites in proprio solo possunt plantari # 7^a

Fiscus — Vide Naufragium Precedentia 2 #

Habet tacitam hypothecam in bonis sui debitoris # 210 #

preferetur omnibus creditoribus anteriorem tacitam habentibus # ibid #

Et habentibus anteriorem expressam si debitum descendat a servitio millionum ibid.

An hoc privilegium fisci transeat ad Cessionarium # 210 #^a

An solvens fisco succedat in ejus juribus sine Cessione 210 #^a

Fiscus non potest cedere actiones ex intervallo # 211 #

Potest in Crimine heresis vindicare predia a quolibet possessore qui ea adquisivit # 211 # et Ve Confiscatio #

Prefertur in Mercibus Commissis Creditoribus personalibus et hypothecarijs 211 #

Preter Casum Commissi succedit tanquam heres, non per representationem, sed per anihilationem personam # 211 #^a

Ad debita ante contracta tenetur # ibid #

Quemadmodum licet Ecclesiasticum trahit ad suum forum # 212

Hoc privilegium non transit in Cessionarium nisi Cessio ex Causa necesaria fiat # 212 #

An post perfectum contractum possit nobam admitere oblationem # 212^a #

An succedat in defectu heredis in jure Patronatus # 252 # V.^e

Forum — Vide — Jurisdictio

Equites ordinum militarium in Castella gaudent privilegio fori in Castella in Causis Criminalibus # 206 #

In civilibus vero forus horum est in eis tanquam reis necesarius in actoribus autem voluntarius --- ibid #

Si Actor et reus sunt Milites est necesarius # ib #

Vidue eorum privilegio fori gaudent # ibid #

Milites armatae militiae in Civilibus et Criminalibus gaudent fori privilegio # 206^a

Casus exceptionis vide f. 207 #

Forum Fisci # Ve Fiscum #

G

Gabella

Clerici n. solvunt gabellam pro decimis, oblationibus, terris, ~~terr~~ in Edificatione Ecclesie datis aut a Rege donatis.... 221#
Pro aliter quesitis tenentur ad pensiones et tributa que possessores terrarum antea Principi persolvebant. # ibid#
Quid gabella, quotuplex, et materia gabellarum 227# ubi Sivas Millones, Alcavala.
Productum redditum reoalium d# d.° 280#

Gravamen

{ Vendendi in certo loco valet in Majoratibus.
In tertam.^tis^ habetur pro n. scripto tanquam legibus libertatis } 236#
In Obtentibus valet#
N potest poni ex mercatto in meliorationem jam irrevocabilem# 366#

H

Hypotheca

An operetur pro expensis factis in bonis alterius? # 163#
Hypotheca fiscalis # Ve Fiscus #
Tacita an operetur filio pro legitima contra tertios possessores # 226#
Tacita datur jure regio inquilino ad refectionem domus # 354#
Intelligitur etiam in bonis Majoratus, que alienari possunt ex causa necessaria # ibid#
N ita si non fuit data pecunia tali fine refectionis, etsi postea refundatur in ea#. 365#

Hispania

De adventu D. Pauli in Hispaniam et alia # 247#

Heres 367

Heres debitum quid dicitur?.......... # 611#
Gravatus cum Fideicommisso deducit sua Credita: quidquid solvit pro debitis hereditariis, et debetur ei retentio pro solutis.... # 250#
Deducit impensas factas in meliorationibus utilibus et necessarijs absque compensatione cum fructibus.... # 260#.
Etiam factas pro salvanda, aut recuperanda re hereditaria # gravatum # 16#
N retinetur jus patronatus nisi testator expresse dixerit # 254#

J

Jactantia

In libello jactantie actor est reus et jactans actor, ideoque judicium pertinet ad forum actoris remedio jactantie # 528#

Jocalia v. Axuar #

Inhibitio

Non potest dari a superiori ecc# non viso processu# 41# 270# 271#
Dum quo animus inrequirit causæ cognitionem# 271#

Incompatibilitas

Beneficiorum non obstat ut Ofratur secundum, sed ut retineatur primum# 8. f. 54# 63#
Et Cauetur propter residentiam requiritur quod utrumque petat formalem assistentiam# 513#
Majoratus aut Primogenij# v. Majoratus, Primogenitura#

Ideentitas

Non præsumitur nisi probetur 267#

Immagines

Dogma Catholicum defendit# .... 259#

Indulgentiæ# 260

Inquisitor generalis

De ejus nominatione jurisditione et facultatibus# 262#
A Sententia Inquisitorum Hispaniæ non valet apellatio ad Inquisitionem generalem Romæ, et literæ haprehenduntur a Rege cum sint signatæ manu Sanctissimi# 277#

Instantia

Prima instantia super exequutione gratiarum Beneficiorum reservatorum Sedi Apostolicæ non pertinet ad ordinarium# 66#
Instantia jure Civili perit biennio: Canonico per lapsum 30 ann.# 272#

Institutio Canonica

Alia Corporalis, quæ est immissio in possessionem beneficij: spectat ad Archydiaconum# Alia Authorizabilis, quæ est aprobatio ad curam animarum et non potest fieri ab Archydiacono, Alia Collativa, quæ licet Episcopo pertineat potest ex consuetudine pertinere Archydiacono# 289#
In Ecclesiis subjectis pleno jure Monasterio cura exercetur per Vicarium amobilem#
In pertinentibus per modum unionis debet exercere per Vicarium perpetuum
In 1º Institutio Authorizabilis pertinet ad Abbatem#
In 2º# Episcopo# 290#

Instrumenta

Solemnia instrumentorum secundum Patriæ legem# 266#
Publicum cum solemnitatibus non indiget Matrice# 266#
Simplex ab originali habetur ~~tunc~~ pro originali# ibid#
Et amittit fidem ex quo non apareat protocolum# ibid#

Interesse et Idem# Mora

Lucri Cessantis et damni Emergentis potest deduci in pactum cum taxa determinatæ quantitatis# 296# Inventarium
Quid operetur? ... # 265#

Judex

Conservator a summo Pontifice deputatus prohibetur cognoscere propter de injurijs et violentia manifesta # 83 #

Quomodo sit eliendus ejus jurisdictio, et magna pars meg # 83 et 84 #

Judex itinerarius debet se conformare cum diné. sui anterioris # 268 #

Secularis debet implorare auxilium alterius secularis in ejus territorio # ibid Sigue sin detencion

Ecclesiasticus habet suum tribunal, et literas requisitorias subsidiarias debet mittere ut judex secularis notificare faciat # 267 #

Idem judice Eccus # ibid # Judex Ecc.s

Judex ecc.s in Criminibus mixti fori praeveniens judicio a Seculari nequit procedere contra reum nisi ad aplicandas poenas Canonicas... 263 #

Judex quilibet potest sua authoritate ministros sibi detinere... 263 #

Ecc.s nequit procedere contra laicos, etiam in Casibus in quibus habet jurisdictionem, nisi ad poenas ecclesiasticas: ad Capturam et poenas pecuniarias indiget auxilio Seculari #... 164 # 282 #

Usurpans, vel perturbans jurisdictionem Regiam poenam exilij incurrit # 283 # 286 #

Cognoscit de denunciatione novi operis facta a Clerico contra laicum... # 283 #

Nequit cognoscere de Causis super jure regali # 284 #

Debet exequi pia legata Testatoris Arbitrio # 285 #

Nequit se immiscere in Cappellanijs in quibus testator prohibuit jus Visitandi ecclesiastico # 285 #

Quando faciat vim tam in cognoscendo quam in non deferendo et in modo Cognoscendi # 284 # 284

Vim facit si procedat Censuris ad impediendam exactionem militum #... 284 #

Quando procedere debeat vel vim faciat in controversia super immunitate regum # 286 #

Judex requisitus

Potest audire et cognoscere de exceptionibus oppositis contra executionem quin testibus teneatur adire Requirentem # 302 #

Juramentum

Suplet in donationibus defectum patriae potestatis diminuationis # 267 #

Non afirmat contractus Minorum data lesione # ib #

Supletivum probationis habet locum etiam in Causa crabi, ubi est semiplene probatum # 267 #

Personale est et non transfunditur ad heredes... 267 #

Jurisdictio

Meri et mixti imperij praescribitur tempore immemoriali # 268 #

Collectores Cameræ app.cæ est privativa ad alios judices in omnibus negotiis ad Cameram spectantibus # 268.ª
Itera in certis generis causarum vel personarum est privativa # ibid #
Jurisdictio de la Junta Apostolica, ejus fundamentum # 274 #
Jurisdictio Patronatus in eum tent. et ejus circa valent. # 276 #
Jurisdictio activa et passiva, quæ. 276.ª
Jurisdictio Magistri Scholæ Salmantinæ extenditur ad 20 // leucas # 278 #
Itec si Scholarius est Actor, q. aliter est Reus in criminalibus non habet terminum # ib #
V. de Schola Complutensi #
Cetera hujus jurisdictionis Scholarium privilegia d. ex # 278 ad 282 #

Judicium

Exequutores decretorum in ordinarium ex modo procedendi # 287 #

Jus accrescendi

An habeat locum in Oraeibus # 266.ª
An in jure Patronatus # ibid #
Habet locum inter heredes directos, et fideicommissarios # 19.ª

Jus patronatus

Fundans vel dotans Ecclesiam adquirit jus Patronatus, etiam si non expresserit dummodo admiserit # 262 #
An Fiscus in defectu hæredis succedat in jure patronatus. ibid #
Jus Patronatus non transit in fideicommissarium nisi testator expresse disposuerit, aut per universalem dispositionem collocatur # 264 #

Jus patronatus Regium

Historia, origo, concessiones appostolicæ alia que plura # 253 #

L

Legatum

Pro maritandis puellis an valeat si tempore mortis testatoris jam sint nuptæ.. # 305 // 316 #
Legato ususfructus, si fuit inter oneratum, et bona cum cantur ex causa fideicommissi non competit legatario actio evictionis # 316 #
Legatarius cui tutela, aut administratio relicta fuit a testatore, si tutelam non accipit perdit legatum # 316 #
Legatum in ultima infirmitate facta Confessario aut ejus ecc. non valet. # 360 #

Legitima

Potest gravari si filio relinquatur tantum, vel plus, quam sit valor legitimæ v.e # 303 #
An Conditio vel gravamine, apositum in legitima rejiciatur # ibid #
Et An mater possit Conditionare quod legitima adquiratur patri quantum ad usufructum # 303 #
De valore pacti reversionis in legitima # ibid #
Legitima nequit peti in singulis corporibus # 314 #
Filius qui renunciavit legitimæ favore alterius facit partem, et Castelli cui renunciatio fuit facta # 314 #

Legitima adjudicatur filio cum fructib. a morte testatoris # 315 #
Legitima relicta in pecunia filio, debetur interesse # ibid #
Legitimatio # V. Matrimonium
Læsio
Enormis est que dimidiam justi pretij excedit
Enormissima, que ultra progreditur vaendit ultra besem #
Hæc induit dolum, causat nullitatem # et potest rem cum fructibus recuperare venditor # 300 #
Remedium leg. 2. C. de rescind. vendit. personale est et solum competit ma-
hentibus interesse, non contra tertium # 300 #
Hoc remedium proprium est restitutionis, competentibus # 300 a #
Lex
Laxant propria rerum an comprehendat ecclesiasticos? # 316 a #
Lex presumitur acceptata usu que recepta # 316 a #
V. in statutis #
Humana ligat conscientias subditorum # 293 #
Si lex civilis et canonica bono humano adversantur non ligant conscientiam # 16 #
An lex civilis prohibere possit ne bona immobilia transeant ad Ecclesiam # 293 # 316 b #
Libellus
Est ineptus in actione personali si non exprimatur causa petendi secus in actione reali # 297 #
Si una causa res petatur, et alia probetur, jure canonum actor succumbit et jus reservatur sed non jure regio # ibid # 298 #
Libri
Vendi possunt sola licentia regia # 301 #
Prohibitio concilij Lateranensis non fuit recepta his regnis # 301 #
Librorum prohibitio aliquando fit in Roma quia scribentes defendunt regalia, et editum sine brevi remittitur ad Regem # ibid #
Limites
Assignati per tractatum de Pasarovitz # 1 #
Dati a lege et arbores proprio solo plantentur # 7 a #
Liquidatio
Non fit judicio separato, sed determinatio fructuum, aut interesse fit a judice juxta probationes ex processu resultantes # 298 #
Litteræ Apost.
Signatum manu SSmi. contra sententiam Inquisitorum Hispaniæ remittitur ad Regem # 277 # Vide Inquisitor
Litteræ gratiæ esse validæ et ex sola signatura SSmi. in oratoris supplicatione adjecta: tamen informes dicuntur et est inexequibilis # 311 #
Litteræ alie in forma gratiosa, alie in forma dignum # ibid #
Exequatur harum litterarum solum dari potest ordinario # 312 # et 391 #

Literæ gratiæ si neutri quæ? # 312 #
Literæ gratiæ subrogationis in juribus Collitigantis defuncti quæ, quomodo expediantur et exequantur? # 312 #
Literæ quoad reservationem Beneficiorum # 16 #
Literarum retentio ibi. 331 # . . . .

M

Majoratus # ultra hic posita vide Primogenium

Majoratus quoad alienationem # vide # Alienatio # . . . .
Majoratus quoad electionem # vide Electio
Majoratus possessor an immediatum successorem alere teneatur? # vide # Alimenta #
Majoratus possessor non recuperat expensas pro vindicanda re majoratus factas, nisi sint ... # 260 #
Majoratus, quomodo probetur? # 324 #
Majoratus quoad repræsentationem, et quod habeat locum etiam inter transversales # 325 #

Quoad agnationem et masculinitatem

An inducatur ex repetitione masculorum quando fœminas non vocabit fundator licet rationem agnationis non adjecerit # 326 #

Vocationes

Vocatio prima, regula est generalis # 327 #
Passiva regulatur ab activa # ibid #

Conservatio lineæ

An finitis masculis in Majoratu agnationis, et masculis ex fœminis in majoratu masculinitatis fœminis succedere debeat an vero recurrendum ad fœminam ex linea Masculi primo Vocati? 334 #

Incompatibilitas

Colligitur ex prohibitione ducendi cum alio, et est realis et linealis # 337 #
Quid si prohibitio ad certos gradus est remissa, et quid ratio in non expressis? ibid #
Sunt incompatibiles si uterque conditionem habeat residendi in certo loco # 337 #

Regia licentia

Non firmat fundatum nisi expresse dicat # 339 #

Revocabilis

Est revocabilis nisi interveniat traditio vel ex causa onerosa instituatur # 339 # 356 #

Tenuta

Majoratus quoad tenutam # 340 #
Nequit fundari in rebus emphyteuticis absque Domini directi licentia # 347 #
Majoratus quoad expensas # vide # Expensæ
Majoratus quoad debita prædecessoris # 349 #

Præscriptio

An et quo tempore successio majoratus præscribatur # 351 #
Bona Majoratus de quibus existentia dubitatur 40 annis cum titulo præscribuntur # ibid.

Si autem dicat de existentia Majoratus non præsumitur bona nisi per tempus immemoriale # 361#
Et inducitur ex mera prohibitione alienationis # 356# 481#

Maritus

Mulierem alere debet # . . . . . 26ª #

Potest mulierem in adulterio deprehensam occidere, si etiam adulterum necaverit # 323#

Ab aritus est Uxor quoad reservationem proprietatis bonorum per transitum ad secundas nuptias # 328#

Matrimonium # et vide Coactio #

Putativum et Clandestinum quid # 216#

Ratum est indissolubile: an jure naturæ, an jure humano principio # 216ª #

Matrimonium non præsumitur nisi probetur # 322#

Ratum dissolvitur per ingressum religionis # 323ª #

Consummatum non # Certe quoad religionis ingressum ampliatur # ibid #

Ex Causa adulterij dissolvitur quoad thorum # ibid #

An ratum dissolvatur dispensatione Papæ # ibid #

Matrimonium ut officium naturæ dirigitur a natura, ut civitatis a civibus Principum, ut Sacramentum ab Ecclesia # 420#

Princeps temporalis impedimenta dirimentia matrimonij statuere potest # ibid #

Per Papæ dispensationem in radice non legitimantur filij ante Matrimonium susceptij, nisi addat Lex aut rescriptum Principis # 420# et seqtes #

Mater

Per tres annos lactat filios, his transactis non alit nisi in subsidium bonorum paternorum # 23#

Medallas o, Monedas

Las que fabricaron los olandeses en la Paz de Ayx # 2#

Melioratio

De meliorationibus tertij et quinti # 352# et 356#

Facta ex Causa matrimonij est adhuc revocabilis; non vero si est ex Causa certi et determinati # 366#

Facta filio emancipato, an sit irrevocabilis # ibid #

In filio unico non Cadit melioratio # 336# 481#

Ex simplici melioratione tertij et quinti et prohibitione alienationis non inducitur Majoratus sed fideicommissum temporale # ibid # 481#

Gravamen non potest imponi ex intervallo in melioratione irrevocabili # 356#

Melioratio facta in certam # et certa de melioratione, pacto et meliorantis et non meliorandi # a 358#

Mercedis remissio # de # Remisio Mercedis #

Meses

Los Meses Romanos para la Contratacion se explican # 1ª #

Missa

De Missa et sacrificio # 317ª # 369ª #

Militares

Equitum ordinum militarium # an sint religiosi # 383# Vide Equites

Mobilia

Decennio præsumuntur consumpta nisi sint solidioris materiæ # 318#

Majoratus possessor non tenetur restituere mobilia consumpta # ibid #

Mobilia non pariunt mercedem # 366#

Mobilium appellatione venit pecunia # et fructus; 366#

An actiones et jura et nomina debitorum # ibid #

Legata Mobilium omnium fructuum a solo separati, vestes pecuniæ &c # 369#

Modus # v. Condicio

Monasterium

Pro amplando Monasterio, an quis teneatur vendere fundum, nisi sit Majoratus sive Capellaniae # 313 #

An hoc privilegium spectat etiam alias ecclesias # ibid #

Requisita ad fundationem Monasterij # 321 #

Prohibentur exigi nisi duodecim Religiosi ex proventibus substentari valeant ibid #

Moneta

De intrinseco valore monetae, ejus alteratione, facultate principis ad augendam aut diminuendam, periculo diminutionis, Debitori, Depositario particulari, in litteris Cambij, gabellario &c # 355 a #

Moneta Regni majoricensis # 361 #

Moneta quae deficit a Regno, ut ad Romam deducatur # v. Pecunia Romam

Mora

Interesse non debetur ratione de Mora Creditoris # 364 a #

Sine ea non debetur interesse # 364 a & 367 #

Quomplex sit mora & qua interesse causetur 367 #

Quoties non addito termino seu obligatio interesse debetur officio judicis & requiratur Interpellatio # 368 #

Mora contracta cum defuncto ad heredes transit # 368 a #

Impedimentum superveniens post moram nil operatur # ibid #

De Moratoria vide 377 #

Mulier

Vidua lucratur Arras, & non nubet 2o poterit de eis ad libitum disponere # 122

De reservatione bonorum si transit ad secunda vota # 122 a #

Mutuum

Civitas vel universitas an obligetur ex mutuo absque probatione rem versam in ejus utilitatem # 354 #

Differentia inter contractum mutui & census ibid #

Mutuans cum pacto ut res pecunia empta sit specialiter obligata praefertur omnibus # 354 #

N

Navarra sub Diversa # 1 a #

Naufragium

Naufragij bona possunt in defectu Domini a Fisco occupari # 381 #

Negotiatio

An & quando sit Clericis interdicta? # 371 #

Novitius # v. Renunciatio

Nobilitas

Quae requiruntur ad ordines militares obtinendos # 378 #

Nobilitas Sanguinis aut privilegii an amittatur ppter officia sordida# 373#
Juris Doctores sunt Nobiles# ibid#
Medici non habent Nobilitatem, nisi tantum privilegia quae ad viduas nec posteros non transcendunt# ibid#
Extra in Jurisperitis quibus cessant ratione Dignitatis et in posteros transcendunt. ibid#
Idem in Advocatis ibid#
Nobiles non exequuntur in Domibus suis# 372#

Notarius

Notario atestanti, dummodo id in publica forma non exeditur# 380#
Nec sibi debat habituus Comissionem ad aliquid faciendum# ibid#
Notarij exercitium incompatibile cum militia# et nobilitate# ibid#
Alia de Notarijs Regno Majoricensi# ibid#

Novi operis nunciatio

Quis in ea sit Actor aut Reus? 380#

Nullitas

Nullitas et injustitia notoria non excludunt per appellationis exclusionem# 1#
Proveniens ex defectu Citationis allegari potest in Judicio revisionis# 370#
Nullitas quoad rem allegari nequit sola; sed si cum ea occurrat aliqua alia Causa quae sententiam dubiam reddat audiendus est allegans# 382#

Nundinae

Celebrari nequeunt in die Dominica in Gallia; at in Hispania pro consuetudine celebrantur ppter populi comoditatem# 371#

Nuntius appostolicus

De Nuntio ut collectore, ejus jurisdictio circa Caus. expollij# 372#
Appci Nuncij facultates terminountur in Hisp.a multis modis# 373#
Nuncius appus, quoad provisionem beneficiorum# 375#
Nequit jurisdictionaliter cognoscere de Beneficijs Regij patronatus# ibid#

Nullius# de ~~terr~~

De territorio cum qualitate nullius, ejus probatio et facultates Abbatis# 380, et 382#

O

Olandesi

Mediaron in la Paz de Ayx la Chapille # 2 #

Obligatio

Subsidiaria et additionalis, et non habet effectum nisi in defectu principalis # 387 #
In obligatione alternativa necessaria est interpellatio # ibid #
Obligatio Collegii Universitatis aut Ecclesiae quando valeat # ibid #
Obligatio metu extracta interveniente protestatione clandestina, an valeat # ibid #
Obligatio et delegatio jure regio non indigent stipulatione, et ideo acquiritur tertio et absenti # 388 #
De obligatione ad factum # 390 # Oppositor # Vide Tertius

Oratorium

De oratoriis privatis .... 386 #

Ordo

De ordine minorum # 384 # ubi plura dubia
Ordo militaris # Vide Militaris ordo #

Ordinarius

Debet privative cognoscere de omnibus causis non obstante quacunque inhibitione Nuntii # 391 #
Falsum revelat, si commissio signata fuerit manu propria Summi #
Si solum data est sub annulo piscatoris remittitur #
Procedit et ordinarius quando remittuntur literae Summi, obtinent servatam formam # 392a #
Ordinarii jurisdictio cessat per recusationem, causa autem recusationis debet constare # 392a #
An privilegium electionis fori spectans pupillis possit esse in praejudicium ordinarii # 393 # Oeconomus # stare potest in judicio in causis immunitatis # 413 #

P

Pactum

Impedit dominii (De non alienando) translationem # 405 # Vide infra #
De successione viventis, a jure improbatur # 387a 406 #
Et si interveniat assensus ejus de cujus successione tractatur # ibid #
Legis Commissoriae improbus, et quomodo sit licitum # 404 #
Pactum de non alienando impedit dominii translationem, si in testamento, aut donatione apponatur; non sic in aliis contractibus # 407 455a #
De quota litis # 460 #
Reversionale factum a patre in sui favorem cum ex paternis bonis dotavit sororem
Valet si soror consentit # 458 #
An valeat tale pactum factum filiae in testamento Patris # ibid #

Legis Commissoriæ Valid. in Censibus # 162 #

Papa

An sit Dominus, an administrator, et dispensator supremus rerum Eccl. # 408 #
Ex quibus familijs hucusque Papæ # 408 #
De Authoritate et potestate Papæ in temporalibus et Spiritualibus # 458 #
An Papa sit supra Concilium # 451 et 452 #

Parrochus

Levat extra Cruce Cadavera, sepulturæ quæ ecclesiasticæ tradidit # 447 #
Si sine Parrocho lebentur, invitante eo, exhumantur et Parrocho tradduntur # 447 #
Parrochus quoad jurisditionem in Parrochia, et ejus residentia # 447 #

Partus Suppositus ... 387

Parraphernalia

De dominio et usufructu rerum parraphernalium # 51 et 52 #

Pater

Instructus presumitur suarum facultatum: presumitur etiam bonum dilium pro filio. Capere # 9 #

Patronatus

De regio Patronatu, jure, Cameræ, beneficijs ad Patronatum spectantibus N. # 61 # 405. et Vid. Verb. Beneficia
Jus patronatus quomodo adquiratur # 300 #
Cetera de jure patronatus ... Patronus # 132 #
Nominat hodie personam ad obtinendum beneficium, et si nominatus Clericus non sit # 405 #
Ecclesiæ tenetur illam ornare aut restaurare quoniam reputatur loco patris # 405 #

Pecunia Moneta

Nequit ex regno ad Romam duci # 543 #

Pensio Eccl.

Nequit reservari, nec imponi ab Episcopo in collatione beneficiorum: extra urgente Causa # 413 #

Periti

Alij simplices testes, alij potius ad judicandum quam ad testificandum assumuntur: in secundo sensu, peritorum judicio est deferendum # 422 #
Nec judicant de questione juris # 16 #

Pontificale

Pontificale Episcoporum pertinet ad Ecclesias in quibus degunt, vel in quibus obeunt. # 416 #

Polygamus

Sponte comparens, non est puniendus # 54 #

Pœna

N requiritur præsentia in compromisso # 73#

Apposita privationis si successor ducat uxorem ignobilem, et incurritur licet Matrimonium sit nullum, dummodo Copula sit sequuta # 182#

Amissionis bonorum ex delicto quoties jure vel facto imponitur, potest cognosci de Crimine post mortem delinquentis # 194#

Quando pœna exequi possit sine processu # 195#

Conventionalis an jure exigi possit # ibid#

Pœna Scientis operationem et non revelantis # ibid#

Possessio

Primogenii possessio transit ipso jure ad sequentem in gradu # 282ª # 182ª#

Quasi possessio juris præsentandi beneficia an spectat ordinario accedente libertati Ecclesiæ # negative cum Rota # 197# affirmative cum Rota # 196ª et vide 300#

De remediis possessoriis # 529#

De remedio Summarissimo Interim 530# ubi plura de possessione #

Possessor

Naturalis, aut civilis est manutenendus # 529#

Per vim ejecto competit interdictum recuperandæ # ib#

Bonæ fidei compensat meliorationes utiles, et necessarias cum fructibus # 250#

Majoratus non deducit expensas factas pro recuperanda re majoratus, nisi sint graves # 260#

Præcedentia

Lis de præcedentia inter ecclesiasticos sive seculares, sive regulares terminantur ab Episcopo appellat. remota # 112#

De materia præcedentiarum # 113#

Inea standum consuetudini # ib#

Fisci patroni præcedunt notarios a secretis Rotæ # 113ª#

Prælatus

Abbas potest nomine Monasterii et stare in Judicio in Causis ad monasterium spectantibus # 113#

Etiam Œconomus # ibid#

etiam omnes quibus popularis Actio competit, sed opposita pro debito legitimari # ib#

Prælatus Inferior cum Jurisd. quam Episcopus impedire nequit Episcopum ut Sedis Apostolicæ delegat. visitare loca sibi subjecta # 113#

Prælatus inferior cumqualitate nullius nequit dedere dimissorias sibi subjectis, ad ordines # 380#

Prælegatum

Hæredi universali an ipso non potest prælegari # 128ª#

attamen valet prælegatum factum hæredi universali grabato fideicommisso # 129#

Praescriptio V. Census # Decimae #

Actionis personalis vide. V. # 7 # 423 #

Successionis et bonorum majorat. V. Majoratus quoad praescriptionem

Actionis hypotecariae incipit a die negatae solutionis # 424 #

non currit cum titulo reprobatto a jure # 426 #

Solum pot. currere contra censuarios minime antedicto # 424 #

Terciarum regalium inducit tempore immemoriale # 427 #

Differentia inter rumpere praescriptionem et actionem perpetuam # 438 #

non datur cum mala fide # 438 #

Mala fides nunquam praesumitur # 439 //

Actio praescripta nunquam reviviscit # ibid #

Per praescriptionem tollitur effectus naturalis obligationis # 440 #

Jus petendi levatam hereditatem V. praescribitur 30 annis non obstante mala fide # 440 #

Immemorialis

Quid ad eam currere debeat quomodo et quibus testibus probetur: ejus effectus V. # 440 #

Omnia comprehendit praeter reservata 442 #

et 100 annorum

De praescript. 100 annis vide 442 #.

Pretium

De pretiis rerum # 440 # 442 #

Non consistit in valore materiali sed in stimatione communi # 442 #

Ecclesiastici tenentur observare pretia taxata per Princ. # 442 #

Praeventio

De materia praeventionis # 483 #

Primogenitum # V. Majoratus

Sua pro natura est perpetuum nisi a testatore aliter disponatur # 414 #

Differentia inter fideicommissum et majoratum # 414 //

Quoad masculinitatem

Vocatis masculis ad primogenitum foeminae censentur exclusae. 480 #

Quando vocantur filii nepotes et alii descendentes masculi non solum veniunt agnati, sed et cognati # 424 #

Casus regularis contra contemplatam fuisse agnationem # ibid #

Si in aliqua parte testamenti foeminae non vocatae non inducitur contemplatio agnationis # ib #

Anqualitas masculinitatis reperta in uno vocabulo, censeatur in omnibus quando in una oratione vocatio facta fuit # 444 #

Primogenitura comprehendit omnes a fundatore descendentes # ibid #

Ex eo quod testator voluit dispositionem perpetuo durare intelligitur primogenitura # 445 #

De, et observantia Centiz amor# ibid#

Successio

In successionibus attenditur linea, gradus sexus etas et quelibet pars explicat# 146#

Primogenitura qualitas requiritur q. de futur successio # 146#

Requit in duos simul reperiri # ib#

Successio nequit esse in pendentia # 184#

An ascendentes deficientibus descendentibus succedat in Majoratu # 185#

An in linea Collaterali preferendus sit frater minor utrinque coniunctus fratri Majori unicuique solo ex parte patris aut linee tantum # ibid#

Successor majoratus vivente possessore potest petere ut talis successor declaretur # 183#

Donatio

Invocatione per virilem sexum descendentium virilis sexus, non comprehenduntur femine # 180#

At ascendentes feminis non includuntur in vocatione venientium per lineam masculinam vide multas comprobationes # 180# et#

Transmissio

De primogenitura quoad transmissionem et an sit vel non transmissibilis # 153# 175#

Possessio

De primogenitura quoad possessionem linee, diversisque casibus, ac dubijs ~~[illegible]~~ # 160#

Representatio

In infinitum habet locum jure Castelle, quod autem jure Communi # 164# 170# et#

Alia est gradus alia persone et exempla # 165#

In donationibus quas vulgo Enxequeñas vocamus non habet locum # 163#

Et minus admittitur in reddituum quas in successionibus ab intestato # 170#

De observatione linee quoad representationem et successionem # 174# 177#

Melioratio

Ad mentem leg. taurin. fieri potest a Patre non tamen extra individuum Primogenitum perpetuum # q. pater potest qualibet substitutiones inter descendentes facere #
Et tenetur vocare omnes descendentes sed tantum natis tempore meliorationis
Et tamen potest gravare unicum filium q. meo non dedit tertium melioratio # 181# } 181#

Probatio

Fit per scripturam, et si deest non potest ex immemoriali possessione # 182#

Revocatio

Institutionum a Patre favore filij contemplatione Certi matrimonij mortuo filio sine filijs an et q. revocatur quoad substitutiones in favorem Extranei # 182#

Incompatibilitas

Late discutitur et explicatur prætradita verb. Majoratus # 186# ubi plurer casus #

De incompatibilitate inducta a leg. Cas. 3 # 187#

Princeps

Ex Causa publica quietis potest punire innocentes # 456 #
De ejus potestate super Tractatus # ib #
Supremus in Regno, non electivo, sed successivo, non subjicitur alterius, per totius Regni judicio # 456 a #
Regalia Principis ibid #
Et Principi debita obedientia # ib #
Quid possit statuere circa spiritualia # ib # et vide Matrimonium
Prohibitio Alienationis # vide # Alienatio #

Promessidos

An dari possint licitatoribus in subhastationibus # 8 # 448 #

Proprietas

Proprietas et Dominium idem sunt # 431 #
Altum Dominium est suprema jurisdictio, et protectio subditorum. ib #
Dicitur quod remanet dominus in re Emphyteuticaria # ib #
et ubi quod transit in Emphyteutam # ib #

R

Radix

Radices Arborum extenduntur per quindecim pedes # 7 a #

Ratio

Rationum redditio # et Administrator

Ratihabitio

Actus gestus ab alio nomine alieno valet si actus primus subsistat in persona gerentis; non sic si actus nullus fuit effectus # 50 #

Regalia

Semper intelliguntur exempta a quibuscumque privilegiis et donationibus # 527 #

Recursus

Recursus injustitiae in quibus et quomodo introduci debeat # 516 #

Reconventio

Debet declarari una eademque sententia ac Causa principalis # 512 #

Regula

8a Chancellariae Cessat sede pontificali vacante # 507 #

Regulares

Confirmatio electionis regularium quomodo facienda, praesertim in Religione S. ti Dominici # 51 ..

Regulares etiam post Concil. Trid. possunt habere peculium de licentia superioris # ibid #

Juxta Conc. Trid. tenentur observare et publicare interdictum positum ab ordinario # 511 #

De regularium visitatione # ibid #

Regularium Causae visitationis et correctionis ad Senatum regium trahi non possunt # 511 # Nisi visitator modum excedat # ibid #

Regulares etsi a jurisdictione ordinaria sunt exempti, in his quae regularem observantiam respiciunt, non tamen quoad extranea # 515 #

Regulares in principio nascentis Ecclesiae, per V saecula fuerunt omnino ordinario subjecti # 515 # 513 #

De exemptione, privilegiis quae, a Papa, Regibus, et Episcopis, regularibus concessis # 513 #

Religio

Sancti Joannis an sit exempta a jurisdictione ordinaria et a jure visitandi # 515 #

Religiosi professi gaudent fori privilegio # 515 # ubi quomodo #

Ann Equites militares sint religiosi # 383 #

Remissio

Mercedis, ut obtineatur a conductore debet probare saltem mediatatem fructuum amissis Casu fortuito # 502 #

Si res deteriorata sit subvenanda locationis damni refectio petere poterit # ... #

~~Reparatio~~ Rentas Vide Gavella

Renunciatio

Fideicommissi debet esse expressa et specifica ut praejudicet oratore # 512 et 513 #

Facta a filia Patri in dote dotata nullum ad bona paterna regressum habeat debet juramento firmari # 512 #

Habet tacitam conditionem si aliquis ex descendentibus patris supervivat # ibid #

Renunciatio seu donatio

Facta a noviciis ante professionem nulla si est irrevocabilis # 377 #

Quid de renunciatione sive donatione facta ante ingressum prospectu religionis # ibid #

Residentia in eccl. Ecclesiasticis # 27 #

In beneficiis non inducitur ex onere Missarum et interessendi in Choro nisi adjungatur poena privationis # 513 #

Resignatio Vide Beneficia quoad resignationem et f. 301 #

Rescissio Venditiones

Remedium leg. 2. C. de Resc. vend. habet locum pro haerede et contra haeredem, et est cessibile, et a creditore intentari potest # 502 #

Licet venditio fiat in publica subhastatione # ibid #

Non competit acquisitionibus in operis adductis # ibid #

Nec procedit, quando venditor invitus vendere fuit coactus # 16 #

Rescriptum

Regium, stante, vel in tertii praejudicium est nullum licet procedat ex plenitudine potestatis # 524 #

Rescripta gratiæ a regali Camera expedita retinentur in Dilio si partis cui interest suplicaverit # 524 #

De obreptione et surreptione # ibidem #

Retentio bullarum

De bullarum retentione: quare sit, propter quod, qua de Causa, si est parendum secundis jussioni maxime si scandalum timetur in executione # 533 #

De hoc Judicio Cognoscunt Chancellariæ, non tamen privative # 538 #

De ordine, et forma procedendi # 532 #

Retentio bullarum avocantium instantias Causarum Inquisitionis non fit a Dilio sed a Rege # 540 # et 277 #

Litteræ prohibitivæ librorum defendentium regalia retinentur # 30 #

Retentio

Competit heredi onerato per fideicommissum, non solum pro deductione sui Crediti, sed pro dissolutis pro hereditate # 250 #

Restitutio in integrum

Alea oratio alia justitia # an hæc operatur contra præscriptionem ultra quadriennium 547 #

Gratiosa non dubitatur # ib # Quando incipiat currere tempus; quo computantur # ib #

Retractus

Competit Domino directo in re Censita vendita, intra duos Menses # 432 #

Jus prelationis competit heredi in judicio familiæ herciscundæ Ccdi nequid # 502 #

Retractus jurisdictionis alienatæ competit universitati # 544 #

Adhuc licet venditio non fiat a Principe, sed a Barone aut feudatario # 344 #

An quæ talis jurisdictio retracta pertineat ad Populum aut Fiscum? # 345 #

Idem dicendum in Vectigalibus aliis quæ juribus Fiscalibus # 346 #

Reversio

Litigia reversionis et incorporationis Statuum aut villæ regiæ coronæ, quomodo, et a quibus videnda # 518 #

De pactu reversionis vide pactum #

Rex

Potestas regia est independens, et immediata a Deo # 512 #

Roma

An possit extrahi pecunia ex Regno ut Romæ deducatur? 543 #

Rota

Auditores Rotæ in omnibus Regnis habentur pro naturalibus ad obtinenda Beneficia # 508 #

S

Salaria, Sportullæ, Accessoria

An debeantur Judici ecclesiastico # 551 a #

Sententia

Non obest tertio, qui non vocavit # 215 # 565 #
In materia filiationis præjudicat; non sic in materia legitimitatis # ibid #
Licet regulariter ut sententia tertio noceat # 565 #
Licet ut obstet res judicata: ibid #
De exequutione Sententiæ arbitrorum # 566 #

Sequestrum

Fructuum Beneficiorum debet fieri quando alienigenæ impetrant beneficia in Regno, et aliis Casibus # 552 #

Servitutes

Actio non tollendi præscribuntur per longum tempus enumerandum a die contradictionis et aquiescentiæ # 562 #
Servitus dimissa tempore ordinario, discontinua immemoriali præscribitur #

Signatura

De signatura gratiæ et justitiæ; quæ tribunalia, et an possint rescribere et rescribere contra jus # ibid. et alia # 551 #

Sponsus

An et quomodo debeat cogi ad Matrimonium promissum contrahendum # de Coactio #
Sponsa cogi non potest # 94 #

Simulatio

Non præsumitur ex quo donans remanet in possessione rei donatæ # 109 a #
Ut donatio, ex causa simulatione arguatur debet prius constare de Causa simulandi # ibi #
An simulatio probari possit conjecturis # 111 # ubi plene de simulatione

Sponsalia

De præsenti non dissolvuntur per alium Matrimonium # 216 a #

Spolia

De Causis spoliorum ecclesiasticorum # V.e # 559 # 564 #

Societas

Contracta societate negociationis omnes socij obligantur, per socij contractum, non solum ad Capitale societatis 560 #
An jure naturæ sit licitum mercatori pecuniam ea lege tradere, ut quotannis redditum solvat juxta locum varietatem, sicut commercij frequentiam # q. # satis agitata # a # 564 #

Stilarium

Nequit a clericis fabricari # 564 #

Statutum

Præsumitur in usu et observantia ex eo quod reperiatur inter cetera Statuta # 316ª #

Stuprum

Corrumpens virginem sine vi ad quid teneatur # 566 #

Subhastatio

An in subhastationibus possint dari premia (vulgo prometidos) licitatoribus? # 8 # 448 #

An Clausula 1ª subhastat. ob novum licitatorem alia detur? # 448 #

De subhastatione Judiciali, ejus solemnitatibus, et an emptor id securus? 610 #

Successio V.º infra #

Successor

Fideicommissi an teneatur ratum pactum habere sui Authoris? 567 #

Successori immediato an spectet administratio bonorum absentis? 567ª #

Substitutio

In substitutione fideicommissaria, et locus sit substitutorum successione requiritur quod effectum habuerit vocatio in immᵗᵉ gravato # 568 #

In eadem sub Ditione si omnes sine liberis decesserint, quomodo succedatur, uno sine liberis decedente # ib #

Substitutus pupillaris an possit paciscì super hæreditate pupilli viventis 564ª #

Suplicatio

A provisione interlocutoria cum vi definitivæ interponi debet intra tres dies jure regio #

A sentᵃ definitiva intra decem # 553 #

Et potest interponi cum regia Sententia confirmat duas inferiores conformes # ib #

Et admittitur a provisione per quam regij auditores declarantur judices competentes # 553ª #

Locum habet a Sententia per quam, prima aut duo conformes revocantur # ib #

Suplicatio 2ª

Ut admittatur debet Causa excedere valorem 3000 # duplarum aurj, et qui suplicat Cavere de solvendis 1500 # 554 #

Pauper autem non tenetur dare hanc fidejussionem # ib #

Nec quando Sententia Revisionis nobis infert gravamen # ib #

Et admittitur 2ª suplicatio nisi in Causa Incoata in regio dilio regis q. Cancelarijs 555ª #

Itabet locum a Sententijs latis in Audientijs Galleciæ et Hispalis # 556 #

An autem a Sententia dilij Regni Navarræ # ib #

Et a sentᵃ Revisionis in dilio Regij patrimonij in Causa fiscali # ib #

Habet locum a Sententijs audientiarum Indiarum ibid #

An admittatur in Judicio liquidationis fructuum # 557

Stante 2ª suplicatione an Sententiæ priores exequantur? ibid #

Valor duplarum est 14 r. 2 mrs

Successio ab intestato

Ab intestato succedunt sanguinei usque ad gradum juxta ordinem fixo # 558 #

Pro illis vir & uxor# ibid#
Opinatio oradum fit jure Canonico n. Civili ibid#
Circa jurisdictionem autem fit e contra# ib#
De succesione ab intestato in regno Valentiae# 558.a
De repraesentatione in succesione ab intestato# 558#

T

Traditio antiqua probat# 575#

Transactio

Nequit fieri super alimentis# 26#
Nec super bonis Majoratus, & jure succedendi# 574#
Bene autem super fideicommisso# ibid#
Agens contra transactionem audiri n. debet quin prius solvat expensas# ib#

Transmissio

Fideicommissum an & quando fiat# 570#
Haereditas transmittitur ut adeunda; excipe in infante# ibid#
Licet haereditas n. adita n. transmittatur, transmittitur vero jus petendi restitutionem ex Cap. jure abintestato# 570.a

Territorium

Ecclesiastici n. habent territorium a jure, nisi a Principe concedatur# 572
De territorio cum qualitate nullius, facultate Abbatis, & ejus probatione late tractatur# 580# 582#

Tertius

Oppositor an suspendat Viam executivam# 582

Tertiarij

An sint religiosi & exempti a Gabellis?# 584#

Trebellianica

An hodie in Hispania habeat locum# 577#

Tenuta

De tenuta forali in Regno Aragoniae# 585#
An valeat tenutae judicium intentari in Italia pro Majoratibus extra regnum sitis, si litigantes sunt regni domiciliarij?# 587#
In tenutae judicio: Causa recipitur ad probationem tempore ordinario: n. fit testium publicatio ibid#
Actio tenutae proponi debet intra semestre a morte ultimi possessoris, & an proponi possit vivente ultimo possessore, alia q. plura cum hoc judicio ibid. cf. 587# ad 589#

Testamentum

N. potest ab alieno Arbitrio pendere # 569 #
Tamen potest quis de alienis bonis testari cum expresso assensu
Domini # 569 #
Si vero assensus extenditur ad bona presentia et futura erit
nullus # ibid #
De mandato ad testandum # 569ª #
De solemnitatibus testam.ti preteritione filij et exheredatione
sine Causa # 576 #
Testator nequit relinquere bona ad pias Causas si consanguinei in-
digent # ibid #
An Clerici possint de probenitibus ecc.ᵉ disponere nisi ad pias
Causas # 576ª #

Testes

Deponentes ultra articulos nil probant: 122 #
Deponentes de Veritate tacentes tenentur ad restitutionem damni # 571 #
Tenentur dicere quidquid quod eis sub naturali sigillo dictum # 571 #
Testis falsum deponens in Criminalibus talionis poena punitur 572 #
De repetitione testium et eorum examine 572ª #

Tortura

Adhibenda est in delictis atrocibus # 573 #
An qui in tortura negavit veniat absolvendus, an extraordinarie puniendus # 573 #

Tutor

De rationibus reddendis a tutore #
Non tenetur in bonis pupilli usque dum de creditis sit satisfactum
finita tutella et rationibus redditis #
Item generaliter verum #
Quis sit Judex competens ad discernendam tutellam (torum) 582 #
Tutor non debet esse Clericus nec ad acceptandum cogi potest # 582ª #

V

Vectigal

De vectigalibus & tributis # V. 590 #

Vidua # V.e Mulier

De foro viduar. secund. For. Arag. # 607 #

. Per stuprum Causatum à secundo viro n. dicitur inhoneste vivere 627 #
Nec quae propter amorem sui copiam fecit: nec quae cum uno se miscuit #

De obligatione viduar. 2.o nubentium reservandi bona filijs primi matrimonij, vide f. # 627, & 629 #

Vicarius

Generalis eligi potest etsi n. sit Doctor: immo theologus praexaminato Canonista # 615 #

Episcopi, absolvit in omnibus Casibus occultis sedi app.ce reservatis # 143

De Vicarijs Majoricensi varia dubia; et an possit alium amobilem deputare, & participare de distributionibus # 612.

Violentia

Violentias tollere regis officium est. # 598 #

De judicio violentiae, vulgo Fuerza ibid. #

Quod ei Tribunal competens # 602.a

N. habet locum in Causis Inquisitionis, nec in Causis Visitationis Episcopi circa Regulares tanquam app.ce sedis delegatus nec in alternativa tur oraria # 603 #

Nec in vertentibus coram Observatore Salmantino # 603.a #

Visitatio

De visitatione Provinciarum, & aliorum, regni nov. Hisp.e 592 #

Voluntas

Ultima an possit commutari, quomodo, & a quo # 626 #

Universitas

An possit degregari sine licentia superioris # 73.a # 600 # V.e Concilium #

Usufructus

De usufructu & fructuario # 591 # 623 # ad 626 #

Usura

De usuris dotalibus # 595 # 618.a # 119.a #

Usura quomodo palliantur # 595 #

Utensilios

Delas ordenes para la distribuzion de Utensilios # 646 #

Uxor

Quid poss. facere sine marito 628ª # 628

Est socia mariti # ib.

Adquirit medietatem lucrorum # ib. hoc est adquisitorum opere #

Nequit fidejussorem pro securitate dotis a marito exigere, &
si dederit nulla est fidejussio # 628ª #

N. tenetur Inventarium solemne facere de bonis mariti 629

Nec amittit medietatem lucrorum ob delictum mariti # ib. #

Nec potest arrarum nomine plus percipere quam decimam partem # ib. #

Tenetur compensare legatum sibi a marito factum cum debito
legati ñ cum debito ~~Restitutionali~~ # ~~ibid~~ # 629ª #

Et reservare filijs primi matrimonii quidquid habuit a marito 629 #

Ex Biblioth. Regia Berolinensi